D pmã. q. q̄ querit̄ vtꝝ xp̄s ſm aliquã ſapientiã ſiue ſciētiã ꝓfecerit ſic ꝓcediť Et vr̄ q nō. ¶ Primo ſic. Sicut eni ſm ſciētiam beatitudis vel ſm ſciētiã iſuſã xp̄s cog̃uit oĩa: ita ſz ſciaz acq̄ſitã. Sed ſz illas ſciētias ñ ꝓfecit. Ergo nec ſm acq̄ſitã ⁊ per cōſequēs ſz nullã. ¶ Scđo ſic. Proficere eſt iꝑfecti: q̄ ꝑfectũ additionē nō recipit: Sz in xp̄o ñ ē pōere ſciaz iꝑfectaz. g̃ ſm nullã ſciētiam dicendus ē profeciſſe. ¶ Tertio Damaſcenus dicit: q qui dicunt chriſtũ ſapientia ⁊ gratia proficere vt additamentum ſenſus ſuſcipiētem: non venerantur vnionez. Sed non venerari vnionem eſt impium ergo impiuz eſt dicere: q in ſcientia ſiue ſapientia profecerit. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. vbi dicitur Luc. 2. q Ieſus proficiebat Sapientia ⁊ etate. ¶ Reſpondeo dicendum ſub tribus concluſionibus. ¶ Prima eſt q i xp̄o dicũtur fuiſſe q̄tuor ſcientie. Prima ē diuina ⁊ icreata. De iſta patet; quia cum in

Chriſto ponātu[illegible] ſanctum Tho. in tertia par
fecte: ſm vnā quāq; in eo ē po
nenda ſapiētia: ſiue ſciētia. ſ. di
uina increata. & hūana creata.
Vñ in. 6. ſynodo ꝯdēnata ē po
ſitio negātiū: i xp̄o duas eē ſciē
tias ſiue duas ſapīas. Scōa ſci
entia que in xp̄o ponitur: ē ſciē
tia beatorū. Fuit enim ſimul
viator & comprehēſor. Tertia
ſcientia fuit in eo indita ſiue in
fuſa: inquantū ꝑ verbū dei ani
me xp̄i ſibi pſonaliter vnite im
preſſe ſunt ſpēs intelligibiles ad
omnia: ad q̄ ē iterius poſſibilis
in potētia: ſicut ēt. impſſe ſunt
per verbū dei ſpēs intelligibi-
les mēti angelice in principio
creationis: vt dicit Augu. Vñ
Colo. 2. dicit In xp̄o ſunt oēs
theſauri ſapiētie & ſciētie abſcō
diti. Quarta ſciētia dicit expi
mētalis: ſiue acquiſita: de q̄ dr
ad Hebre. 5. Quū eēt filius
dei didicit ex his q̄ paſſus ē obe
diētiam: glo. i. expertus eſt. Fuit
ergo in eo aliqua expimētalis
ſciētia: q̄ ē ſciētia acqſita. Se-
cūda ꝯclu°. xp̄s ſm tres prias
ſcias n̄ pfecit: Iſta ꝯclu° pz: p°
de dīna ſcia q2 iſta augeri non
pōt. Idē de ſcia btifica. q̄ ē au-
geri non pōt. Idem de ſcientia
īfuſa: quia a principio ꝯceptio
nis plenarie ſuit in eos ois ſci
entia infuſa. Tertia ꝯcluſio in

te Sciētia acquiſita fuit in chri
ſto augmētata: non modo ſm
experientiam: ſed ſm eſſentiam
ſuam. Quidam enim ponunt
ſicut ēt ſanctus Tho. in quar-
to ſcripto ponit: ꝙ ſolum ſ3 ex
periētiam. i. p conuerſionē ſpe
cierum intelligibiliū inditarū
ad fantaſmata: & ſm hoc dicū ē
ꝙ ſciētia chriſti profecit ſm ex-
periētiam: conuertendo. ſ. ſpeci
es intelligibiles inditas ad ea
que de nouo per ſenſum acce-
pit. Sed quia inconueniēs vi-
detur ꝙ aliqua naturalis actio
intellectualis xp̄o deeēt: cū ex
trahere ſpēs intelligibiles a fā-
taſmatibus ſit quedam actio
naturalis hominis ſm intelle-
ctum agentem conueniens vi-
detur: hāc ēt actionē in xp̄o po
nere. Et ex hoc ſeqtur ꝙ in aīa
xp̄i: aliqs ſcientie habitus fuit.
qui p hmōi abſtractionē ſpēx
potuerit augmentari. ex hoc. ſ.
ꝙ intellectus agēs poſt pmas
ſpēs intelligibiles abſtractas a
fantaſmatibus. poterat ēt alias
abſtrahere. ¶ Ad rōnes in op-
poſitum. ¶ Ad primā rn̄det ne
gando ꝯñam. Et ratio ē: quia
nō ē ſimile de pmiſ ſciētiis: & de
acqſitis. quia tā ſciētia infuſa
aīe xp̄i. q̄3 ſcia beatifica fuit effe
ctus agentis infinite virtutis

q poteſt totū ſimul opari. Pa in neutra ſcientia xp̄s ꝓfecit: ſʒ a prīcipio habuit eam perfectā Sʒ ſcientia acqſita eſt tm̄ ab itellectu agente: qui nō totum ſimul opatur ſʒ ſucceſſiue. Et ideo ſm̄ hāc ſcientiam xp̄s nō a prīcipio ſanctificauit oia. ſed paulatim: ⁊ poſt aliquod tp̄s. ſ. i pfecta etate: ⁊ ſit aſſumptum nō eſt vex: ꝙ pʒ ex hoc: ꝙ euangeliſta ibi ſimul dicit eū ꝓfeciſſe ſciētia ⁊ etate. ¶ Ad ſcdam rn̄det negādo ꝯñam: Et rō eſt qa lʒ ſciētia acqſita: in xp̄o fuerit ſemp pfecta ſm̄ tp̄s: nō tn̄ pfecta fuit ſm̄ naturā. Et ideo potuit habere augmētū. ¶ Ad tertiā dicēdū: ꝙ verbū Damaſ. intelligendū eſt: quātū ad illos qui dicunt ſimpliciter factam fuiſſe additionem ſciētie xp̄i ſʒ quācunqʒ ſcientiā: ⁊ pcipue iſtam: que cātur in aia xp̄i: ⁊ ex vniōe ad verbū. Nō aūt intelligitur de augmēto ſciētie: q̄ ex nāli agēte intellectu cauſatur.

Ad ſecundam. q. qua q̄ritur vtrū xp̄s i gratia profecerit ſic ꝓceditur Et videtur ꝙ ſic. ¶ Primo ex preſenti euangelio: in quo dicitur: ꝙ chriſtus proficiebat ſapientia etate ⁊ gratia. ¶ Secūdo ſic: Omni enim finito poteſt fieri additio. Sed gratia xp̄i finita fuit cum eſſet creata Ergo potuit augeri: ⁊ xp̄s in ea proficere. ¶ Tertio ſic. Quātumcunqʒ additur intellectuali nature de perfectione: tanto magis augetur eius capacitas vt colligi videt ex tertio de aia. Sʒ capacitas amplioris grē facit poſſibilitatem ad augmētū ⁊ ita videtur ꝙ xp̄s proficere potuit in gratia. ¶ In oppo. eſt illud Jo. i. Vidimus eum quaſi vnigenitum a patre: plenum gratie ⁊ veritatis. Sʒ nihil poteſt eſſe aut intelligi magis plenū gratie: qʒ ꝙ aliquis ſit vnigenitus a patre: ergo nō pōt eē nec etiā itelligi maior grā: q̄ xp̄s fuit plenus. Rn̄deo dicendū: ꝙ xp̄s nō ꝓfecit in grā. ita ꝙ eius gratia in ſe augmētū ſuſciperet. Iſta ꝯcluſio ſic declarat ⁊ probat iuxta ſanctū Tho. Aliquā formā nō poſſe augeri cōtingit dupliciter. Vno mō ex pte ſubiecti. alio mō ex parte illius forme. Ex parte qdē ſubiecti: qn̄ ſubiectū attingit ad vltimū: in participatiōe illius forme ſm̄ ſuū modū: ſicut ſi dicat: ꝙ aer nō pōt creſcere in caliditate: qn̄ ptingit ad vltimū gradū caloris: q pōt ſaluari i nā aeris lʒ poſſet eē maior calor in rex nā: ſicut eſt calor ignis. Ex pte aūt forme excludit poſſibilitas

augmēti: qñ aliquod ſubiectū attingit ad vltimā pfectionē: q̄ pōt talis forma haberi: ſicut ſi dicamus: ꝙ calor ignis non poteſt augeri quia non poteſt eſſe pfectior grad⁹ caloris: q̄ȝ ille ad quē ptingit ignis. Sicut aūt aliaꝝ formaꝝ eſt: ex diuina ſapiētia determinata propria mēſura: ita ⁊ gratie ſ̄ȝ illō Sapiētie. 9. O ia: in numero ⁊ pōdere ⁊ mēſura diſpoſuiſti. Mēſura aūt vniuſcuiuſqȝ forme pficitur per cōparationē ad ſuū finē ſicut nō ē maior grauitas q̄ȝ grauitas terre. q: non pōt eſſe iſerior locus loco terre Finis aūt grē eſt vnio creatuř rōnalis ad deū. q̄ȝ que eſt in perſona. Et iō gratia xp̄i pertigit vſqȝ ad ſummā mēſurā gratie Sic ergo manifeſtū eſt ꝙ grā xp̄i non potuerit augeri ex pte ipſius gratie. ſȝ nec etiā ipſius ſubiecti qa xp̄s ſ̄m ꝙ hō a primo inſtanti ſue cōceptiōis fuit verus. ⁊ plen⁹ ꝯprehenſor. Vñ in eo nō potuit eſſe gratia augmētatius ſicut nec in alijs beatis. quoꝝ gratia augeri nō pōt eo ꝙ ſunt in termino. Hoīum vero qui ſūt puri viatores. gratia pōt augeri. ⁊ ex pte forme. q: non attingit ſummum gratie gradum. ⁊ ex parte ſubiecti q: nondum peruenerūt ad terminum. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad primā d̄ preſenti euāgelio rñdet. iuxta ſanctū Tho. ꝙ i ſapiētia ⁊ gratia aliqs pōt pficere dupliciter. Vno mō ſ̄m ipſos habit⁹ augmētatos ⁊ ſic xp̄s in eis nō proficiebat. q: i eo nō fuit reale grē augmētū. q: totā plēitudinē gratie habuit ab initio ſue cōceptionis. Aliomō ſ̄ȝ effectus. ſiue ſ̄ȝ oñſionē i effectu. inquātū. ſ. aliqs ſapiētiora ⁊ virtuoſa opa facit ⁊ ſic xp̄s pficiebat ſapientia ⁊ gratia. ſicut etiā etate. quia ſ̄ȝ pceſſum etatis pfectiora opera faciebat. qñ volebat. vt ſe verū hoiem demōſtraret. ⁊ in ijs que ſunt ad deū. ſ. ad gloriā di ⁊ i his que ſunt ad hoīes. i. ad ſalutē hoīuȝ. ¶ Ad ſcdaȝ rñdetur ꝙ verū eſt. ꝙ cuilibet finito pōt fieri additio mathe. loquēdo q: rō quantitatis quā ſolus mathematic⁹ ꝯſiderat. nō phibet. qui poſſet finito aliqd addi. Si vero loqmur de quantitate naturali. ſic nō eſt veruȝ q: repugnat forme. cui d̄betur determinata quantitas ſic̄ ⁊ alia accidētia determinata. Vnde Philoſophus dicit. 2. de anima. ꝙ omnium natura conſtātiū eſt terminus. ⁊ rō magnitudinis ⁊ augmenti. Et inde eſt ꝙ quātitati totius celi nō pōt

fieri additio. Et multo magis ... Sed quilibet in ipsis formis cõſideraſ aliqs terminus. vltra quem nõ traſgrediuntur. Et propter hoc nõ oportuit: q̄ gr̃e xp̄i poſſit fieri additio. q̄uis ſit finita ꝑm ſuã eſſentiã: q2 nec gr̃a põt eẽ maior: q̄ cõprehenſoris: nec gloria minor: q̄ creature deo in ꝑſona vnite.

Ad tertiã. q. qua q̄ritur virũ xp̄s aliqd ab hoibus didicerit ſic ꝓcedi tur. Et videtur q̄ ſic. ¶ Prio ex euangelio preſenti vbi dicitur. q̄ inuenerunt eum in templo in medio doctorum: interrogantem illos: ꝛ rñdentẽ. Interrogare vero ꝛ rũdeꝛ eſt adiſcentis: ergo videtur q̄ chriſtꝰ aliqd ab hoibus didicit. ¶ Secũdo ſic: Acqrere ſcientiã ab hoie docente: videꝛ eſſe nobiliꝰ q̄ aquirere a ſenſibilibus: qa in aĩs hoĩs docentis ſunt ſpẽs ĩtelligibiles ĩ aſpectu. In rebꝰ aũt ſenſibilibus ſunt ſpẽs intelligibiles ſolũ ĩ potẽtia. Sz xp̄s accipiebat ſciẽtiã experimẽtalẽ ex rebus ſenſibilibus. vt habitũ eſt in ꝑmã. q. Ergo multo magis poterat accipere ſcientiã adiſcẽdo ab hoibus. ¶ Tertio ſic: xp̄s ꝑm ſcientiã experimẽtalẽ a pricipio nõ oĩa ſciuit ſed in ea profecit: ſicut dicitur audiẽs ſmonẽ ſignificatiuũ alicuius: põt adiſcere. qd̃ neſcit. ergo xp̄s potuit ab hoibꝰ aliq̄ adiſcere. q̄ ꝑm hãc ſciẽtiã neſciebat. ¶ Quarto ſic: xp̄s ꝑm hãc ſciẽtiã aliqd didicit ab angelis ergo pari rõne potuit adiſcere aliqd a doctis hoibꝰ Aſſumptũ ꝓbaꝛ. tũ q2 dicit Diony. 4. celeſtis Jerarchie. Per angelos videmꝰ eũ ſub paternis legibꝰ ordinatũ. Sz. qd̃ ordinaꝛ aliqd ab ordinante accepit: ergo xp̄s aliquid eruditiõis ab angelis ſuſcepit. ¶ In oppoſitũ ẽ illud pſa. 55. Ecce teſtẽ populis dedi eũ ducẽ ac p̄ceptorẽ gẽtibꝰ. Preceptoris aũt nõ eſt doceri ſz docere: Ergo xp̄s nõ accepit aliquam ſcientiam per doctrinam alicuius alterius hominis. Reſpondeo dicendum ſub duabus concluſionibus. Prima eſt q̄ xp̄s non didicit aliquid ab hoibus. Iſta cõcluſio ꝓbatur ſic. In quolibet genere id qd̃ eſt primũ mouens: non moueꝛ ꝑm illam ſpeciem motꝰ ſicut primũ alterans nõ alteraꝛ. xp̄s aũt cõſtitutꝰ ẽ caput eccleſie: ꝑz illud ad Ephe. i. Ipſum dedit deus caput ſuper omnẽ eccleſiã: vt non ſoluz per ipſuz omnes homines gratiam acciperent. ꝑz illud Jo. i.

De plenitudie eius omnes ac-
cepimus:ſed etiam vt omnes
ab eo doctrinam veritatis re-
ciperent. Unde ipſe dixit Jo.
17. In hoc natus ſuz:⁊ ad hoc
veni in mundum vt teſtimoni
um perhibeam veritati. Et iō
non fuit conueniens eius digni
tati vt a quocūqꝫ hoīe doceret
Secunda concluſio. Chriſtus
nihil didicit ab angelis Iſta cō
cluſio pꝫ. q: ſupioris nō eſt ab
inferiori recipere. Sꝫ xp̄s etiā
ſm̄ humanā nām angelis ſupi
or fuit:⁊ caput. ſꝫ illud Colo. 2
Qui ē caput oīs pncipatus: ⁊
ptātis. Ergo ab eis nihil rece
pit. Itē dicit Dionyſ. 7. c. cele
ſtis Ierarchie. ꝙ ſupremi an-
geli ad ipſuz Ieſuz queſtionē
faciūt ⁊ ipſius diuine opatiōis
ꝓ nobis ſciētiā diſcūt. Sed nō
eſt euiſdē docere ⁊ doceri. Er
go xp̄s nō accepit ſciētiā ab an
gelis. ¶ Ad rōnes i oppoſitū
¶ Ad pmā rn̄det negādo ɔn̄az
. Et rō ē q: ſicut Origeñ dicit
ſup Lucā Dn̄s interrogat nō
vt aliquid diſcederet:ſꝫ vt iter
rogās erudiret. Et vno ꝗppe
fonte doctrine manat ⁊ inter-
rogare ⁊ rn̄dere ſapiēter. Un̄
ibidē in euāgelio ſequit. ꝙ ſtu-
pebāt oēs qui eū audiebāt ſup
prudētia ⁊ rn̄ſis eius. Et vidē
tes mirati ſūt. Quia. n. idē vir⁹

verus hō ⁊ verus erat deus ad
oſtendendum ꝙ homo erat ho
mines magiſtros audiebat:ad
probandum ꝙ deus erat iiſdē
loquentibus ſublimiter reſpon
debat. ¶ Ad ſecundā rn̄det ne
gando cōſequētiā Et rō eſt q:
ille q adiſcit ab hoīe nō accipit
imediate ſciētiā a ſpecieb⁹ itel
ligibilibus:q̄ ſunt in mēte ipſi-
us:ſed mediātibus ſenſibilib⁹
vocibus:tanqꝫ ſignis itellectua
liū conceptionū. Sicut aūt vo
ces ab hoīe formate ſūt ſigna
intellectualia ſciētie ipſius ita
creature a deo cōdite ſūt ſigna
ſapiētie ei⁹. Un̄ Eccleſiaſt. i.
dicitur ꝙ deus effudit ſapiētiā
ſuā ſup oia opa ſua. Sicut er
go digni⁹ eſt edoceri a deo. ꝙ̄
ab hoīe:ita dignius eſt accipe
re ſcientiā ꝑ ſenſibiles creatu-
ras:ꝙ̄ ꝑ hoīea doctrinā. ¶ Ad
tertiā rn̄det negādo ɔn̄az. Et
rō ē:q̄a cū duplex ſit mod⁹ ac
grēdi ſciētiā. ſ. inueniēdo ⁊ adi
ſcēdo. Modus q eſt ꝑ inuētio
nē. eſt precipuus modus. Mo
dus aūt qui eſt per diſciplinaz
eſt ſecundarius. Un̄ dicit pmo
Ethi. Ille quidem eſt optim⁹
qui omnia per ſeipſum intelli-
git. Bonus aūt ille qui benedi
cēti obediat. Et ideo xp̄o ma-
gis cōpetebat hr̄e ſcientiā acq
ſitam per inuentionē. ꝙ̄ ꝑ diſci

plinam preſertim cum ip[illegible]
retur a deo omnibus in docto
rem ſm̄ illud Joel.2.Letami-
ni in domino deo veſtro:q de-
dit.vobis doctorem iuſticie.
¶Ad quartam reſpōdetur ne-
gando aſſumptum: ⁊ cōſequen
tiam.Ad probationem aſſum-
pti rn̄detur:q ſicut ipſemet Dio-
ny.ſe ibidem exponit: q chriſtꝰ
dicitur per angelos ordinatus
non q ipſe illuminationem ab
eis acceperit: ſed q de ijs que
ad chriſtum pertinebant: circa
ipſum gerēda per angelos: alij
inſtruebantur. Sicut Joſeph
de fuga in egyptum: ⁊ de redi-
tu de egypto:ſicut patet Mat.
.2.Ipſe enī per ſe in ijs inſtrue
re nolebat: vt exterius ab aliis
pueris nō differret.⁊ veteritas
nature aſſumpte probaretur.

¶In octauis Epiphanie pn̄t
diſputari ſe.queſtiones.
¶Pᵒ vtr̄ Jo.teſtimoniū red-
dēs de xp̄o ꝯueniēt dixit.Ecce
agnꝰ dei ⁊c̄.In q̄ inuit q paſſio
xp̄i ſit operata humani generiſ
ſalutē:per modū ſacrificii.
¶Scd̄o vtr̄ cōuenientius no-
minauit xp̄z agnū dei.q̄z aliqd̄
aliud animal ſolitū ſacrificari.
¶Tertio vtr̄ xp̄s p̄ncipaliꝰ paſ
ſus ē ꝓ delectiōe peccati origi-
nalis:q̄z actualiū peccatorum.

[illegible]ima.q.qua q̄ritur
vtrū Jo.teſtimonium
reddēs de xp̄o cōuenien-
ter dixit Ecce agnꝰ dei:q tol-
lit peccata mundi vbi innuit q
paſſio chriſti ſit operata ſalu-
tē hūani generis p modū ſacri
ficij:ſic proceditur:⁊ vr̄ q no.
¶Primo ſic veritas debet rn̄
dere figure.Sed i ſacrificio ve
teris legis:que erāt figure chri-
ſti:nunq̄z offerebatur caro hu-
mana:imo hec ſacrificia nepha
ria hēbantur.ergo vr̄ q paſſio
xp̄i ſacrificium dici non poſſit.
¶Scd̄o ſic.dicit Augu.x.de
trini.q ſacrificium viſibile inui
ſibilis ſacrificij eſt ſacramētū.
i.ſacrū ſignū.Sed paſſio xp̄i n̄
ē ſignū:ſed magis ſignatū per
alia ſigna:ergo videt q paſſio
xp̄i non ſit ſacrificiū.¶Tertio
Quicunq̄z offert ſacrificium.
aliqd̄ ſacrum facit. vt ipſum
nomen ſacrificij demonſtrat.
Illi aūt:qui xp̄m occiderunt
non fecerunt aliquod ſacrum.
ſed magnā malitiā ꝑpetrarūt
Ergo paſſio xp̄i magis fuit ma
leficiū.q̄z ſacrificium.¶In op
poſitum eſt euāgeliū p̄ſens.cū
beatus Jo.teſtimoniū reddēs
de xp̄o dicit Ecce agnꝰ dei.ſ.
imolādus.q tollit peccata mū
di ergo paſſio xp̄i per modū ſa
crificii ſalutē operata ē.¶Rn̄

deo dicēdū/ſub iſta cōcluſione q chriſti paſſio operata ē ſalutē humani generis p modū ſacrificii. Iſta cōcluſio pȝ auctoritate: ꝛ ratiōe. Auctoritate ſic. Dicit Apoſtolus ad Ephe. v. De chriſto Tradidit ſemetipſum pro nobis: oblationē ꝛ hoſtiā deo in odorem ſuauitatis Ratiōe ſic: Sacrificiū dicitur proprie aliquod factū in honorē proprie deo debitū: ad eum placādū. ꝛ inde vt Auguſtinus dicit In. x. de trini. Dei verū ſacrificiū ē oē opus. quod agitur vt ſancta ſocietate deo inhereamus: relatū. ſ. ad illū finē boni: quo veraciter beati eē poſſim⁹ Sed chriſtus ſemetipſum obtulit i paſſione pro nobis: ꝛ hoc ipſum opus. ſ. q voluntarie paſſionē ſuſtinuit: fuit deo maxie acceptū: vtpote ex caritate prouemēs. ergo manifeſtū ē: q paſſio chriſti fuit verū ſacrificiuȝ. p quod ipſe chriſtus vn⁹ veruſqȝ mediator. nos deo recōciliauit

¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad primā reſpōdet negādo cōſequētiā. ꝛ ratio ē: qa lȝ veritas reſpondeat figure. quo ad aliquid. non tamē qȝ ad oīa: qa oportet q veritas figurā excedat. ꝛ ideo cōuenienter figura huius ſacrificii. quod offertur pro nobis. nō fuit caro hoīum ſed animaliū ſignificantiū carnē chriſti. que ē pfectiſſimū ſacramentuȝ. Primo qdē. quia ex eo q eſt humane nature caro. cōgrue pro oib⁹ hominibus offertur. ꝛ ab eis ſumitur ſub ſacramento. Secundo. ex eo q erat paſſibilis ꝛ mortalis. apta erat imolatiōi. Tertio quia ex hoc q erat ſine peccato. efficax erat ad emundanda peccata. Quarto. quia ex eo q erat caro ipſius offerētis. erat deo accepta. pter caritatē. ſuaȝ carnē offerentis. Unde Auguſtinus dicit i qrto de trini. Quid tā cōgruēter ab hominibus ſumeretur. q pro eis offerret. qȝ humana caro. ꝛ quid tā aptuȝ huic imolationi. qȝ caro mortalis. ꝛ qd tā mūdū pro mōdādis vitiis mortaliū. qȝ ſine contagione carnalis cōcupiſcentie caro nata i vtero ꝛ ex vtero virginali. ꝛ quid tā grate offerri ꝛ ſuſcipi poſſit. qȝ caro ſacrificii noſtri. corpus effectuȝ ſacerdotis noſtri. ¶ Ad ſecūdā reſpondetur negādo cōſequētiā. ꝛ ratio ē duplex. Prīa qa Augu. ibi de ſacrificiis viſibilibus figurabilibus. Secunda ē. quia paſſio chriſti licet ſit aliquid ſignatū p alia ſacrificia. ē tamen ſignuȝ alicuius rei obſeruande a nobis ſm illud. i. Petri. iiii.

Chriſto igitur paſſo in carne: ⁊ vos eadē cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne deſiit a peccatis: vt iam nō hominum deſideriis. ſed volūtate dei quod reliquū eſt ī carne: tunc iuuat ipſis. ¶ Ad tertiam reſpōdetur negādo cōſequētiā ⁊ ratio eſt: tū q̄ licet paſſio xpi ex parte occidentiū fuit maleficium. ex parte tamē ipſius xpi ex caritate patientis. fuit ſacrificium. tum quia hoc ſacrificiū chriſtus obtuliſſe dicitur. non autem illi: qui eum occiderunt.

Ad ſecundā q. qua queritur vtrū Jo. conuenienter ſpecialiter noīauerit chriſtum agnum dei: magis quā aliquod aliud animal. ſolitum ſacrificari. ſicut. Bos. vitulus: capra. turtur. columba Reſpōdeo ponitur concluſio reſponſalis ſine argumētis precedentibus q̄ ſic. Et hoc multiplici de cauſa. ¶ Prima eſt. quia ſicut dicitur Numeri. 24. Licet alia animalia fierent ſacrificia in templo certis temporibus. vnū tamen erat quotidianū. in quo iugiter vnus agnus de mane. ⁊ alius veſpere offerebatur. nec hoc mutabatur vnquā. ſed tanq̄ principale obſeruabatur. Alia vero ex adiūcto. Et ideo p agnū qui erat principale ſacrificium. ſignificat chriſtus q eſt principale ſacrificiū. Nam omnes ſancti. qui pro fide chriſti paſſi ſunt. proſunt ad ſalutem fidelium. Sed hoc nō habent niſi inquantum ſup oblationem agni. quaſi oblatio adiuncta principali ſacrificio: immolantur. ⁊ hic offertur quidem mane. ⁊ veſpere quia per chriſtum patet aditus: ad intelligentiam diuinorum contemplandā. ⁊ friſendam. quod pertinet ad cognitionem matutinam. ⁊ inſtruimur quomodo vtamur terrenis. abſque inquinamento peccati. quod pertinet ad veſpertinam. ¶ Secunda ratio: eſt quia inter omnes figuras veteris teſtamenti. agnus paſchalis expreſſius figurabat paſſionem chriſti. quia ille agnus erat ſine macula. et per eius immolationem filii Iſrael liberati ſunt a ſeruitute egypriaca. ſicut per paſſionem chriſti qui peccatum non fecit ſumus liberati a ſeruitute diaboli. Unde glo. interlinealis ſuper verbo Ecce agnus dei dicit. Innocēs immolandus prefiguratus in agno paſchali. ¶ Tertia ratio. propter manſuetudinē yſa. 63. Quaſi agn⁹

coram tondente ſe ...z non aperietur os ſuū. ℭQuarta ratio eſt propter vtilitatē:qꝛ laria ſue cōuerſatiōis per exemplum dat veſtimentum virtutis:z carnem in cibum nutrimenti ſpiritualis:z lac doctrinē in potum paruulis: nonduz ad cibum ſolitum perfectis.

Ad tertiam.q. qua queritur vtrum xp̄s pincipalius paſſus eſt ꝓ delectiōe peccati originalis: q̄ȝ actualium peccatorum: ſic proceditur:z videtur qꝫ principalius pro delectōe actualiū. ℭPrimo ſic. Quanto enim peccatū eſt grauius.tāto magis humane ſaluti aduerſat.propter quaȝ deus eſt incarnatus z paſſus. Sed peccatum actuale eſt grauius:q̄ȝ peccatuȝ originale: minima enim pena deletur originale:vt dicit Auguſtinus contra Julianum. Ergo principalius incarnatio Chriſti z paſſio ordinantur ad delectionem actualiū. ℭSecundo ſic. Peccato originali non debetur pena ſenſus:ſed ſolum pena damni. Sed Chriſtus venit pro ſatiſfatione peccatorum penam ſenſus pati in cruce:nō autem penā dāni :quia nullū defectū habuit diuine viſiōis aut fruitionis. Ergo pncipalius venit ad delectionem peccatoruȝ actualium:q̄ȝ originalis. ℭTertio ſic dicit Apl'us ad Gala.3. Dilexit me:z tradidit ſeipſuȝ ꝓ me. Sed propē peccata noſtra ſūt actualia originale enī peccatuȝ eſt cōmune. Ergo videt id qꝺ prius. ℭIn oppoſitū eſt:euāgelium preſens: cuȝ ait ecce agnꝰ dei:ecce q tol. peccata mundi. Vbi aliqui textus habent peccatum. Vn̄ dicit glo. Peccatum mūdi ē originale. quod eſt cōmune omnium. Rn̄deo dicendum ſub duabus concluſionibus Prima eſt qꝫ xp̄s venit in mundū:non ſoluȝ ad delendū originale peccatū: ſed ēt ad delectionē oīum peccatoruȝ actualium. Iſta cōcluſio patet primo p illud O ſee vltio. Omneȝ aufert iniquitatē:Et Colo. 2. Qui viuificabit nos: cū illo: donans nobis omnia delicta. Quod vero nō omnia peccata deleantur in hōibus: ē propter defectū hōium:q xp̄o nō adherēt:ſꝫm illō Jo.3. Venit lux in mundū:z dilexerūt hōies magis tenebras:q̄ȝ lucē: xp̄s autē qꝺ exhibuit. ſatiſfactionē paſſionis ſue ſufficiens fuit ad oīa peccata delēda. Secūda concluſio eſt:qꝫ pncipaliꝰ xp̄s incarnatꝰ z paſſus ē.ꝓ peccō originali. Pꝫ concluꝰ: qꝛ tāto princi-

palius ad alicuius peccati ... tionẽ christus venit: quãto illud peccatũ est maius: Sed peccatum originale: ꝑ qd totũ genus humanum inficitur: est maius peccatũ extẽsiue quolibet peccato actuali: qd est propriũ singularis ꝑsone: ergo ad hoc tollendũ christus principalius venit in mũdũ: inquãtũ bonũ gẽtis: diuinius est: q̃ȝ bonũ vnius: vt dicitur. i. Ethy. ¶ Ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primũ respõdetur: ꝙ maius aliquod: dicitꝰ dupliciter: vno mõ intẽsiue: sicut ẽ maior albedo: q̃ ẽ intẽsior. Et ꝑ hũc modũ peccatum actuale: ẽ maius: q̃ȝ originale: quia plus hẽt de rõne volũtarii. Alio mõ dicitur aliqd maius extẽsiue: sicut dicitur maior albedo: q̃ȝ ẽ in maiori supficie: ⁊ sic originale peccatũ: ꝑ quod totũ genus humanũ inficitur: ẽ maius: ⁊ sic argumẽtũ illud ꝓcedit de intensiua magnitudine. ⁊ ideo non militat. ¶ Ad scdam respõdetur negãdo ↄ̃ñam. ⁊ ratio est: quia licet peccato originali in futura retributione nõ debeatꝰ pena sensus penalitates tamẽ sensibiliter in hac vita patimur: sicut famẽ sitim mortem: ⁊ alia hmõi. que ex peccato originali ꝓcedunt. ⁊ iõ christus vt plene ꝓ peccato originali satisfaceret: voluit sensibiliter ... pati: vt mortem. ⁊ alia hmõi in seipso consummaret. ¶ Ad tertiam rñdetur negãdo cõsequentiam. Et ad dictum apostoli rñdetꝰ. ꝙ non est ita intelligendum: ꝙ voluerit munere amplissima. ⁊ per orbem diffusa xp̃i munera: ꝙ pro se solus xp̃s mortuꝰ sit sed vt ꝓ oĩbꝰ se solum indicaret obnoxium. Et ideo nõ excluditur: quia principalius venerit abolere peccatum originale totius nature: q̃ȝ peccatum vnius persone.

¶ In octauis Epiphanie ſm eundẽ vsum predicatorum legitur euangelium de batismo xp̃i. s. In illo tẽpore venit iesus a galilea ad iordanem ad. Ioãnem vt baptizaretur ab eo. Mat. 4. possunt disputari sequẽtes questiones.

¶ Primo vtrum conueniens fuit christum baptizari.

¶ Secundo vtrum ↄueniẽter super xp̃m baptizatum celi aperti sunt: ⁊ spũs scũs descendit sicut colũba: ⁊ vox pr̃is audita ẽ.

a

Ad priam. q. q̃ queritꝰ vtrum cõueniens fuit xp̃m baptizari sic ꝓceditur: ⁊ videtꝰ ꝙ nõ. ¶ Primo sic. Baptizari enim est ablui. Sed xp̃o nõ cõuenit ablui: in quo nulla fuit impuritas: ergo videtur ꝙ nõ fuit conueniens ipsum baptizari.

¶ Scdo ſic: Pri[illegible]rauit. z hoc eſt. ꝙ ipſe di
quolibꝫ genere: ē immobile: ſm
illud motū: ſicut celū qđ pmuꝫ
alterās nō ē alterabile. Sꝫ xp̄s
ē pmū baptizās: ſm illud Jo.
Sup que videris ſpūm deſcē
dētē: z manētē. hic ē qui bapti
zat: ergo xp̄s ñ dbuit baptizari.
¶ Tertio arguiꝰ ſpāliter baptiſ
mo Jo. ſic Baptiſmꝰ Jo. erat
baptiſmus penitētie. Sed xp̄o
penitentia nō ꝯuenit: qꝛ nulluꝫ
habuit peccatū. ergo vꝛ: ꝙ ñ fu
it ꝯueniēs chriſtū baptizari ba
ptiſmo Jo. ¶ In oppoſitum eſt
euāgeliū pñs. Rñdeo dicēduꝫ
ſub duabꝰ ꝯcluſionibus. Pria
ē: qꝛ ꝯueniēs fuit xp̄ꝫ baptizari
z hoc pmo vt tactus ſue mun
diſſime carnis vim regenerati
uā conferret aquis. Nā vt dr̄
de ꝯſe. di. iiii. Nunq̄ʒ aqua pec
cata purgare poſſet, niſi puꝰ ta
ctu dominici corporis fuiſſet ſā
ctificata Vñ ait Ambro ſuper
Lu. Baptizatus eſt dñs: vt ſan
ctificatas aquas poſtmodū ba
ptizādis relinqueret, Et ideꝫ
Chriſo. z Beda Dignatus ē la
uari aqa Jordanicis. q erat mū
dus a ſordibus cūctis. vt ad di
luendas noſtroꝝ ſordes ſcelerū
oium fluenta ſanctificaret aqꝛū
Secūdo ſic. qꝛ vt dicit Aug. in
ſermone de epiphania Voluit
docere. qđ faciendum omnibꝰ
cit ſic. Decet nos adiplere oēm
iuſticiā Vt enim Ambro. dicit
ſuper Lucam Hec eſt iuſticia
vt quod alterꝫ facere velles. pri
us ipſe incipias. z alios tuo hor
teris exemplo. Tertia rōne pro
ceditur ſic. xp̄s erat finis. vete
ris legis. z initium noue: ergo ñ
ſolū debebat implere eā: q̄ ſunt
veteris legis. ſed incohare ea q̄
ſunt noue. Et iō ſicut ꝯueniens
fuit vt circūcideretur. z vt circū
ciſionem z alia legalia finiret. z
terminaret. Ita conueniens fu
it vt baptizaretur. vt legē nouā
inchoaret. Secūda ꝯcluſio ē cō
ueniens fuit vt xp̄s baptiſmo
Jo. baptizaretur. Iſta cōcluſio
habetur ex euangelio pſenti. de
hoc aſſignanꝰ plures rationes.
Primo, ppter conditionē ba
ptiſmi Jo. q nō baptizauit ſpiri
tu. ſed ſolū in aqua. xp̄s autem
ſpirituali baptiſmate non indi
gebat. qui a principio ſue conce
ptionis gratia ſpiritus ſācti fuit
repletus. Et iſta ē reſpōſio Cri
ſo. Secundo vt dicit Beda vt
baptiſmo ſuo baptiſmum Jo.
cōprobaret. Tertio vt in baptiſ
mo miracula oñdens. euacua
ret illorum errorem. qui Jo. xp̄o
maiorem dicebat. ¶ Ad ratio
nes in oppoſitum. ¶ Ad primā
reſpondetur negando ꝯñam.

Et rō eſt: q: licet nō fuit bapti zatus vt ablueret: fuit tñ baptizatus aliis rōnibus aſſignatis. ¶ Ad ſecundam rñdetur negãdo pñam: Et ad ꝓbationē rñdet: q xp̄s eſt primum baptizãs ſpūaliter. Et ſic nō eſt baptizatus ſed in aqua ſolū. ¶ Ad tertiã reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. q: cum xp̄s nihil recepit a ſacramētis: baptiſmus Jo. non dicitur baptiſmus penitentie: quo ad xp̄z ſed quo ad alios: qui ad penitētiam per ipſum preparantur. Sicut etiam circunciſio chriſti nō fuit in remedium originalis peccati: a quo xp̄s non immunis erat: tamen aliis in remedium. Vel dicendum q xp̄s hoc fecit: lȝ non indigeret: vt efficacius induceret homines ad baptiſmum: quo indigebant. Unde ambro. ſup. Lu. d. Nemo refugiat lauacrū gratie: quãdo xp̄s lauacrū penitentie non refugit

D ſecundã q. qua queritur vtrū conueniens fuit: q ſuper xp̄m batpizatū celi aperti ſint: et ſpiritus ſãctus deſcēderit: et vox patris audita ſit. ſic ꝓceditur. Et videt q non. ¶ Primo de apertura celorū arguitur ſic. Apertio illa celorum: aut intelligitur corporaliter. aut ſpiritualiter. Sed non poteſt intelligi corporaliter quia corpora celeſtia ſūt impaſſibilia: infrangibilia. Similiter non poteſt intelligi ſpiritualiter quia ãte oculos filij dei celi antea clauſi non fuerant. Ergo inconuenienter videtur dici q baptizato chriſto aperti ſunt celi. ¶ Secundo ſic de ſecūdo. Chriſtus a principio ſue conceptionis habuit plenitudinem gratie per quam ſpiritus ſanctus habitat hominem: ergo non debuit ſpiritus ſanctus ad eum mitti in baptiſmo. ¶ Tertio d̄ tertio ſic Homo xp̄s non incipit eſſe filius in baptiſmo: ſicut quidã heretici putauerunt. Sed a principio cōceptionis fuit filius dei. Magis ī natiuitate debuit vox patris poteſtari xp̄i diuinitatē qȝ in baptiſmo. ¶ In oppoſitū enim eſt euangelium preſens. Rñdeo dicendum ſub iſta cōcluſione: q conueniens fuit q xp̄o baptizato celi aperirentur ſpiritus ſanctus deſcenderet: et vox patris audiretur. Probat iſta concluſio per ſigna. Dicimus eniȝ q celi aperti ſunt xp̄o baptizato: quia vt dictum eſt: chriſtus baptizari voluit: vt ſuo baptiſmo cōſecraret baptiſmū quo nos baptizaremur. Et iō in baptiſmo xp̄i ea demonſtrari debuerunt: que pertinent ad

·efficaciam noſtri baptiſmi cit/ca quam ſunt tria conſideranda. Primo quidem principalis virtus: et qua baptiſm⁹ efficaciam habet. Que quidē virtus eſt celeſtis. Et ideo baptizato chriſto apertum eſt celū: vt oſtenderetur: q̄ de cetero celeſtis virtus baptiſma conſecraret. Secundo operatur ad efficaciam baptiſmi fides eccleſie: ⁊ eius: qui baptizatur. Unde baptizati fidem profitentur: et baptiſmos dicitur fidei ſacramentum. Per fidem autem inſpicimus celeſtia. que ſenſum ⁊ rationem humanam excedūt Et ad hoc ſignificandum: chriſto baptizato aperti ſunt celi. Tertio quia per baptiſmū chriſti ſpiritualiter aperitur nobis introitus regni celeſtis: qui primo homini percluſus erat per peccatū. Unde baptizato chriſto: aperti ſunt celi. vt oſtenderetur: q̄ baptizatis patet via in celum. ¶ Ad argumentum: quod fiebat in oppoſitum. reſpondetur. q̄ illa apertio nō fuit corporalis. q̄ realiter celum fuiſſet diuiſum: ſed videbatur aperiri. ſicut in coruſcatione videntur aperiri: tantus enī ſplēdor fulſit ſuper chriſtum baptizatum. vt viderentur celi aperti. conſequenter patet concluſio de conuenientia deſcenſus ſpiritus ſancti ſuper chriſtum baptizatum. Dicimus enim q̄ cōuenienter dictum eſt. q̄ ſpirit⁹ ſanctus ſuper eum deſcendit. ⁊ in ſpecie columbe. Et hoc duplici ratione. Prima. ad dēmōſtrandum plenitudinem gratie in chriſto. Secunda ratio eſt ut ſuper omnes baptizatos inuiſibiliter credaē deſcendere. Omnes enim qui baptiſmo xp̄i baptizantur. ſpiritum ſanctum recipiunt. niſi ficte accedant: ſm̄ illud Mat. 3. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto. Et ideo conueniens fuit: vt ſuper baptizatum dominum ſpiritus ſanctus deſcenderet. Et hoc in ſpecie columbe. propter diſpoſitiōnem. que requiritur in baptizato. vt. ſ. fictus nō accedat. q̄r dicit Sapi. 1. Sp̄us ſc̄tūs diſciplīne effugiet fictū. Colūba enī eſt aial ſimplex ⁊ aſtutū ⁊ dolo carens. ¶ Ad rationem in oppoſitum reſpondetur. q̄ vt' dicit Auguſti. chriſtus in baptiſmo corpus ſuum. i. eccleſiam prefigurare dignatus eſt. in qua baptizati accipiunt ſpiritum ſanctū Et hoc eſt. quod dictum eſt in ſecunda cauſa aſſignata. quare deſcendit ſpiritus ſanctus ſup chriſtum baptizatum. ceterum de voce patris audita patet cō

cluſio. qm̄ cõueniens fuit vt ba ptizato xp̄o vox patris audiret tum primo vt oſtēderet q̄ p̄ baptiſmū baptizati fiūt ſpūales filii. Jo. i. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Secūdo q2 in baptiſmo xp̄i nō ſolū repreſentat exēplum ⁊ efficacia. ſ3 et forma baptiſmi: que eſt in nomine patris. ⁊ filii ⁊ ſpūs ſancti. Mat. vltimo. Euntes docete oēs gentes baptizātes eas in nomine patris. ⁊ filii. ⁊ ſpiritus ſancti. Et ideo in baptiſmo xp̄i vt hieron. ait Miſteriū trinitatis demonſtrat: filius ī natura humana baptizatur: ſpūs ſanctus in ſpecie colūbe deſcēdit: patris vox teſtimoniū filio perhibentis auditur. Et ideo cõueniēs fuit vt in verbo illo baptiſmo: pater declararet ī voce. ¶ Ad argumentū in oppoſitum rñdetur: negādo p̄nã3. Et rõ eſt. q2 diuinitas xp̄i nõ debuit omnibus in eius natiuitate manifeſtari: ſed magis occultari in defectibus infantilis etatis: ſ3 qñ peruenit ad perfectam etatem in qua oportebat eum docere ⁊ miracula facere: ⁊ homines ad ſe conuertere. tunc teſtimonio patris erat eius diuinitas indicāda. vt eius doctrina credibilior fieret. Vñ ⁊ ipſe dicit Jo. 5. Qui miſit me. pater ipſe teſtimoniū perhibebit de me. Et hoc precipue in baptiſmo: p quem homines renaſcuntur in filios dei adoptiuos. Filii autē adoptiui inſtruuntur ad ſimilitudinem filii naturalis. Vnde Hyla. dicit ſuper Mat. q̄ ſuper Jeſu3 babdtizatum deſcēdit ſpiritus ſanct9: ⁊ vox patris audita eſt dicētis hic ē fili9 meus dilectus: vt ex iis que ſeruabantur in xp̄o cognoſceremus poſt aque lauacrum ⁊ de celeſtibus partibus ſanctu3 in nos ſpiritum auolare: ⁊ paterne vocis adoptione: dei filios fieri.

¶ In dominica p̄ia poſt octauas Epiphanie eſt illud euāgelium In illo tempore Nuptie facte ſunt ī chana galilee ⁊c̄. Jo. 2. Circa q̄d p̄nt diſputari ſe. q.

¶ Prima vtrum chriſtus debuit miracula facere.

¶ Secunda vtru3 cõuenienter xp̄s incepit facere miraculū in nuptiis: mutando aquam in vinum: ita q̄ conuerſio aque in vinum fuit primum miraculum per eum factum.

¶ Tertia: vtrum quis fuit ſpōſus in predictis nuptiis.

Ad primam. q. qua q̄ritur vtrum xp̄s debuit miracula facere ſic procedituur. Et videt q̄ nõ. ¶ Primo ſic: Factū enim Chriſti: ver

bo ſuo debet cõcordare. Sz ip ſe dixit Jo.6. Generatio mala ⁊ peruerſa ſignum querit: ⁊ ſignum nõ dabitur ei niſi ſignũ Jone prophete. Ergo non ergo nõ debuit facere miracula. ¶Secundo ſic. Sicut xp̃s in ſcđo aduentu vẽturus eſt in virtute magna: ⁊ maieſtate: ita in primo aduẽtu venit in infirmitate: ſm illud, yſa.54. Virum doloris: ⁊ ſcientem infirmitatem. Sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutẽ: q̃z ad infirmitatem. Ergo non cõueniens vt in primo aduentu miracula faceret. ¶Tertio xp̃s venit ad hoc: vt per fidẽ homines ſaluaret: ſz illđ Hebre.x. Aſpicientes in actorẽ fidei: ⁊ conſumatorem Jeſuz. Sed miracula diminuũt meritũ fidei. Vñ dominus dicit Jo.4. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis nõ creditis. Ergo videt ꝙ xp̃s nõ debuit facere miracula. In oppoſitum eſt euãgelium preſens: in quo miraculum fecit de cõuerſione aque in vinuz. Rñdeo dicendum ſub iſta concluſione: ꝙ conuenientiſſimum fuit vt xp̃s miracula faceret. Pro cuius concluſionis declaratione ẽ ſciendum: ꝙ diuinitus cõceditur homini miracula facere ꝑpter duo. Primo ⁊ p̃ncipaliter ad confirmandum veritatem: quã aliquis tacet. Quia enim ea q̃ ſunt fidei humanam rationem excedũt: nõ poſſunt per hũanas rõnes probari: ſz oꝫ: ꝙ probentur per argumentũ diuine virtutis: vt dũ aliquis facit opera que ſolus deus facere põt: credantur ea: que dicunt ẽẽ a deo ſicut cuz aliquis defert literas annulo regis ſignatas: creditur ex voluntate regis ꝓceſſiſſe qđ in illis continetur. Secũdo ad oſtendendum p̃ñtiaz dei ab homine per gratiam ſpiritus ſancti: vt dum. ſ. homo facit opera dei: credatur deus habitare in eo per gratiam: Vñ Gala.3. Qui tribuit nobis ſpiritum ⁊ operatur virtutes in nobis. Vtrunq; autem circa chriſtuz erat hominibus manifeſtandũ ſcilicet ꝙ deus eſſet in eo per gratiã non adoptionis: ſed vnionis: ⁊ ꝙ eius ſupernaturalis doctrina eẽt a deo. Et ideo cõuenientiſſimum fuit vt ipſe miracula faceret. Vnde ipſe dicit Jo.x. Si mihi non vultis credere: operibus credite. Et Jo.5. Opera que dedit mihi pater vt faciaz: ipſa ſunt: que teſtimonium perhibẽt de me. ¶Ad rationes in oppoſitum. ¶Ad primam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: quia hoc ꝙ dicit

Mat.16. Signum nō dabitur ei niſi ſignū Jone: ſic intelligendū eſt vt dicit Criſo. q̄ tūc nō acceperūt tale ſignū. q̄le de celo petebāt: nō q̄ nullū ſignū eis dedit: vel q̄ ſigna faciebat: nō ꝓpter eos: quos ſciebat lapideos eſſe: ſed vt alios emundaret. Et iō nō eis ſic̄ aliis illa ſigna dabantur. ¶ Ad ſcd̄am reſpōdetur negādo ꝯñam. Et rō ē. quia lʒ xp̄s venerit in infirmitate carnis: venit tñ in ꝟtute dei qḋ erat manifeſtādū ꝑ miracula. ¶ Ad tertiā rñdet negando ꝯñam. Et rō ē. q̄ licet miracula inūm diminuāt meritū fidei inq̄ntuʒ per hoc oñditur duricia eorū q̄ volunt credere ea q̄ ſcripturis diuis ꝓbāt: niſi ꝑ miracula: tñ meli⁹ ē eis vt vl ꝑ miracula cōuertant ad fidē: q̄ꝫ q̄ oino in infidelitate ꝑmaneant.

D ſcd̄am. q. quā q̄rit vix xp̄s cōuenienter incipit facere miracl'a in nuptiis mutādo aquā in vinuʒ ſic ꝓceditur. Et vr̄ q̄ nō. Primo ſic. Miraculū de cōuerſione aque in vinuʒ fecit anno ſue etatis trigeſimo vel.31. Sed in libro de infantia ſaluatoris legitur q̄ xp̄s in ſua puericia fecit multa miracula. Ergo videt q̄ tūc ñ inceperit facere miracula. ¶ Scd̄o ſic: xp̄s faciebat miracula virtute diuina. Sʒ virtus diuina fuit in eo a principio ſue conceptionis: ꝛ tunc enim fecit deus ꝛ homo. Ergo videtur q̄ a principio miracula fecerit. ¶ Tertio ſic. Chriſt⁹ ante illud tēpus cepit cōgregare diſcipulos vt legit Mat.4. ꝛ Jo.1. Sʒ diſcipuli precipue ꝯgregati ſūt ꝑꝑ miracl'a. ergo vr̄ q̄ añ miraculū factū i nuptiis alia miracula fecerit. ¶ In oppoſituʒ ē euāgeliū p̄ñs: vbi dic h⁹ initiū ſignoꝝ fec̄ Jeſus. Rñdeo dicēdū ſub aliq̄b⁹ cōcluſiōib⁹. Prima eſt q̄ cōuenient̄ xp̄s diſtulit facere miracula vſq̄ ad pfectam etatē aptam ad docēdū. Iſta concluſio oſtenditur ſic. Miracula facta ſunt a chriſto propter confirmatiōem doctrine ſue: ꝛ ad oſtendendum diuinam virtutem in ipſo. Ideo q̄ꝫ tum ad primum, nō debuit ante miracula facere: q̄ꝫ docere inciperet. Non debuit autem docere ante perfectam etateʒ qualis eſt.xxx. annoꝛuʒ. Unde Gen.40. legitur q̄. xxx. annorum erat Joſeph qñ ſuſcepit reginē egipti. Similiter.2. Regū.5. legit de Dauid q̄.30 annoꝝ erat cū regnar̄ cepiſſet. Itē Ezechiel ēt ante. 30. cepit ꝓphetizare: vt habet Ezechielis.1. Et ideo conueniens fuit

vt chriſtus anno. 30. annū nō
doceret nec per ꝯ̄ns miracula
faceret. Scdo oſtendit idē: inq̄z
tum miracula ſua erant ſue di
uinitatis māifeſtatiua q̄ ſic de
buit per miracula diuinitatem
oſtēdere: vt crederetur veritas
humanitatis ipſius. i. non im-
pediretur cognitio vere huma
nitatis ipſius. Et ideo non fuit
conueniens eum ante perfectā
etatem miracula facere: ne ei⁹
incarnatio fantaſtica crederet.
Vñ Criſo. ſup Joan. dic. de-
cēter nō icipit ſigna facē ex p⁹
etate: crediſſent n. fantaſticā eſſe
incarnationē ꝛ añ oportunum
tēpus cruci eum tradidiſſent.
Secunda concluſio. Cōuerſio
aque in vinum fuit primum mi
raculū chriſti. Abſolute patet
iſta cōcluſio: ex euāgelio p̄ſen-
ti. Scdo pꝫ ſic: q̄ oppoſitū eſt
contra veritatē euangelii. Er-
go cōcluſio vera. Antecedens
probatꝛ ſic: Jo. i. dicitur q̄ xp̄s
adhuc erat incognitus non ſo-
lū ipſi populo: ſed et Jo. precu
ſori eius. Vñ dixit Jo. baptiſta
loquēs de eo dixit: ꝛ ego neſcie
bam eum. ſ. ante baptiſmum.
Similiter loquens iudeis di-
xit. Medius veſtrū ſtetit: quē
vos neſcitis. Si autē ante mi-
racula feciſſet: non fuiſſet ſic in
cognitus maxime ſuo p̄curſori
qui ad ipſum manifeſtandum
natus erat: vt pꝫ Lu. i. imo et
nec p̄curſore indiguiſſet. q̄ eius
miracula ſufficienter manife-
ſtaſſent eū. Et ideo dicere q̄
fecerit miracula añ baptiſmū
videtur eſſe expſſe cōtra euan-
geliū. Tertia cōcluſio. Conue
nientiſſime xp̄s icepit facere mi
racula in nuptiis. Pꝫ iſta cō-
cluſio. q̄ per hoc Taciani: ꝛ
Martiani ceterorūq̄: qui nu-
ptiis detrahūt p̄fidia. q̄z ſit dā
nabilis inſinuauit. Naꝫ vt ait
Beda. Si thoro imaculato: ꝛ
nuptiis debita caſtitate celebra
tis culpa ineſſet nequaq̄z eas ſi
gnorū ſuorū initiis conſecrare
voluiſſet. Quarta cōcluſio. Cō
uenienter xp̄s primū miraculū
fecit in cōuertēdo aquam in vi
num. Que concluſio pꝫ: q̄ per
hoc apparuit q̄ nō ad ſoluen-
dū legē aut p̄phetas veniſſet:
ſed q̄ ea que in lege ꝛ p̄phetis
ſcripta erāt ſp̄ualiter forēt itelli
gēda. Vñ Beda i omelia eiuſ
dem. Potuit dominus vacu-
as implere ydrias vino: q̄ in ex
ordio mūdane creatōis cūcta
creauit ex nihilo: ſed maluit de
aq̄ facere vinū: quo thipice do-
ceret: nō ſe ad ſoluēdū: ꝛ impro
bandum ſed ad iplendū potius
legē: prophetaſq̄ veniſſe: nec il
la a ſe p euāgelicā gratiam fa-

cere ꝛ docerẽ quãq3 legalis ꝛ ꝓphetica ſcriptura ante factuꝝ docturũq3 ſignaret. ¶ Ad rõnes ĩ oppoſitũ. Ad primã r̃ũdetur ꝙ liber de iſantia ſaluatoris ẽ tãq3 hereticus reprobat⁹ Eſt eni multis mendacijs confectus. ¶ Ad ſcdã3 reſpõdetur negando conſequentiã: quia l3 poteſtatẽ miracula faciẽdi habere. chriſtus a principio cõceptionis: decuit tamẽ illã opera ri: ſm ꝙ neceſſariu3 erat ad ſalutem humanam ꝓpter qua3 carnẽ aſſumpſerat. Et ſic miracula fecit virtute diuina. vt ſidei de veritate carnis eius p̃iudicium non faceret. ¶ Ad tertiã r̃ũdetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: quia ad laudẽ diſcipulorum illorum pertinet: ꝙ xp̄m ſecuti ſunt cũ nulla eum miracula facere vidiſſent ſicut Grego. dicit in quadam omelia: ꝛ ꝙ dicit ꝙ crediderũt in eũ diſcipuli: nõ ꝙ tũc primũ crediderunt: ſed quia tunc perfectius crediderunt. Vel diſcipulos vocat eos q futuri erant diſcipuli. vt refert Auguſtinus ĩ libro de cõſenſu euangeliſtaꝝ

Ad tertiam. q. qua queritur quis fuit ſponſus in predictis nuptiis ſic reſpondetur. Circa hoc eſt duplex opinio. Vna ẽ ſecundum Hieron. ꝛ Augu. in prologo ꝛ in glo. ꝙ ipſe fuerit Joẽs euangeliſta Alia eſt opinio Victorioni. Chriſo. ꝛ Origeñ: ꝙ non fuerit Jo. euãgeliſta: ſed alius: Probat hoc victorienus ſic: Cu3 virginitas ſit in carne corruptibili: incorruptionis perpetua meditatio: non eſt credendum ꝙ Jo. cum de virginitate teſtimonium perhibeat: vnq̃3 ĩ nuptijs conſenſerit. S3 ad hoc dicit Albertus magnus ſuper Jo. q̄ abſq3 dubio celebrior opinio eſt q: iſte ſponſus fuerit Joan euangeliſta: ꝛ ꝙ ſponſa fuit vna de virginibus deo conſecrata. poſtea cum matre Jeſu permanſerit. Et ad argumẽtum victorioni reſpondet ſic. ꝙ eſt incorruptio ſecundu3 mẽtem. ꝛ incorruptio ſm corpus. ꝛ incorruptio ſm vtrumq3. virginitas autem que quidem radicem habet in mẽte. ꝛ ramos in corpore. vt dicit Ambroſius primo ꝛ principaliter meditationem habet in mẽte. Incorruptionis autem corporis meditatio. pro diuerſitate temporis ẽ diuerſa. q2 nõ reuelato tẽpore grẽ. q̃uis icorruptio corporis deſiderel. tamẽ cõmittitur diſpenſationi diuine. Sic etiã beata virgo fuit. eo ꝙ tũc matrimoniũ fructificabat gar-

rie. qr cū propagatiōis ſeminis fiebat etiā propagatio religionis. Tempore aūt reuelate gratie. incorruptio corporis tenebatur in corporis integritate ꝛ ſanctitate. Quod aūt verbo caſtitatis. fiebat etiā ad gentes ꝓpagatio religionis. Et quia matrimoniū ante legē ꝛ caſtitas tēpore gratie deo fructificabant. matrimonium abrahe nō prefertur celibatui Joānis qr caſtitatē quā Jo. exhibebat in corpore. abraā habuit i habitu ꝛ mēte. Et talis incorruptiōis meditatio eſt virginitas vbi incorruptio tenetur in mēte: ꝛ i corruptio corporis in habitu mentis. q̄uis non ſit i corpore. Et ꝙ dicit Victorinus ꝙ nō cōſenſit Jo. in corruptionē corporis. intelligendū eſt de illa corruptiōe. que violat habitum continentie in mente.

¶ In dominica ſcd̄a legit̄ euāgeliū Mat. 8. in quo narrantur duo miracula. Unum de ſanatiōe leproſi. aliud de ſeruo Centurionis. Circa quod poſſunt diſputari ſe.q.

¶ Circa primū queritur. vtꝝ conueniens fuit ꝙ xp̄s leproſū tangendo ſanaret.

¶ Secundo. vtrum ſit verum ꝙ iſte leproſus ideo poſtq̄ ſanatus iuſſus eſt ire ad ſacerdotem. ad ſignificandū ꝙ mundatus a lepra peccati per cōtritionē. tenecatur ſe oſtendere ſacerdoti per confeſſionem.

¶ Tertio. queritur. vtꝝ in xp̄o cadit admiratio.

¶ Quarto. vtrū verꝝ fuit ꝙ nō ſit inuenta tanta fides in iſrael quanta in Centurione.

a D primā .q. qua queritur vtrū cōueniens fuit ꝙ xp̄s leproſum tangēdo ſanaret ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ nō. ¶ Primo ſic. xp̄s ait Mat. 5. Non veni legem aut ꝓphetas ſoluere. ſed lege ꝓhibebatur tangere leproſum Ergo inconuenienter tangendo ſanauit. ¶ Secūdo ſic. xp̄s faciebat miracula virtute diuina. cuius ꝓpriū eſt ſubito operari ꝛ pficere Ergo nō debuit eū ſanare extendendo manū ꝛ tangendo eum. ¶ In oppo. eſt euangelium. Rn̄deo. dicendū ſub iſta concluſione: ꝙ cōuenienter xp̄s ſanando leproſuꝫ tetigit eum. hac inter alias ratione. Quia xp̄s venerat ſaluare mundū: non ſolū diuina virtute ſed etiam per miſteriū icarnatiōis ipſius. Et ideo freq̄ter in ſanatione infirmoꝝ non ſolum poteſtate diuina vtebat̄ curando. per modum imperij. ſed etiam aliquid ad humani-

tatem pertinens opponendo. Unde ſuper illud Lu. 4. Sin gulis manus iponens curabat omnes Dicit Cyrillus. Quã uis eni deus potuiſſet omnes verbo pellere morbos: tangit tamen eos: oſtendens propriaꝫ carnem efficacem ad preſtanda remedia. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primã rñdetur: ꝙ non erat prohibitum in lege tã gere leproſum ei: qui ex tactu ſuo poterat curare: ſicut Helyas ⁊ Elyſeus non fecerunt contra legem tangendo mortuum ad reſuſcitandum vt habetur. 3. Reg. 18. ⁊ 4. Reg. 4. ⁊ ita chriſtus non fecit contra legem. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiaꝫ Et ratio eſt qꝛ licet ſolo verbo curare potuit appoſuit tamen manum ratione dicta:

D ſcdam. q. quia q̃ritur vtrũ ſit verꝫ: ꝙ iſte leproſus poſtq̃ꝫ fuit ſanatus: ideo miſſus ſit ad ſacerdotẽ: ad ſignificandum: ꝙ mũdatus a lepra peccati per contritionẽ: adhuc teneatur oñdere ſe ſacerdoti, per cõfeſſionem peccatoꝝ ſic proceditur. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Quia ſi ſic: videretur ꝙ cõfeſſio a deo eſſet inſtituta. Sed non, niſi ab homine Jacob. 1. ꝯfitemini alterutrꝫ peccata veſtra. Ergo nõ fuit verum illud. ¶ Secundo ſic. Culpa remittitur per gratie iſuſionẽ: q̃ datur in cõtritione. Uñ ſup illud Pſal. Sacrificiũ deo ſpũs ꝯtribulatus dicit glo. Cõtritio cordis eſt ſacrificiũ: quo ſoluũtur peccata. Ergo nõ eſt neceſſaria confeſſio. ¶ Tertio ſic. Aliqbus remiſſum eſt peccatũ ſine hoc: ꝙ legant̃ cõfeſſis ſic pꝫ ď Petro ⁊ Maria magdalena ⁊ de Paulo Sed nõ ẽ minoris efficacie gratia remittẽs peccatũ nũc: q̃ꝫ tũc fuit. Ergo nec nũc eſt de neceſſitate: ꝙ hõ a peccato mũdatuſ per ꝯtritionẽ: cõfiteat̃ ſacerdoti. ¶ In oppoſitũ ẽ dictũ doctoꝝ exponẽtiũ hoc euãgeliũ vt ſanctus Tho. ⁊ magiſter Nicolaꝰ ď lira. Rñdeo dicẽdũ ſub iſta cõcluſiõe: ꝙ verꝝ ẽ ꝙ doctores illi dicũt. Pro cuiꝰ pleniori noticia eſt notãdũ: ꝙ paſſio xpi: ſine eius virtute: nec actuale, nec originale peccatũ dimitit̃. i nobiſ opat̃ p ſacramẽtoꝝ ſuſceptionẽ: q̃ ex ipſa efficaciã habẽt. Et iõ ad culpe remiſſionẽ: ⁊ actualis ⁊ originalis regritur ſacramentum eccleſie vel actus ſuſceptũ: vel ſaltẽ voto: qñ articulus neceſſitatis nõ cõtemptus ipſum excludit Illa autẽ ſacramenta: que ordinantur con-

tra culpam. enim qua ſolus eſſe non poteſt: ſunt de neceſſitate ſalutis. Et ideo ſicut baptiſm⁹ quo deletur originale peccatū eſt de neceſſitate ſalutis: ita ⁊ penitētie ſacramētū. Sicut aūt aliquiſ per hoc ꝙ baptiſmū percipit: ſe miniſtros eccleſie ſubiicit ad quos pertinet diſpēſatio ſacramēti. ita etiā ꝑ hoc ꝙ ꝯfitetur peccatū ſuū: miniſtro eccleſie ſubiicit: vt ꝑ hoc ſacramētū pnie ab eo diſpēſatum ⁊ remiſſionē cōſeqtur: qui cōgruū remediū adhibeẜ nō pōt: niſi peccatū cognoſcat: qḋ fit ꝑ ꝯfeſſionē peccātis. Et ideo cōfeſſio ē de neceſſitate ſalutis eius: q in peccatū actuale mōtale cecidit ¶ Ad rōnes i oppoſitū. ¶ Ad primā rūdetur negādo minorē. Dicimus. n. ꝙ preceptū de cōfeſſione nō eſt ab hoīe īſtitutū. q̄uis ſit a Jacobo ꝓmulgatū. Sȝ a deo inſtitutionē habuit q̄uis ei⁹ expſſa inſtitutio nō legaẜ: tñ quedā ꝑfiguratio ipſius inueniẜ: ſicut hic in hoc: ꝙ leproſuȝ mūdatū miſit ad ſacerdotes: q q̄uis nō eēnt noui teſtamēti ſacerdotes: tñ ī eis noui teſtamētī ſacerdotiū ſignificabaẜ. ¶ Ad ſecūdā reſpondeẜ negādo cōſequētiā. Et rō eſt: qm̄ ad gr̄e infuſionē ꝯſequēdā ordinata ſūt gr̄e ſacramēta: ad quoꝝ ſuſceptionē: vel actu vel propoſito aliquis gr̄am nō cōſequitur: ſicut pȝ i baptiſmo ⁊c. ſimiliter eſt de cōfeſſiōe: ſine q̄ actu: vel ꝓpoſito: culpa nō remittiẜ. Vñ vt dicit Albertus magn⁹ ī quarto: oēs tres ꝑtes pnīe coniunctiȝ operanẜ circa peccatum: ſed non oportet ꝙ aſſint in actu ſed vnū vel duas ſufficit eſſe in actu: ⁊ aliam vel alias eſſe ī propoſito. ¶ Ad tertiam reſpondeẜ negando conſequentiam. Et ratio eſt duplex Pria: ꝙ licet nō legaẜ cōfeſſio Petri ⁊ Magdalene: tñ cōfeſſi creduntẜ: Multa eni facta ſūt que ſcripta non ſunt ſicut innuitur. In fine Joannes. Secunda ratio. q: chriſtus habet poteſtatē excellētie in ſacramētis: Vñ ſine iis que ad ſacramentū pertinent: poteſt rem ſacramenti conferre.

D tertiā. q. qua q̄ritur circa ſecundū miraculū. vtrū i xp̄o fuit admiratio: ſic ꝓcediẜ. Et videẜ ꝙ nō potuit ī eo eſſe. Primo ſic Admiratio ſicut colligitur primo Methaꝝ. nō eſt niſi ignorātie. Sȝ i xp̄o nō fuit alīq̄ ignorātia. qui venit illuminare iis. qui in tenebris. ⁊ ī ūbra mortis ſedēt: ḡ nō fuit ī eo admiratio Scdo ſic: Dicit Ari. 4. Ethy. ꝙ ma-

gnanimus nõ est admiratiuus Sed xp̄s fuit magnanimus Ergo in Christo nõ fuit admiratio ¶ Tertio nullus admiraꝛ d̄ eo: qḋ ipſe facere pōt. Sȝ xp̄s facere potuit. qcquid magnū erat in reb⁹: Ergo videꝛ q̄ de nullo admirabaꝛ. ¶ In oppoſitū ē euangeliū pn̄s. Rn̄deo dicēduȝ ſub certis cōcluſionib⁹. Prima q̄ in xp̄o nõ potuit eſſe admiratio quātū ad ſciētiā diuinā: q̄ ē eterna Probaꝛ ɔcluſio. Admiratō ꝓprie ē de nouo aliquo inſolito In chriſto aūt nõ poterat eſſe aliquod nouū ⁊ inſolitū quātuȝ ad ſciētiā diuinā q: nihil cognoſcit de nouo. Secūda cōcluſio. In xp̄o nõ potuit eſſe admiratio: quātū ad ſciētiā humanā: q̄ cognoſcit res in verbo. Pȝ cōcluſio. Quia aīa xp̄i ab inſtanti ɔceptiōis. cognouit oīa ī verbo que cognoſcit verbū ſciētia viſionis: ⁊ hec ſunt oīa q̄ habēt eſſe ſm̄ quāq̄ȝ differentiā tp̄is: cui⁹ ſunt pn̄tia: preterita: ⁊ futura. ergo ⁊c. Tertia ɔcluſio. In xp̄o n̄ potuit eſſe admiratio: ſm̄ ſcientiā: qua cognoſcit res p̄ ſpecies īditas. Pȝ ɔcluſio: qm̄ aīa xp̄i ab hora cōceptionis fuit perfectū habitib⁹ omniū ſcientiarum Quarta ɔcluſio. admiratio potuit eſſe in xp̄o ⁊ fuit ſm̄ ſciētiā experimentalē. Patet ɔcluſio q: ſm̄ hanc potuit aliquod nouum inſolitū videre: ⁊ cognoſcere: ſm̄ q̄ poterāt quotidie aliqua noua occurrere. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad prim̄ rn̄detur negādo ɔn̄am. Et rō eſt: q: lȝ xp̄s nihil ignoraret: potuit tā de nouo aliquid occurrere experimētali eius ſcientie ex quo admiratio cauſaretur.

¶ Ad ſecūdā rn̄detur negando ɔn̄am. Et rō eſt: q: xp̄s admirabatur de fide Centurionis: non eā rōne q̄ eſſet magna: quātuȝ ad ipſuȝ: ſed q: erat magna: quātum ad alios. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando ɔn̄am. Et rō ē: q: licet xp̄s poterat facere oīa: ſm̄ virtutē diuinitatis: ſm̄ quā admiratio in eo nõ erat: ſciētie tñ eius humane experimentali pōt aliqd noui occurrere: de q̄ potuit cauſari in eo admiratio: ſicut dictum eſt.

Ad quartam. q. qua queritur vtrum ſit verum q̄ chriſtus non inuenit tantaȝ fidem in Iſrael ſicut in Centurione ſic proceditꝛ. Et videtur q̄ non. ¶ Primo: q: in Abraam: Iſaac: ⁊ Iacob maior fides fuit. Ergo ⁊c.

¶ Secundo arguitur de beatiſſima virgine Maria: cui dictū eſt: beata que credidiſti: quoniā

pficiens in te. que dicta sunt ti- bi a dño Luc. 2. ¶ Tertio. Idē arguit de apostolis: q dicūt pri micias spūs habuisse. ¶ In op po. ē euāgeliū pñs. Rñdeo di- cēdū. iuxta albertū sup Mat. q fides dr magna dupliciter. s. itēsiue. et facilitate credēdi intē siue. Possibile fuit: q maior fi des fuit i multis iudeis. s3 sta tū etiā pfitem. S3 quo ad faci litat ē credēdi. nō inuenit tātā q3 iudei. q crediderūt p mira- cula. inducti sunt et edocti. per scripturas q crediderūt. Iste aūt nō. ¶ Ad rōnes i oppo. di cēdū. ¶ Ad primā rñdet. q nō loquebat xps d illo priore isra el in quo pphete: et patriarche fuerūt. Unde Beda in omelia dicit sic, Non inueni tantam fidē in israel. non in illo priore israel. in quo noiati sunt pphe te et iusti. sed significat fidē illi9 super israel hoc est sup oēs. q tūc fuerūt tribus israel: et nō su p illum. q ab initio fuit israel. nec sup eos q postea pphete et iusti inuēti sunt in israel. Et p hoc p3 rñsio ad argumenta de beata virgine. et de apostolis. q sup oēs alios iusti et sancti i- uenti sunt in israel. Uel dicen dū. vt dicit Albert9. q cū xps dixit nō iueni tātā fidē in israel nō icludit illos. qbus loqueba- tur. sed alios de Israel.

¶ In dñica tertia est euāgeliū In illo tēpore ascēdēte Iesu i nauiculā et c. Mat. 8. Circa qđ veniunt disputande se. q.

¶ Primo. vtr3 ecclesia vniuer salis iuxta glo. p nauiculā desi gnata tēpestate alicui9 tribula tiōis qñq3 ita ɔcutietur vt nau fragium patiatur. ¶ Secundo vtrum fuit verum. q mare et venti obediunt xpo.

Ad primā. q. qua queri tur vtrū vniuersalis ec clesia iuxta gl. euāgelii p nauiculā designatā qñq3 tē- pestate tribulatiōis ita ɔcutie tur: vt naufragiū patiatur. sic p ceditur Et videt q sic. ¶ Pri mo Daniel. 9. scribitur Defici et hostia et sacrificiū. et erit i tē plo ab hominatio desolatiōis et vsq3 ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. Sed cum defecerit fides et ho stia et sacrificium: deficiet eccle sia: Dicit. n. Aug. vbi fides. ibi ecclia q et c. ¶ Scđo sic Sicut vniuersitas iudeorum qui pri- us ecclesia dicebatur. iam nō est ecclesia. vnde tota ecclesia iudeorum videtur ɔfecisse. De dit enim illi deus libellum re- pudii, primo. x. tribubus. et po- stea duabus. vt dicitur. Hiere. 3. Et. 5. Ubi sic habetur.

Preuaricata eſt domus iſrael: et domus iuda dicit dñs etc. Ergo pari ratiõe tota eccleſia xpianorum eſt defectibilis. Conſequẽtis videt̃ bona. Tertio ſic. Luc. 18. Poſt denũciationẽ futurarũ tribulationũ dicit̃: verũ tñ filius hoĩs veniẽs putas inueniet fidẽ in terra. Hoc autẽ nõ videt̃ dictũ: niſi q̄ fides ſancte cõſũmationẽ ſeculi deficiet. et p̄ cõſequẽs eccleſia. ¶ In oppo. eſt hic glo. Rñdeo dicẽdum ſub duabus cõcluſiõibus. Prima eſt: q̄ eccleſia catholica cõuenienter deſignatur per nauẽ ſiue nauiculã. Iſta cõcluſio p̄batur. Primo per illud prouer. vltimo. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. Et hoc. quia vt dicit Albet. magnus. virtutũ mercibus: et meritorũ theſauris amplisſimis: atq̄ p̄cioſiſſimis onuſta eſt: quibus filii ſui mercati ſunt regnũ In ea enim ſola: ſũt virtutes: q̄bus adipiſcit̃ felicitas vite eterne iuxta. c. oĩs. 28. q. i. Scd̃a p̄z concluſio: qm̃ eccleſia eſt vehiculũ: quo per mare huius ſeculi: q̄ĩcunq̄ crebris ventorum flatibus: et aquarum fluctibus. i. tentationum plagis: et verberib9 fatigetur: fideles in ea contenti ad portũ future beatitudinis perducuntur. Unde ſicut extra archam regnãte diluuio null9 ſaluatus eſt: ita nullus extra eccleſiã oĩno ſaluat̃. Uñ extra de ſũma trini. et fi. catho. c. i. et 4. q. i. qm̃ verus: et beat9 Greg. in moralib9: et habetur in. c. q2 eadem cã. et. q. eccleſia ſola eſt: que intra poſitos valida caritatis compago cuſtodit. Unde aqua diluuii archã quidẽ ad ſublimiora ſuſtollit. Oẽs aũt quos extra iuenit extinxit. Secũda cõcluſio ẽ: q̄ nauicula vniuerſalis nunq̄ tanta tẽpeſtate tribulatiõis vexabitur: q̄ naufragiũ patiat̃. Iſta cõcluſio p̄batur primo ſic. Au. ĩ tractatu de catholica veritate dicit. Sicut nauicula. i. eccleſia xp̄i in medio maris videlz mũdo diu iactata ẽ fluctibus: ſz vexata nõ diſſoluta aut ſubmerſa. q2 ille9 imperauit vento et mari q eidẽ eccl'ie p̄miſit vſq̄ ad finẽ affuturã. Iſta cõclu9 p̄z ex illo Ambro. q ita dic in quodã ſmõe Naui eccleſiã debem9 accipe i ſolo mũdi hmõi cõſtitutã: que et ſi vndarum fluctibus aut p̄cellis ſepe vexet̃, tñ nũq̄ põt ſuſtinere naufragium. q2 ĩ arbore ei9. i. ĩ cruce xp̄s erigit̃. i pupe pater reſidet gubernator p̄rorã paraclitus ſuat ſpirit9. hãc per anguſta huius mũdi freta. 12. remigiis ducũt. i. 12. apoſtoli. et ſimilis numerus p̄

poetas. Tertio pz . . cluſio ex il lo Ma. xvi. vbi xp̃i ait Super hãc pe . ã edi. ec. meã. ⁊ porte i̇ feri . õ preualebũt aduerſus eã. Plane hoc nõ eẽt: ſi eccl̃ia q̃n q̃ tribulatiõib⁹ aut ĩpugnatiõi bus vexata. naufragiũ eẽt paſſu ra. ❡ Ad rõnes in oppo. ❡ Ad primã rñdetur negando ↄñam Et ad dictum Danielis rñde tur dupliciter Primo q̃ nõ vĩ loqui de ↄſũmatiõe toti⁹ ſeculi: ſed de finali deſolatiõe ciuita tis hieruſalẽ. in q̃ loc⁹ ſanctifica tiõis erat: Et ita nõ eſt ad ꝑpo ſitũ. Scd̃o rñdetur q̃ dato. q̃d dictũ Danielis accipiatur de ↄſumatiõe ſeculi. ⁊ abhoĩatio nẽ noiet antixp̃m hoĩem pecca ti. q in tẽplo ſedẽs extollẽs ſe ſu per oẽ. q̃d dicitur dõ. ii. ad The ſa. i. nõ ẽ itelligẽdũ: q̃ fides to taliter deficiat: quin ſemꝑ apd̃ aliquos fides eccleſie firma at q̃ immutabilis vſq̃ ĩ finẽ ſecu li permanebit: ita xp̃s pollicit⁹ ẽ Petro. quẽ vniuerſalis eccle ſiẽ ſue paſtorẽ ⁊ vicariũ ↄſtitue rat. d. Ego rogaui ꝑ te patrem vt nõ deficiat fides tua Lu. 22. ❡ Ad ſecũdã rñdet negãdo aſſũ ptũ: q̃m q̃ eccl̃ia de iudeis nun q̃ ita deficit. q̃n ſemꝑ ĩ ea aliq̃ eſſent iuſti. in q̃b⁹ integra fides ⁊ caritas inuiolata ꝑſeueret: ſed ſcriptura ita abſolute loquitur. q̄z. in cõparatiõe maloꝝ. illo tp̃e pauciſſim⁹ erit numer⁹ bonoꝝ. ❡ Ad tertiam rñdet negando ↄñam. Et ad dictũ. quod Lu. xviij. habet rñdet. q̃ illud dictũ eſt nõ q̃ oĩno fides ſit defectu ra: ſed ꝑꝑ paucitatẽ fideliũ. que tp̃e añxp̃i erit ꝓpter maximaꝫ tribulatiõnẽ: q̃ tp̃e illo vigebit.

a D ſecũdã. q. q̃ q̃rit. vtrũ q̃ fuit veruꝫ q̃ mare ⁊ vẽti obedie runt xp̃o ſic ꝓcedit. Et vĩ q̃ nõ. q̄z res ſine ſenſu. ⁊ ſine rõe. nõ pñt dici obedire ali cui. cũ nec capere nec ĩtelligere poſſint ꝓceptũ ĩperãtis: ſꝫ mare ⁊ vẽti ſũt hmõi. ergo nõ vident poſſe dici obedire. ❡ Scd̃o ſic: Qui obedit deo cõfirmat vo luntatem ſuam voluntati diui ne Sed iſta cum ſint ſine intel lectu ⁊ voluntate, non poſſũt di ci cõfirmare volũtateꝫ ſuã di uine. Ergo ⁊c. ❡ Tertio. Obe dientia eſt virtus moralis. Sꝫ mare ⁊ vẽti nõ capacia ſunt vir tutis Ergo nec poſſũt dici obe dire alicui. ❡ In oppoſitũ ẽ euã gelium preſens Reſpondeo di cendum ſub iſta concluſione: q̃ mare ⁊ venti obedierũt chriſto Iſta cõcluſio patet ex euãgilio. Pro cuius intellectu eſt notan dum: q̃ obedientia dicitur duo bus modis. Vno mõ. vt dicit

virtus.qua animus ſubiicitur mādatis imperātis.vt fiāt. Et hoc modo ob.diētia non cadit niſi in creatura intellectuali.q̄ ſola capax ē virtutis.vt arguebatur. Alio modo dicit̄ obediētia opatio:qua mobile vel ſubiectum ſtatim expedite ꝛ ſine q̄cunqꝫ repugnātia exequit̄ ordinem ꝛ diſpoſitionē ſui motoris ſiue pīcipii agētis. Et hoc mō ē in omni creatura potētia obedientialis.ad exequēdū. ꝛ operandum quicqd deus.qui imobilis manēs dat cuncta moueri.de creatura ordinauerit vl̄ diſpoſuerit. Unde ps.c.xlviii.dicitur Statuit ea in eternū ꝛ in ſeculum ſeculi:preceptuꝫ poſuit ꝛ nō preteribit Et infra. Ignis grando.nix.glacies.ſpūs ꝓcellarum.que faciunt verbum ei⁹ Et Amos.ix.dicit dñs Mandabo ſerpenti.ꝛ ipſe deuorabit eos; Et hoc modo dicimur vēti ꝛ mare obediuiſſe xpo.ſicut creatura ſuo creatori. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primā rñdetur.ꝙ nō ꝓcedit de obedientia primo modo ſumpta. lꝫ dicat Albertus magn⁹ ſup mat. ꝙ omnis creatura ſenſum habet naturalem.quo imperiū p̄cipit.ꝛ perficit creatoris. q̄uis in ſe ſit inſenſibilis. Et iō diſtinguit yſac phyloſophus. ſenſus naturales aī... eſſe in reb. inſenſibilibus. Hoc Albertus. ¶ Ad ſecundam.ꝛ terti... rōneo.eadem eſt rñſio. Loquunt̄ enim de obedientia primo mō ſumpta nos vero de obediētia ſecundo modo capta.

¶ In dominica quarta poſt octauas Epiphanie ē euāgeliuꝫ.

¶ In illo tempore dixit Jeſus parabolam hanc. Simile factū eſt regnū celorū hoī ꝛc. Mat. xiii. Circa qđ pñt diſpu.ſe.q.

¶ Primo.vtrum diabolus ſuperſeminauerit zizania.i.hereſes in agro dominico.

¶ Secundo.vtrū heretici ſint eradicādi p morte ꝟ vita pñti.

D primam.q.qua querit̄ur.vtrum diabolus ſuperſeminauerit ziza nia ꝛc.ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ nō. ¶ Prio ſic. Euāgeliuꝫ dicit.ꝙ inimicus homo hoc fecit. Sed diabolus nō eſt homo. Ergo nō ſuperſeminauit zizania. ¶ Secūdo ſic. Hereſes ex libero arbitrio hoīs ꝓcedit. Unde vt ait hiero.ꝛ habetur.24.q.3.i.c.hereſis. Hereſis grece ab electione dicitur quia cum vnuſquiſqꝫ eligat diſciplinam:quam putat eſſe meliorem Sed diabolus non pōt ſuper li.ar. Ergo non poteſt ſuperſeminare aliqd i eo. ¶ Ter

tio fit dyuine agẽs .c ꝓpoſito cognoſcit ſuũ effectũ. ſꝫ diabol⁹ interiores cognitiones nõ põt ꝑuidere: ut dicit Aug. li. de eccle. dogmatib⁹. Ergo nõ põt aliqd ſeminare. ¶ In oppo. ẽ euãgeliũ pñs. Rñdeo dicẽdũ ſub tali cõcluſiõe: q̃ diabolus ſupſeminauit in agro dñico hereſes et errores. Iſta cõcluſio pꝫ. Naꝫ poſtq̃ꝫ xp̃s lux mundi. ⁊ veritatis. in agrũ ſeminauit fidei doctrine. ꝑ ſe ⁊ ſuos apoſtolos: in agro dñico. poſt morte ẽ eoꝝ diabolus inuidẽs fidei ſeminate in cordibus fideliũ: q̃ fundamẽtuꝫ erat religiõis xp̃iane: ſupſeminauit zizania ſuadẽdo ⁊ ſuggerẽdo errores hoibus. Et ita plures ad ꝑfidiã hereſis induxit. q̃ ducit ad mortẽ. Hinc Sapi. ij. dicit: q̃ inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Et Jo. 8. dicit de diabolo. Ille homicida fuit ab initio: ⁊ in veritate ñ ſtetit q: veritas nõ ẽ in eo. Cũ enim loqt. i. ſuggerit mendaciũ: ex ꝓprijs loquitur: q: mendax ẽ. ⁊ pater eius. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad ꝑmã dicit: q̃ ibi in euãgelio inimicus hõ dr diabolus. ut exponunt doctores dicitur aũt diabolus hõ. tũ. ꝓpter defectum a dietate. ps. Exurge dñe. nõ preualeat homo: tuꝫ q: diabolus vincit hominem ps. Eripe me dñe ab homine malo. Et dici tur inimicus propter cõſummatã maliciã ei⁹. ¶ Ad ſecundã reſpõdet negãdo ꝯñaꝫ Dicim⁹: q: diabolus nõ poſſit ſup li. ar. directe mouẽdo. illud põt tamen bene ꝑ modum ſuadẽtis. Et ſic diabol⁹ ſemiat hereſes ⁊ errores in cordibus hominum. Unde. Auguſti. 4. de trini. dicit. q̃ diabolus ſua ſubtilitate malignos affectus ipirat. Et. Beda dicit ſuper. Actus apoſtolorum: q̃ animam in affectum malicie trahit.

D ſecundã. q. q̃ queritur: vtrum heretici ſũt eradicãdi ꝑ mortem de vita preſenti ſic ꝓceditur. Et videtur q̃ nõ. ¶ Primo ex euangelio preſenti vbi dicitur q̃ ꝑmittantur zizania creſcere: vſqꝫ ad meſſem: meſſis aũt eſt finis ſeculi. Sed heretici per zizaniam deſignantur. ergo heretici tollerandi ſũt ⁊ non interficiendi. ¶ Secundo ſic. Apoſtolus. ii. Thy. ii. Seruuꝫ dei oportet eſſe manſuetuꝫ i. cũ modeſtia corripientem eos qui reſiſtũt veritati: ne quando det deus illis penitentiã ad cognoſcedam veritatem. ⁊ reſcipiſcant a laqueis diaboli. Sꝫ ſi heretici non tollerarẽtur. ſed morti traderentur. auferretur eis

facultas penitēdi. ergo tolleran di ſunt. et nō interficiendi. ¶ Ad tertiū ſic. Nihil enim debet impu gnari niſi qd eſt contra amicitiā. Sed diuerſitas opinionū nō eſt contra concordiā amicitie. vt phy- loſophus dicit. 4. Ethy. ergo heretici nō ſūt extirpādi. ſed tol lerādi. ¶ In oppo. eſt apoſtolus ad Thy. 3. Hereticū poſt pri- mam et ſcdam correptionē de vita. ſciensqꝫ ſubuerſus eſt qui hmōi ē. Rñdeo dicēdū ſub iſta cōcluſiōe Heretici māifeſti. qñ ſine periculo pōt fieri: extermi- nādi ſunt per mortē de vita pñ ti. Iſta cōcluſio pꝫ: qr tales ſūt corruptiui. et infectiui alioꝝ ſcḋm illud Th. iii. Heretici multum pficiūt ad impietatē. ſermo eoꝝ vt cācer ſerpit. Que cōcluſio pꝫ per Apoſtolū. i. Corin. v. Qui precepit exterminare vetus fer mētū: ne totā maſſam corrum- pat. et Hiero. Et habet. i. q. iii. Secande ſunt carnes. et ſcabio ſa ouis: a caulibus repellēda: ne tota domus: maſſa: corpus: et pe- cora: ardeat. corrūpatur. putre- ſcat. et intereat. Arrius autem in alexādria. vna ſcintilla fuit. ſed quoniā nō ſtatim oppreſſa eſt. totū orbem eius flāma po pulata eſt. Scḋo pbatur ſic. qr ſunt ſicut homicide. Vita ſpūa lis multo melior eſt qꝫ corporalis

Sed homicide extirpātur. qui auferūt hoībus vitā ec corporalē. vt habetur. Exo. xxii. Maleſi- cos ñ patieris viuere. ergo mul to amplius heretici. qui auferūt hoībus vitā ſpūalem. Tertio ſic pceditur. inquātū heretici ſūt falſarij xpiane fidei multo gra- uius eſt corrūpere fidē per quā eſt aīe vita. Iuſtus enim ex fide viuit Abac. ii. Et Ro. i. quā fal ſificare monetā. per quā tēpora li vite ſubuenitur. Sed falſari pe cunie ſtatim per pncipes ſecu- lares morti tradūtur. ergo mul to fortius heretici ſtatim. qñ de he reſi cōuincūtur. pñt iuſte occi di. Quarto pbatur cōcluſio inquā- tū heretici dicūt lupi. Lupi ſūt ab ouibus arcēdi paſtoris offi- cio Io. x. Sed heretici ſunt lu- pi. Act. ii. Ergo iſti veniunt ex- tirpādi. Quinto pbat cōcluſio. inquātū heretici ſūt blaſphemi in xpꝫ Leui. 24. dicit Qui blaſ- phemauerit nomē dñi morte moriatur. Sꝫ heretici ſūt hmōi ergo merito veniūt extirpādi p mortē magis qꝫ rei crimine le- ſe maieſtatis. ¶ Ad rōnes i op po. ¶ Ad primā rñdet: qꝫ deus nō vult hereticos puniri viuere ab ſolute. ſꝫ in caſu tātū. ſ. qñ non poſſūt ſeparari a fidelibus ſine periculo fidelium: Et hoc cōue- nit duplici de cauſa. Vna. qñ

nō bene cognoſcūtur. nec bene diſtinguntur a fidelibus. alia quī habent tātos defenſores. q̄ contra eos procedatur. maius periculū in eccleſia probabiliter eſtimatur. vt ſciſmaticos. vel interiectores fideliū. a fautoribus hereticoꝝ. Tunc enim permittendi ſunt propter maius periculū euitandum. Vbi autem nō occurrūt iſta pericula ſunt ſeparādi ab eccleſia. et iuſtitie ſeculari relinquendi. vt extermineutur per mortem. ſicut dictum eſt. ¶ Ad ſcdaꝫ rñdet negādo cōñaꝫ Et rō ē. q2 modeſtia illa ſeruat. vt pmo. et ſcdo compiat ¶d. ſi redire noluerit iam pro ſubuerſo habetur. vt pꝫ in auctoritate apoſtoli indicta. ¶ Ad tertiam rñdet negādo cōñam: Tum q2 philoſophus loquitur de opinionibus ſpeculatiuis tñ. Tum q2 conſenſus in vnitatem fidei: eſt principium coniunctionis in caritate. Et ideo diſceſſus a fide excludit amicitiam familiaritatis.

¶ In dominica. lxx. eſt euangelium In illo tempore dixit Ieſus parabolā hanc ꝛc. Mat. xx. Circa quod pñt diſputari ſe. q.

¶ Prima vtrum omnes homines ad eternam beatitudinē a deo ſint vocati.

¶ Secunda. vtrum requirantur aliqua opera hominuꝫ ad beatitudinē conſequēdā a deo

¶ Tertiam. vtrum omnium laborantium in vinea domini ſit vnum remunerationis p̄miuꝫ.

Ad primam. q. qua queritur. vtruꝫ omnes homies ad eternam beatitudineꝫ a deo ſunt vocati. ſic procedit. Et videtur q̄ non ¶ Primo ſic. Deus non diligit omnes homines. Ergo nō omnes homines ab eo ſunt vocati ad beatitudinem. Cōſequētia eſt bona Antecedens. patet ex illo ps. Iniquos odio habui. Et illud. Odiſti omnes. q operantur iniquitatem. ¶ Secundo ſic. Nullus excecatus a deo poteſt dici vocatus a deo ad percipiendam beatitudinem eternam. Patet Sed deus huius ſeculi excecauit mentes infidelium. vt dicit Apoſtolus. ii. Corin. 4. Ergo ꝛc. ¶ Tertio. Reprobati a Deo non poſſunt dici vocati a deo ad Beatitudinem. Sed multi ſunt a deo reprobati. Vnde Apoſtolus ad Roma. primo Dedit eos in reprobum ſenſum. ergo non omnes homines ſunt a deo vocati ad beatitudinem: ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Itē illud Lu. xiiii. Hō qdā fe-

Et cenā magnā ⁊ vocauit multos. Per cenā vt ait glo. eterna beatitudo intelligitur. Rñdeo dicēdū ſub iſta cōcluſione ꝙ oēs hoīes ſunt a deo vocati ad beatitudinē. Que cōcluſio probaṫ. Primo ex illo .i. Thi. 2 Vult deus oēs hoīes ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Secundo ſic. Oēs hoīes facit deus capaces beatitudinis. ergo oēs ſunt vocati ad beatitudinem. Conſequētia vr bona: alias fruſtra fuiſſent facti capaces eius. Aſſumptū pꝫ: qꝛ oēs hoīes ſunt facti ad imaginem ⁊ ſimilitudinē dei. Gen. 1. Dicit aūt Augu. ꝙ eo eſt bō dei capax: qꝛ ad imaginē dei ē. Tertio ſic. Oēs hoīes appetūt beatitudinē: ergo vr ꝙ ad illaꝫ ſint a deo vocati. Aſſumptum probaṫ ꝑ illud Boetii. 3. de cōſolatione dicētis: ꝙ mentibus oīum hoīuꝫ veri boniqꝫ cupiditas: eſt inſerta. Sed verū bonū eſt. ꝙ nos beatos facit: ergo cōcluſio vera. Quarto ſic ſic dic Dyo. Deus equaliter oīa diligit: ⁊ ꝑ ꝯñs oēs hoīes eqlit dilligit. Sꝫ aliquos vocauit ad beatitudinē: ergo oēs hoīes. Quinto Oibus hoībus dedit legem mandatoꝝ: ꝑ quoꝝ obſeruātiā acqriṫ vita eterna ſm illud. Si vis ad vitam ingredi ſua mā‑data Mat. 19. Sexto Tribuit ēt oibus cōſilia ad perfectionē habendā. tribuit remedia ſcilicet ſacramēta ad ſanādavul... ra peccatoꝝ: ergo vr ꝙ oēs hoīes ſint a deo vocati ad eternā beatitudinē. ¶ Ad rōnes in cōtrariū. ¶ Ad primā rñdetur negādo aſſumptū: ⁊ ad ꝓbationē dicimus: ꝙ nihil ꝓhibet vnuꝫ ⁊ idem ſm aliqd amari: ⁊ ſm aliquid odio haberi. Deus igitur peccatores inquātum ſunt nature quedā amat: ſic enim ⁊ ſunt: ⁊ ab ipſo ſunt. Inqūtū vo peccatores non ſūt: ſed ab eē deficiūt: ⁊ hoc in eis a deo nō eſt. Unde ſm hoc ab ipſo odio habentur. ¶ Ad ſecundam reſpōdetur negādo ꝯñam. Et ad id quod dr: ꝙ deus excat mentes aliquoꝝ: dicenduꝫ ꝙ nō dicitur excecare: maliciā infundendo. ſed ex demeritis hoīum gratiam non infundēdo. Pro quo notandū ꝙ excecatio dicit priuatio grē: qꝛ gratia eſt quod dā lumē anime ⁊ perfectō qdā habilitans ad bonū ipſam aīꝫ Aliquē autē carere grā: ex duobus ꝯtingit: tum ꝙ ipe nō vult recipere: tū qꝛ deus nō ſibi infundit: vel non vult ſibi infundere. Horuꝫ āt duorū taľ ē ordo vt ſꝫ nō ſit: niſi ex ſuppōne primi. Quoꝫ n. deus nihil velit: ni

ſi bonū ꝙ vult iſtū carere grã niſi ſm ꝙ bonū: eſt. Sed ꝙ iſte caret grã: nō eſt bonū ſimplr. Tñ hoc abſolute cōſideratū ꝙ eſt volitū a deo: eſt tñ bonū ꝙ careat grã: ſi eā habere non vult. vel ſi negligēter: ſe ad eā habēdā preparat: q: iuſtum ē. Et hoc modo eſt a deo volitū. Pꝫ ergo: ꝙ hmōi defectus abſolute cā pma ē ex parte hoīs: qui gratia caret. Ex parte autē dei nō ē cā huius defectus: niſi ex ſuppoſitione illius. qđ eſt cā ex parte hoīs. Et p hūc modū qñqꝫ inuenit deus dici cā excecationis ⁊ obdurationis: nō mittēdo maliciā: ſed nō ipartiendo grãm. qđ in ipſo ē. Et ita pꝫ qđ dicēdū ſit ab auctoritatē Apoſtoli. ¶ Ad tertiā rñdetur negādo ꝯñaꝫ. Et rō ē Alex.n. eſt differētia ſꝫ ſanctū Tho. inter pdeſtinationē ⁊ reprobationē: q: pdeſtinatio ē cā: ⁊ ei⁹: qđ expectat in futura vita pdeſtiatis. ſ. glorie: ⁊ eius quod recipitur in preſenti. ſ. gratie. Reprobatio vero non eſt cauſa eius quod eſt in preſenti ſcilicet culpe: ſed eſt cauſa derelictionis a deo: eſt tamen cauſa eius quod redditur in futuro ſcilicet pene eterne. Sed culpa prouenit ex libero arbitrio eius qui reprobatur ⁊ a grã deſerit. Et ſm hoc verificat illud pphete Oſee. ꝗ. Ex te perditio tua Hieruſalē.

Ad ſecundā. q. qua queritur vtrū requirantur aliqua opera hominis ad beatitudinem cōſequēdaꝫ a deo: ſic proceditur. Et vrꝫ ꝙ nō. ¶ Primo ex illo ad Ro. 4. Beatitudinē hoīs cui deus accepto fert iuſticiā ſine opib⁹. ergo nō requirūtur alia opera hoīs ad beatitudinem conſequendam. ¶ Secundo ſic. Deus cum ſit agēs infinite virtutis: non perigit in agēdo materiam: aut diſpoſitionē materie: ſꝫ ſtatiꝫ pōt totum producere. Sꝫ opa hominis cū nō requirātur ad beatitudinē. ſicut cauſa efficiēs. nō poſſunt requiri ad eam niſi ſic diſpoſitiōes. ergo deus qui diſpoſitiones nō perigit in agēdo beatitudinem ſine pcedētibus operibus, confert. ¶ Tertio ſicut Deus ē actor beatitudinis imediate. ita ⁊ naturā imediate inſtituit. Sꝫ in prima inſtitutōne nature, pduxit creaturas nulla diſpoſitiōe pcedēte vl̃ actiōe creature. ſed ſtatim fecit vnūquodqꝫ pfectum in ſua ſpē. ergo videtur ꝙ beatitudinē confert homini ſine aliquibus precedentibus. ¶ Quarto arguitur de chriſto. cuius anima ab inſtanti creationis fuit beata ſi

ne operibus precedētibus. er- go ꝛc. ¶ Quinto. Idem argui tur de pueris baptizatis. q an vſum li. ar. moriuntur: quibus ſine p̄cedētibus aliquibus ope ribus: regni celeſtis ianua ape ritur. vt dicit beda. ¶ In oppo ſitū eſt euāgeliuz p̄ſens. vbi di citur voca operarios ꝛc. Itē Io. 13. dicit. Si hec ſcitis: beati ſi fe ceritis ea ergo p actionem ad beatitudinē peruenitur: Rñdeo dicendū ſub iſta cōcluſiōe: Qz deus poſſet ſimul facere volun tatē recte tēdētē in finē. ꝛ finez ꝯſequētē. ſicut quāqz naturam ſimul diſponit ꝛ dicit formam ordo tū diuine ſapiētie exigit vt nullus purus hō habēs vſuz li. ar. ꝯſequat beatitudinē. ſine ali quibus opibus precedētibus. Que cōcluſio ſic oñdit vera: vt dicit philoſoph⁹. 2. de celo. Eo ruz que nata ſunt. habere bonū pfectuz aliquid habz ſine motu aliquid vno motu: aliqd pluri- bus. Hōc aūt pfectū bonū ſine motu: conuenit ei: q naturaliter habet illud. Hoc aūt beatitudi nē naturaliter: eſt ſoli⁹ dei. Vñ ſolius dei propriū eſt: qꝫ ad bea titudinē non moueatur per ali- quam operationez precedentē. Quom autē beatitudo excedat omnem naturam creataz: nul- la pura creatura conuenienter beatitudinē conſequi[illegible] vt abſqz motu operationis. p q[illegible] am ten dit ad ipſum. Sz angel[illegible] qui ē ſupior ordine nature qꝫ h[illegible]mo, cōſecutus eſt eā. et ordine d[illegible] ne ſapiētie vno: motu opatiōis meritorie. Hoies aūt cōſequū tur ipſam multis motib⁹ opa- tionum: q̄ merita dicunt. Vñ ēt ſm Phm .1. Ethi. Beatitu- do eſt p̄miū virtuoſax opatio- nuz. ¶ Ad rationes in oppoſi. ¶ Ad p̄mā rñdet: qꝫ dictū Apo ſtoli nō militat: qꝛ ipſe loqt de beatitudine ſpe: q̄ hētur p grāz iuſtificantē: q gdem non datur propter opa p̄cedētia. Nō eniz hz rationē terminū motus. vt beatitudo: ſed magis eſt princi piū motus. quo ad beatitudinē tēditur. ¶ Ad ſcdaz rñdet negā do ꝯñam. Et rō eſt qꝛ nō dici- mus. qꝫ opatio hois: ideo p̄eri- gatur ad cōſecutionē beatitudi nis: ꝑpter inſufficiētiaz diuine virtutis beatificantis: ſz vt ſer- uetur ordo in rebus. ¶ Ad ter- tiā rñdet negādo ꝯñam. Et rō eſt. qꝛ primas creaturas ſtatiz deus pfectas ꝑduxit: abſqz aliq̄ diſpoſitōe: vel opatione creatu re p̄cedēte: qꝛ ſic inſtituit p̄ma indiuidua ſpēx: vt p eas nā p- pagaret ad poſteros. Sic autē nō fecit de aliis. ¶ Ad quartaz rñdetur negando ꝯñam. Et rō

eſt:qa ſ.aa fuit ſingulariter in rpo. Vñ ſicut de primis indiuid. ex p que erat natura p p̄pāda. dictū eſt q̄ fuerūt ſtatī pfecta: ſimiliter dicimus: q̄ p rpz: qui eſt deus ꝛ hō: beatitudo erat ad alios deriuāda: ſm̄ illud Apoſtoli ad Hebre. 2. Qui multos filios in gloriaz adduxerat: ſtatim a p̄ncipio ſue cōceptiōis. abſq̨ aliqua operatione meritoria p̄cedente aia eius fuit beata. Sed hoc eſt ſingulare in ipſo: vt dixim⁹. ¶ Ad quintam rñdetur. q̄ rō non fac ad propoſitū concluſionis. tum primo quia loquitur de hoibuſ vſuz habētibus liberi arbitrii. tum ſcdo q̄ licet paruulis baptizatis deſint propria merita meritū tamen xp̄i: eis ſupuenit eo q̄ per baptiſmum ſunt effecti membra chriſti.

a D tertiā. q. qua querit vtrū oium laborantiuz in vinea dñi. ſit vnū remunerationis p̄mium ſic proceditur. Et videtur q̄ ſic. ex p̄ſenti euangelio. ¶ Vbi ſinguli qui operati ſunt in vinea dñi. acceperunt ſingulos denarios. q̄ vt dicit Gregorius. Equalem eterne vite retributionez ſortiti ſunt. Ergo videt̄ q̄ oiuz beatorū ſit vnū remuneratiōis premiū. ¶ Scdo ſic. Beatitudo eſt ſummum bonum. Sed ſummo nō pōt eſſe aliquid maius. Ergo beatitudo vnius hominis nō poteſt eſſe alia maior beatitudine. Ergo eq̄liter ſunt beati. ¶ Tertio. Sicut quodlibet appetibile ē bonū ita ꝛ magis bonū. Si ergo aliquis eēt beatior alio. minus btō. eēt appetibilis beatitudo magis beati. ſm̄ rectū appetitū. nec tñ eā haberet. Ergo nō eēt beatus. q̄ beatus nō dicitur. niſi q bēt omnia. q̄ vult: ꝛ nihil mali vult vt dicit Aug. ¶ In oppoſitum eſt illud Jo. 14. In domo pris mei multe ſunt māſiones per quas vt dicit Aug. diuerſe meritorū dignitates intelliguntur in vita eterna. Itē dicit Apoſtolus. 1. Cor. 15. Stella differt a ſtella i claritate: ſic ēt ꝛ reſurrectio mortuoꝝ. Ergo vn⁹ reſurgētiū maiorē claritatē hēbit q̄ alius. Ergo nō vnū erit oium ſctōꝝ remuneratiōis p̄miū. Rñdeo dicēdū: q̄ i rōne btitudis duo icludūt. ſ. ipſe finis vltm⁹. q ē ſūmū bonū: ꝛ adeptio ꝛ fruitio ipſius ſūmi boni q̄tū ad ipſuz ſummū bonū. qḋ eſt btitudinis obiectū ꝛ cā. Eſt ergo concluſio. q̄ oium laborātiū in vinea eſt vnū remunerationis p̄miū: vna merces: vna btitudo. quia

nō eſt niſi vnū ſummū bonū .ſ.
deus cuius fruitiōe hōies ſiūt
beati. Si vero loquimur quā-
tum ad adeptionē hmōi boni
vel fruitionē: que dicitur beati-
tudo formaliter: eſt ſecūda cō-
cluſio: ꝙ omnium laborantiū
in vinea domini non eſt vnū re
munerationis premiū: aut mer-
ces: aut beatitudo: quia vnus
non poteſt eſſe alio beatior: qa
quāto magis hoc bono fruitur
eſt beatior. Contingit autē ali-
quem pfectius frui deo: ex eo.
ꝙ eſt melius diſpoſitus per ex
cellētiora merita. premiū enī
rñdet merito Sꝫ ꝯſtat aliquoſ
eē alijs maioris meriti. Ergo
cū beatitudo ſit virtutis premi
uꝫ: q̄ fuerit maioris meriti: ha
bebūt excellētius pmiū. ¶ Ad
rōnes ī oppoſitū. ¶ Ad pmaꝫ
rñdetur: ꝙ vnitas denarii ſigni
ficat vnitatē beatitudinis: ex p
te obiecti. Et ſic beatitudo eſt
vna oīum vt dicit prima con-
cluſio. Sed diuerſitas manſio
nū ſignificat diuerſitatem bea
titudinis: ſecundū diuerſuꝫ gra
dū viſionis. ⁊ fruitiōis. Deus
enī oibus eſſentiā ſuā oñdit: ſꝫ
vnuſquiſqꝫ eā aſpiciet ſm mo
dū ſuū. ¶ Ad ſcdaꝫ rñdet: vno
mō ꝙ rō pcedit de beatitudi-
ne ex pte obiecti. Scdo rñdet:
loquēdo de beatitudie formali

q̄ ē adeptio ipſius ſum[illegible] boni.
Negat ꝯñā: qꝛ beatitu[illegible] ꝯ hoc
modo iō dicit ſummū b[illegible]
quātū eſt ſūmi boni pfecta [illegible]
feſſio: ſiue fruitio: nō quia vna
nō poſſit eē pfectior alia ⁊ ma
ior: ſicut ignis eſt ſubtiliſſimus
corpoꝝ ſpecie. ⁊ tamē vn⁹ ignis
altero ſubtilior eē pōt Iſta bea
titudo ſm ſpeciē ſuā cōſidera-
ta eſt vltimū bonū deſiderabi-
liū humanoꝝ: nihilominꝰ nihil
prohibet beatitudinē: vnius eē
pfectiorē beatitudine alterius.
Si dicas qlibet ſanctus parti
cipat deū in ſummo: ⁊ qd ī ſū-
mo eſt: eſt in termino: ⁊ ꝙ ē in
termino: nō recipit magis nec
minꝰ: ergo oēs equalr participa
bunt: reſpōdet ad hoc: ꝙ ē ſū-
mū ſimpliciter: ⁊ ē ſūmū huic
Dicimus ꝙ nullus participat
ī ſūmo ſimpliciter: ſed ī ſūmo
ſibi. Quilibet enī totū pticipat.
nō quin poſſit participari plus
ſed nō plus ab ipſo: qꝛ non pōt
vltra pficere: ⁊ ꝯtētus eſt oino
ꝙ habet. ¶ Ad tertiā rñdetur
negando ꝯñam. Dicimus enī
ꝙ minus beatus nō eſt: appeti
bilis beatitudo magis beati. ra
tio eſt. qꝛ in beatis eſt perfecta
caritas. Unde ibi plꝰ quilibet
diligit deum: q̄ ſeipſum. Et
ideo magis vult id quod con-
uenientius eſt deo q̄ id quod

eſſet minus ei. Et ideo magis vult diuinam iuſticiã ſaluari in hoc quod ipſe minus habeat. quod eſt deo conuenientius. quam in hoc quod plus habeat quod eſſet ſibi melius.

In dñica ſexageſime ẽ euãgeliũ. In illo tẽpore cũ turba plurima ꝛc. Lu. 8. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes. q.

¶ Pria eſt: vtrũ conuenienter xp̃s vſus fuerit ĩ predicatione ſua parabolis. ¶ Secũda vtrũ parabole ille xpi cõtineant veritatẽ ſecundũ ſenſũ litteralẽ.

D primã. q. qua queritur ꝛc. ſic proceditur. Et videtur quod nõ cõuenienter vſus fuerit parabolis ĩ predicatione ſua. ¶ Priõ ſic. Modus loquẽdi per methaphoras ꝛ parabolas: cũ ſit propriũ ſciẽtie infime: ſcilicet poetice: nõ videtur pertinere ad doctorem diuine ſapientie: que altiſſima eſt. Sed xp̃s predicabat ꝛ docebat diuinam ſapientiam. Ergo nõ cõuenienter vtebatur in predicatione ſua metaphoris ꝛ parabolis: quia talis modus cõuenit poetis. Secundo ſic. Chriſtus venit ad docendum veritatẽ: ſecundum illud Joan. 17: Ad hoc veni ꝛ natus ſum: vt teſtimonium perhibeam veritati. Sed per parabolas videtur veritas occultari. Ergo nõ cõuenienter xp̃s vtebatur in predicatiõe ſua parabolis. ¶ Tertio ſic. xp̃s ad oſtẽdendũ quod ipſe eſſet verus deus. obſeruauit modũ in miraculis faciẽdis. vt nõ poſſet negari. ipſum eſſe deũ. ſine peccato ĩfidelitatis. ſm illud Jo. 15. Si opera nõ feciſſem: que nemo alius fecit. peccatum non haberẽt. ergo in predicatiõe debuit ſeruare illũ modũ. vt maximus oſtẽderetur ſapiẽs. Sed iſte modus nõ eſt parabolicus ergo ꝛc. ¶ In oppo. eſt euãgeliũ p̃ns. Rñdeo. dicendum ſub iſta cõcluſione. quod xp̃s cõueniẽter ĩ predicatiõe ꝛ doctrina parabolis ꝛ ſimilitudinibus rerũ corporaliũ vſus ẽ. Veritas iſtius cõcluſiõis colligitur ex multis. Prio. quia predicator bonus debet formare ſermonẽ ſuũ iuxta calliditatẽ ꝛ capacitatẽ audientiũ. vt dicit Gregorius. Sed naturaliter ẽ hominis vt per ſenſibilia ad intelligibilia vẽiat. quia omnis noſtra cognitio a ſenſu initium habet. Unde vt Dionyſius dicit i. c. celeſtis iera. impoſſibile ẽ nobis aliter eluceſcere diuinũ radiũ. niſi varietate ſacrorum velaminũ circũuelatũ. Ergo conuenienter xp̃s illis in ſua doctrina ꝛ predicatiõe vſus

eſt. Secũdo colligit ex eo: q̄ p hmõi parabolas abſcondit ſacraméta ab ifidelibus ne blaſfemẽt Unde Mat. 7. Dicitur Nolite ſanctum dare canibus xp̄s autẽ videns: q̄ multi blaſfemabant. Unde in Belzebub dicebãt eũ eiicere demõia. Cõuenienter ergo quãdoq3 vſus eſt parabolis in predicatione ſua: Tũ tertio: q2 p hmõi parabolas hoies rudes melius docentur τ melius retinẽt: q̄ audiũt Quũ ergo predicatio xp̄i deberet preponi oĩbus. ſ3 illud Ro. i. Sapiẽtibus τ inſipiẽtibus d̄bitor ſum cõnẽiebat vt xp̄s parabolis in ſua predicationẽ vteretur vt ſaltẽ vel ſic rudes doctrinã caperẽt: qui ad intelligibilia capiẽda non ſunt idonei. Uñ notandũ: q̄ triplex diſtinguitur capacitas auditoꝝ. Quidã .n. nõ niſi in parabolis iſtruuntur q̄ adhuc habẽt rationeȝ totã ad ſenſum reflexam: τ illi dicunt animales ſenſu. Quidã habẽt rõneȝ ad fidei principia aliquantulũ i ſe ſtantẽ capiunt veritatẽ interpretationis parabolaꝝ Quidam aũt habẽt rationem ad intellectũ diuinoꝝ eleuatam ſtantem in lumine: τ illi ſũt pfecti in veritatis cõtẽplatiõe: τ magiſtri in diuinis. Primꝰ gradꝰ eſt ydiotaꝝ turbaꝝ. Scd̄us diſcipulo. ... imbuendoꝝ pfitientiũ. Terti ... pfecto rũ De pmis d̄r. i. Cor. 3 ... parnuľis i xp̄o. lac vobis p... dedi nõ eſcaȝ. Nõ .n. poteſtatis intelligere De ſecũdis ad Heb. 12. In diſciplina pſeuerate. tanq̄3 filiis nobis offert ſe deꝰ. De tertiis Mat. x. ſufficit diſcipulo: ſi ſicut magiſter eiꝰ Hos .n. tres ſtatus iuuit hic dñs in euãgelio hodierno: duos i diſcipulos: τ vnũ i turbis. vt dicit magnus Albertꝰ ſup Mat. ¶ Ad rõnes i oppoſitũ. ¶ Ad primã rũdetur negãdo ꝯſequẽtiã: Et rõ eſt: quia ſciẽtia poetica: ſiue poete vtunt metaphoris: ꝓpter repreſentationẽ. Repreſentatio eni .naturaliter hõi delectabilis Sȝ p̄dicatoꝛ bonus cuiuſmodi fuit xp̄s: vtit metaphoris ꝓp neceſſitatẽ: τ vtilitatẽ. vt dictũ ẽ. ¶ Ad ſecundã rũdetur negando cõſequentiam. Et rõ eſt. q2 licet veritas parabolis veſtita occultetur ifidelibus. nõ tamẽ fidelibus. quoniam vt ait Dionyſius. radius diuine reuelationis propter figuras ſenſibiles quibus circũuelatur. nõ deſtruitur ſed remanet in ſua veritate vt mentes. quibus reuelatio fit non permittantur in ſimilitudinibus remanere. ſed eueiat eas ad cognitionem intelligibiliuȝ

z p eoſ quos reue‹la›tio facta ē. alii et circa hoc inſtruuntur. ¶ Ad tertiam reſpondetur. ꝙ x͂ᵒ vtendo in predicationibus ‹ali›quãs parabolis aliqñ. z aliqñ ꝓfundus reb⁹ oſtendit ſe ſapiētiſſimũ predicatorem. qui iuxta capacitatem omnium. predicationem ſuam formabat.

‹A›D ſecundã. q. qua que‹r›ritur verum parabole ‹ill›e zc. ſic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo quia falſum eſt. ꝙ verbum dei ad litteram. ſit ſemen. aut ordei aut tritici. ¶ Secundo. falſum videtur ad litterã. ꝙ volucres celi rapiunt verbum dei. ¶ Tertio arguitur. idē ꝙ falſuʒ ad litteram videt̄ eſſe. ꝙ ſpine ſuffocant verbuʒ dei. ¶ In oppoſitũ eſt illud Pſal. Principiũ verborum tuorum veritas Reſpōdeo ꝙ oēs ille parabole ſunt vere. ſm̄ ſenſum litteralē Pro quo notandũ. ꝙ vt dicit ſanctus Tho. in vltimo argumēto. i. queſtiōis. prime partis Senſus parabolicus. ſub litterali continet̄. Nam p voces ſignificatur aliquid proprie z aliquid figurate. nec eſt litteralis ſenſus ipſa figura. ſed illud qđ eſt figuratũ. Nō eñ cum ſcriptura nominat dei brachium. eũ litteralis ſenſus. quod i deo ſit membꝝ hmōi corporale. ſed illud quod p hoc membrũ ſignificatur. ſ. virt⁹ operatiua. Sic ad propoſitũ dicim⁹ ꝙ ſenſus litterales ſunt ea. que ſignificātur per iſtas figurales ſimilitudines. nō ipſe figure. Et ita parabole ſunt vere. ſm̄ ſenſũ litteralē. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primã dicenduʒ. ꝙ ideo ꝯparatur doctrina Chriſti ſemini. quia ſicut ſemen in terram bonã proiectum reſurgit multiplicatũ. ſic verbũ diuinũ in corde deuote receptum. facit multitudinē bonoꝝ opeꝝ Tum etiaʒ. quia tria ſunt que iuſta cōſtantiũ arguunt bonitatē ſeminis. ſi in colore eſt rubeum. in quantitate ſm̄ genus ſuũ eſt magnum. z ſi in pondere eſt in genere ſuo graue. ſic i verbo diuino. Hoc eñ ē magnum. quia de magnis loqtur reb⁹. Prouer. 9. De reb⁹ magnis locutura ſuʒ. Scđo In colore eſt exterius caritatis igne rubeũ z interius puritate ſimile mirabiliter cādidũ Canti. 5. Dilectus meus cādidus: z rubicundus Tertio ē pōdere itelligēdi grauiſſimũ: z oēm excedēs itellectũ ad Ro. 11. O altitudo diuitiarũ ſapientie z ſciētie dei: ꝙ̃ incōprehēſibilia iudicia ei⁹: z iueſtigabiles vie ei⁹.

¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ verum eſt: ꝙ ij qui figurate intelliguntur per volucres celi comedunt illud. iſti demones: qui per volucres celi intelliguntur. tum quia ipſi per peccatum ſuperbie alta ſunt petētes. Unde de diabolo ſcribitur Job. xl. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. tum vt dicit glo. ꝙ celeſtis. i. ſpiritualis ſunt nature: tū quia per aera volitant Ne enim volucres dicuntur comedere. i. impedire ſemen dei: qꝛ īportunitatem tētationū ſuarum faciunt ſepe perire fructuꝫ diuini verbi. ¶ Ad tertiaꝫ ſimiliter rn̄detur: ꝙ verum eſt ꝙ diuitie eo ꝙ cogitationum ſuarū punctione mentē lacerant: per ſpinas ſignificantur. Suffocāt. i. impediunt fructum predicationis. Suffocant enim: vt dicit Gregorius in omelia: qꝛ īportunis cogitationibus ſuis guttur mentis ſtrangulant: ⁊ bonū deſiderium intrare ad cor non ſinunt: quaſi aditum flatus vitalis necant.

¶ In dominica quīquageſima eſt euāgeliū. aſſūpſit Jeſus. xij. diſcipulos ⁊c. Lu. 18. In quo predicit diſcipulis ſuis paſſionem ſuam. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes. q.

¶ Prima: vtrum neceſſarium fuit xp̄m p[...]i pro [...]m[...] [...]ni generis liberatione.

¶ Secunda vtruꝫ conu[...] [...]ter elegit pati in Hieruſalem.

¶ Tertia. vtrum conueniēs fu[...]it: vt etiā patereť a gentibus.

D primā ſic ꝓcediť Et videť: ꝙ non fuit neceſſariū pati chriſtum per humani generiſ liberatione. ¶ Primo ſic Humanum enim genꝰ liberari nō poterat niſi per deum: ſꝫ illud yſa. xlv. Deus iuſtus ⁊ ſaluans. nō ē preter me Sꝫ ī deū nō cadit aliqua neceſſitas: quia hoc repugnaret omnipotentie ipſius ergo nō fuit neceſſariuꝫ pati chriſtū. ¶ Secūdo ſic. neſſarium voluntario opponitur. Sed chriſtus propria volūtate ē paſſus yſa. liij. Oblatus ē: qꝛ ipſe voluit. Unde vt hoc oſtenderet diſcipulis. predixit eis paſſionem multis diebus ante. ſicut in euangelio preſenti dicēs ecce aſcendimus ⁊c. Ergo non fuit neceſſariū ipſū pati. ¶ Tertio ſic. ſicut dicit ī ps. Uniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas. ſꝫ nō vr̄ neceſſariū: ꝙ patereť ex parte miſericordie diuine q̄ ſicut gratis dona tribuit. ita vr̄ ꝙ gratis debita relaxet. abſqꝫ ſatiſfactiōe: nec etiam ex pte diuine iuſticie. ſꝫ q̄ꝫ hō eterna

damnatione͂ meruerat. ergo vi detur non fuiſſe neceſſarium q xp̄ pro liberatione hominum pateretur. ¶ Quarto ſic. Natura angelica excelle͂tior eſt q̄ʒ humana. vt pʒ p Diony. 4. de di. no. Sʒ pro reparatione angelice nature q̄ peccauerat. xp̄s non e͂ paſſus: ergo videt̄. q non fuit neceſſarium xp̄m pati. pro liberatōe huani gn̄ris. ¶ In oppoſi. e͂ euangelium pn̄s. vbi dr̄. Ecce aſce͂dimus Hieroſolimā ꝛ filius hominis ꝛc̄. Ubi oñditur: q ı̄mutabilr̄ voluit pati. ergo neceſſario paſſus e͂. Un̄ ad Hebre. 5. dicit̄ Decebat euʒ per paſſione͂ conſumare. Ubi dicit glo. Niſi chriſtus pateret̄ homo nō redimeretur. ꝛ nō rede͂ptus periret. Rn̄deo. dice͂dū q cum reparatio humane nature a deo facta ſit. dupliciter pōt conſiderari neceſſitas. ſ. ex parte dei. ꝛ ex parte ipſius nature reparande. Ex parte aute͂ dei poteſt attendi triplex neceſſitas. Una eſt neceſſitas coactionis. ꝛ de iſta e͂ concluſio prima q nullo mō poteſt cadere in deū. Tuʒ quia nō pōt in deo eſſe aliquid viole͂tum: nec ee͂ extra naturā cum ſit ı̄mutabilis: tum quia repugnat omnipote͂tie diuine. Alia eſt neceſſitas abſoluta. Et hec cadit in deo reſpectu ipſoꝝ: q̄ ı̄ ipſo ſūt. ſ. naturā ſuā cōſequunt̄: q2 impoſſibile eſt ea aliter ſe habere: ſicut neceſſariū eſt deū ee͂: vel ee͂ bonū: ꝛ alia hmōi. Et de iſta neceſſitate ponit̄ cōcluſio ſecūdā: q nō fuit neceſſariū xp̄m pati: q2 talis neceſſitas abſoluta ı̄ do nō eſt reſpectu alicuius effect⁹ qa nō agit ex neceſſitate nature: ſed ex liberalitate voluntatis Tertia neceſſitas eſt: ex ſuppoſitiōe finis. Et de iſta eſt ꝯcluſio tertia: q tali neceſſitate nō fuit neceſſariū ipſuʒ pati. Pʒ qa nō eſt dicendū: qui de⁹ cui⁹ poteſtati oia ſubiace͂t: potuerit aliū modū poſſibile͂ inueniſſe ad liberandū genus humanū: vt dicit Au. 13. de trini. Neceſſitate vero ex ſuppoſitione: qđ e͂ in ipſo. ſ. p̄ſcientie. vel volūtatis que mutari non poſſunt. Que neceſſitas vocatur: neceſſitas ı̄mutabilitatis: Fuit neceſſariū xp̄m pati: ꝛ eſt ꝯcluſio quarta. Pʒ q2 ipſe p̄uiderat. ꝛ p̄ordiauerat nām humanā reparāda hoc mō: ꝛ prenūciauerat ı̄ ſcripturis ſanctis. De qua neceſſitate dicit̄ Luce. Ultiō. Hec ſūt verba. q̄ locutus ſuʒ vobis. cū apud vos eſſeʒ. qm̄ neceſſe e͂ impleri oia que ſcripta ſūt ꝛc̄. Ex parte aute͂ hois. ſimiliter pōt ꝯſiderari triplex neceſſitas

Una eſt neceſſitas abſoluta.q̃ eſt reſpectu eorũ: q̃ naturaliter homini inſunt: ſicut hominẽ neceſſariũ ẽ eẽ riſibilẽ. ⁊ alia huiuſmõi. Et ſic eſt quinta cõcluſio. Nõ fuit neceſſariũ humanã naturã reparari. Pʒ. qꝛ reparatio nõ ↄſequit̃ ex pncipiis naturalibus. Alia eſt neceſſitas coactionis. ⁊ de tali ẽ cõcluſio ſexta: ꝙ nõ fuit neceſſariũ hũanã naturã reparari. qꝛ talia neceſſitas nõ fuit in humana natura reſpectu reparationis: qꝛ deꝰ ad virtutẽ nõ cogit. Quarta neceſſitas eſt ex ſuppõne finis: ſicut neceſſariũ eſt hominẽ hr̃e nauẽ. ſi dʒ ire vltra mare. Et de tali neceſſitate eſt cõcluſio ſeptima. ꝙ neceſſariuʒ fuit humanã naturã reparari: ſi ad viſionẽ dei admitti dbuit. Pʒ cõcluſio ex illo Jo. 3. Deꝰ pʒ ex al tari filiũ hoĩs: vt q credit in eũ nõ pereat ſʒ habeat vitaʒ eternam. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ. ¶ Ad pmã rñdet̃ negãdo ↄñaʒ Et rõ eſt qꝛ arguniẽtũ illud ꝓcedit. de neceſſitate coactionis ex parte dei neceſſitas talis nõ cadit in deo vt dicit cõcluſio pͥma. ¶ Ad ſcđam rñdet̃ negando ↄñaʒ: Et rõ ẽ. qꝛ neceſſitas que eſt ex ſuppoſitione voluntatis immutabiliter aliquid volentis non minuit rationeʒ voluntarij ſed auget ⁊ ... o magĩa quanto firmius inhe... vo lito vt moneri nõ poſſet. ¶ Ad tertiam reſpondetur: ꝙ hominem liberari. per paſſionem chriſti conueniens fuit ⁊ miſericordie ⁊ iuſticie eius. Juſticie quod quia per paſſionem ſuaʒ chriſtus ſatiſfecit pro peccato humani generis. ⁊ ita homo per iuſticiam chriſti liberatus eſt. Miſericordie vero quia cum homoꝰ per ſe ſatiſfacere non poſſet. pro peccato totius humane nature deus dedit ſatiſfactorem filium ſuum: ſecunduʒ illud Ro. 3. Juſtificati gratia per gratiã ipſius ꝑ redemptionem. que eſt in xpo Jeſu. quem propoſuit deus propiciatorem per fidem ipſius. ¶ Ad quartam reſpondetur negando ꝯſequentiam. Et ratio eſt quia peccatum angeli non fuit remediabile: ſicut peccatũ hominis.

a D ſecundam. q. ſic ꝓcedit̃. Et vr̃ q nõ eẽ ꝯuenienter paſſus ẽ ĩ hieruſalẽ. ¶ Pͥo ſic. Medicina dʒ morbo rñdere. Sʒ paſſio xpĩ fuit medicina cõtra peccatũ ade. adã aũt nõ fuit ſepultus ĩ Hieruſalẽ. ſʒ ĩ Ebron. ergo videtur ꝙ cõueniẽtius ibi xps pati debuit. ¶ Scđo ſic. xps

paſſus e͡t ſm humanā carnem que quidem cōcepta fuit ex vir gine in Nazareth. et nata i Be th'. Ergo videt. q nō i Hie ruſalē. ſed in Nazareth. vel in Bethleē pati debuit. Quilibet enim affectat ſepeliri in eccleſia natiuitatis ſue. ¶ Tertio ſic. cō tra illud: qđ paſſus eſt extra por tā ciuitatis. Veritas debet rñ dere figure. Sȝ paſſio xp̄i figu rabat per ſacrificia veteris le gis. ſed huiuſmodi ſacrificia of ferebantur in tēplo. Ergo et xp̄s ex quo eligebat pati in Hieru ſalē. debuit pati in tēplo. et non extra portā ciuitatis. ¶ In op pō. eſt euāgeliū pñs. Rñdeo di cendū q cōueniēs fuit xp̄m pa ti in Hieruſalē. Iſta cōcluſio patet primo ex illo Lu. xiii. non capit pphetā perire extra Hie ruſalē. Scđo pȝ ex illo: q dicit Aug. in libro. 83. queſtionum. Oīa ppriis locis et temporib⁹ geſſit ſaluator. qui ſicut oīa ſunt in manu eius: ita et omnia loca Et ideo ſicut cōueniēti tēpore xp̄s paſſus ē ita et cōueniēti lo co: Sit ergo cōcluſio: q cōueni entiſſime xp̄s in Hieruſalem paſſus eſt. Que cōuenientia oñ ditur ex pluribus Primo qui dem: quia Hieruſalem erat lo cus a deo electus ad ſacrificia ſibi offerenda. Que quidem fi guralia ſacrificia figurabāt xp̄i paſſionem qđ eſt verum ſacri ficiū. ſm illud ad Ephe. v. Tra didit ſemetipſum hoſtiam. et ob lationē in odorem ſuauitatis. Secundo pȝ Virtus paſſionis xp̄i ad totū mundū diffundēda erat. ideo i medio terre habita bilis pati voluit. ſ. in Hieruſa lem: Vnde dicitur in ps. deus autem rex noſter añ ſecula ope ratus eſt ſalutē in medio terre. i. Hieruſalē. que dicitur eſſe vmbilicus terre. Tertio. quia hoc maxime conueniebat hu militati ei⁹. vt ſcilicet ſicut tur piſſimum genus mortis elegit. ita et ad eius. humilitatem per tinuit. q in loco tam celebri cō fuſionem pati nō recuſaret. vñ dicitur Act. 4. Conuenerunt in iſta ciuitate aduerſus puerū ſanctū tuū Ieſum. quem vnxiſti Herodes et Pontius Pyla tus cū gentibus et popul⁹ iſrael. Quintam conuenientia accipit ex interpretatiōe. Interpretat enim Hieruſalē viſio pacis. Et ad hoc enim pati voluit vt nos deo recōciliaret ad Ro. v. Recōciliati. ſumus deo p mor tem filii eius. ¶ Ad rōnes i op po. ¶ Ad pmā rñdetur negan do ɔñam. Et rō eſt: q: cum xp̄i paſſio non ſolum erat in reme diū cōtra peccatum perſonale

Ade:ſed contra peccatum toti- us mundi:cõuenientius xp̄s pa ti elegit in . Hieruſalem:q̄z iu- xta ſepulchrū.Ade.¶Ad ſecun daȝ rñdetur negando ꝯñam rō nibus aſſignatis: quare conue- nienter pati in . Heruſaleȝ xp̄s elegit. ¶Ad tertiaȝ rñdetur:ꝙ xp̄s non in tēplo aut in ciuitate ſed extra portam paſſus eſt con uenientis ſime ꝓpter tria. Pri mo quidem vt veritas rñderet figure . Nam vituli:ꝛ hircus qui ſolenniſſimo ſacrificio ad ex- piationem totius multitudinis offerebantur extra caſtra:cōbu rebātur:vt precipitur. Leuitici. 16. Unde dicitur ad . Hebre. 13. Quorum animalium infert ſanguis pro peccato in ſancta: per pontificem horuȝ:etiaȝ cor- pora cremabātur extra caſtra. Propter quod.Jeſus vt ſanti ficaret populum. extra portam paſſus eſt.Secundo vt per hoc daret exemplum nobis exeūdi a mundana cōuerſatione. Un de ibidem ſubditur. Exeamus igitur ad eū extra caſtrum . im- properiuȝ eius portantes. Ter tio vt. Criſo.dicit in ſmone de paſſione. Noluit deus pati ſub tecto:non in templo iudaico:ne iudei ſubtraherent ſacrificium ſalutare:nec putares pro illa tā tum plebe ablatum: Et ideo fo ras ciuita..ſoris mu.. o: vt ſci as ſacrificium eſſe cōm...une:qō totius terre eſt oblatio:q.. com munis eſt purificatio.

a D tertiam.q.ſic ꝓ ceditur . Et videt ꝙ non fuit conueniens ꝙ xp̄s pateretur agē tibus. ¶Primo ſic.Multi per morteȝ. Jeſu xp̄i homines erāt a peccato liberandi:videtur cō- ueniens vt pauciſſimi in morte eius peccarent. Peccauerunt aūt in morte eius iudei. Ex quo rū perſona dicit.Mat.xxi. Hic eſt heres: venite occidamus eū ergo videtur conueniens fuiſſe: ꝙ in pctō occiſiōis. Jeſu xp̄i gē tiles non implicarentur.¶Se cundo ſic. Ueritas debet rñde re figure. Sed figuralia ſacrifi- cia veteris legis non gentiles: ſed iudei offerebāt:ergo nec paſ ſio xp̄i:que fuit verum ſacrifici um impleri debuit per manus gentiū.¶Tertio ſic. Judei que rebant interficere xp̄m:quia di cebant eum eſſe cōtra legem iu deorum . Unde ipſi dicebant. Secundum legeȝ dȝ mori: Sȝ peccata quecūqȝ puniuntur ſm legem . Leui.ij. Unde falſum vi detur dixiſſe iudei dicētes. Nō licet nobis interficere quemq̄ȝ. Ergo videtur ꝙ xp̄s pati nō de buit niſi a iudeis. ¶ In oppo.ē

...angeliū ... nit tradent cum gentibus. Rñdeo dicendū φ cōueniens fuit φ xp̄s etiaʒ a gentibus pateretur. Iſta cōclu ſio oſtenditur ex ꝓceſſu effectuſ paſſionis xp̄i: qui in ipſo modo paſſionis xp̄i fuit prefiguratus. Primo enim paſſio xp̄i effectū ſalutis habuit in iudeis: quorū plurimum in morte xp̄i baptiza ti ſunt vt patet Act.ii.ꝛ.iii. Se cundo vero iudeis predicātibus effectus paſſiōis tranſiuit ad gē tes. Et ideo conueniens fuit vt xp̄s a iudeis pati inciperet. ꝛ po ſtea iudeis tradentibus per ma nus gentilium: eius paſſio fini retur. ℂ Ad rōes in oppoſituʒ. ℂ Ad primam rñdetur. φ ratio militat. Et ratio ē: quia xp̄s ad oſtendendū habundantiam ca ritatis ſue: ex qua patiebatur: in cruce poſitus veniam pro perſe cutoribus poſtulauit. Vt autem huiuſmodi petitiōis fructus ad iudeos ꝛ gentiles perueniret vo luit xp̄s ab vtriſqȝ pati. ℂ Ad ſe cundam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: qꝛ paſſio xp̄i fuit oblatio ſacrificii. inquantum xp̄s propria volun tate mortē ſuſtinuit: ex caritate. Inquantum autem a perſecu toribus eſt paſſus: nō fuit ſacri ficium ſed peccatuʒ grauiſſimū ℂ Ad tertiam dicendum: φ iu dei verū dixerunt dicentes: nō licet nobis interficere quēqȝ. qꝛ a ꝑ romanos: qbus erant ſubiecti: erat eis poteſtas occidendi in terdicta.

ℂ In dominica prima in qua dragesima eſt euangelium. In illo tempore ductus eſt Ieſus in deſertum vt tentaretur a dia bolo. Mat. 4. Et quia in hoc euangelio fit mentio de duobuſ de ieiunio: ꝛ tantatione xp̄i. poſ ſunt hec. q. diſputari.

ℂ Prima: vtrum ad ieiunium quadregeſime omnes teneanſ.
ℂ Secunda: eſt vtrū ieiuniū qua drageſime debito tp̄e obſeruetſ.
ℂ Tertia eſt vtruʒ conueniens fuit chriſtum a diabolo tentari.

D primā. q. ſic ꝓcedi tur. Et videtſ φ oēs teneanſ ad ieiuniuʒ qdrageſime. ℂ Pri mo ſic ex euāgelio. Chriſtus ie iunauit. xl. dieb⁹. ꝛ. xl. noctibus ſed oēs eū imitari debēt. illud Io. xiii. Exēplū eni dedi vobis vt quēadmodū ego feci vos fa tiatis. Ergo oēs ad ieiuniū. xl. tenentur. ℂ Scdo ſic precepta eccleſie obligāt ſicut ꝑcepta dī. Vñ xp̄s ait Lu. x. Qui vos au dit me audit. Ergo ſimiliter omnes tenētur ad ſeruanda ie iunia ab eccleſia inſtituta. inter que eſt ieiuniū quadrageſime:

vt habetur de conſe.di.4. Nō licet.⁊.c.Nō oportet. ¶Tertio ſic. Illō quod vtilitatis ſtatutū eſt nō poteſt ſine nocumento relaxari: Sed nō ſine vtilitate ſtatutum eſt.xl.ieiunium: ergo non poteſt ſine nocumento anime p diſpēſationē relaxari. ¶Quarto ſic. Dicit. Bernar.li.de diſpenſatiōe ⁊ pcepto. In precepto ſupioris nō poteſt in ferior diſpenſare. Sed quelibet ſingularis pſona eſt inferior qȝ eccleſia que ieiunium quadrageſime ſub peccato ſtatuit.niſi forte papa:q eſt caput eccleſie. Ergo nullus alius poteſt i ieiunio quadrageſime diſpēſare:⁊ per cōſequens omnes ad illud tenentur. ¶In oppoſitum ſic arguitur. Dicit. Inno.ꝙ non ſubiacet legi neceſſitas.ergo neceſſitate imminente poteſt aliquis ſine peccato ieiunium.xl.⁊ quocunqȝ aliud ab eccleſia inſtitutū pretermittere per diſpenſationem. Itē. Precepta legis naturalis non poſſunt per aliquod ſtatutū immutari. Sed preceptum legis naturalis eſt:vt homo ad neceſſitatē cibum ſumat:ergo ſi neceſſitas expoſceret.poſſet ieiunii abſtinētiaȝ nō ſeruare. ¶Reſpondeo: dicenduȝ ſub iſta cōcluſione:ꝙ ad ieiunium.xl.communiter omnes tenētur.niſi in eis fuerit aliquod ſpec[illegible]le i[illegible]mentum. Pro cuius concluſion[illegible] euidētia eſt notandum.ꝙ ſta[illegible]ta cōmunia pponuntur:ſm q[illegible] [illegible]titudini conuenitum: Et ideo [illegible]giſtator in eis ſtatuendis attendit id:quod cōmuniter ⁊ in pluribus accidit. Si quid autē ex ſpeciali cauſa in aliquo inueniatur:ꝙ obſeruantie ſtatuti repugnet non intendit talem legiſlator ad ſtatuti obſeruātie obligare. Eſt autem diſtinctio adhibēda: Nam ſi cauſa euidens eſt p ſeipſuȝ licite poteſt homo ſtatuti obſeruantiam preterire preſertim cōſuetudine interueniente: vt ſi nō poſſet de facili recurſus haberi ad ſuperioreȝ recurrere qui habet poteſtateȝ in talibus diſpenſandi. Et hoc eſt obſeruandum in ieiuniis ab eccleſia inſtitutis.ad que communiter omnes obligant.niſi in eis fuerit.vt dictum eſt.aliquod ſpeciale impedimentuȝ. Ex iſtis eliciuntur multa correlaria. Primū eſt.ꝙ q: pueri ſuſiget multo cibo. ⁊ non ſimul ſumpto:qȝ diu ſunt in ſtatu augmenti ſm. Philoſophum eſt vſqȝ ad finē tertii ſeptēni.vt i pluribꝰ nō tenetur ad ieiunia iſtituta ab eccleſia. Cōueniēs tū ē vt i hoc tpe ſe ad ieiunādū exerceāt:plus vl minꝰ ſecundum modum etatis ſue.

quia in eo omnes originaliter fuerũt. Sed xp̃s fuit etiã origi-naliter i eo. Ergo in ipſo pecca-uit. ¶Tertio ſic. Dr̃. 2. ad Cor. 5. q deus eũ q nõ nouerat pec-catum. ſ. xp̃z pro nobis fecerat peccatum. Sed illud verum eſt: quod a deo factũ eſt. Ergo in xp̃o fuit aliquod peccatum. ¶In oppoſitum eſt euangeliũ preſẽs vbi xp̃s ait Quis ex vo-bis arguet me de peccato. vbi dicit glo. Quom nullꝰ poſſit ar-guere. Rñdeo dicẽdũ ſub iſta cõcluſiõe. In chriſto nullũ fuit peccatũ: nec origiale: nec actua-le. Iſta cõcluſio patet. ſ. Pe-tri. 2. dr̃ de eo. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et ꝑ cõſequẽs de nul-lo peccato redargui põt. Veri-tas huius cõcluſionis ſic oñdi-tur ex tribus. ꝓpter que xp̃s ſu-ſcepit defectꝰ noſtros. Primo vt pro nobis ſatiſfaceret. Et ex hoc pz: q defectum peccati nõ aſſumpſit. nec debuit: quia pec-catum nihil operatur ad ſatiſ-factionẽ; quinimmo virtutem ſatiſfactionis impedit. quia di-citur Eccleſiaſt. 34. Dona ini-quorum non probat altiſſimꝰ. Secũdo aſſumpſit defectꝰ no-ſtros. vt veritatẽ humane natu-re cõprobaret. Et ex hac etiaz oſtenditur. q peccatũ aſſumere non debuit. quia ex peccato nõ demonſtratur veritas hu-mane nãe. quia peccatum non pertinet ad humanã naturã. cu-ius deus eſt cauſa ſed magis ẽ contra naturã per ſeminatio-nẽ diaboli introductiue vt Da-maſ. dicit. Tertio aſſũpſit xp̃s defectus noſtros vt nobis exẽ-pluz virtutis preberet. Ex qua parte manifeſte patet cõcluſio. quia peccator exẽpla virtutis ꝓbere non potuit. cũ peccatuz ſit ↄtrarium virtuti. Vñ xp̃s nullo modo aſſumpſit defectũ peccati. nec origialis. nec actua-lis. Fuit. n. agnus ſine macula qcunqz. ¶Ad rõnes in oppo-¶Ad primã rñdetur. q ſicut dicit Damaſ. 3. libro. Duplici-ter dicit aliquid de chriſto. vno mõ ſm ꝓprietatem naturalẽ. ⁊ yypoſtaticã. vt dicit. factus eſt homo. ⁊ pro nobis paſſus eſt. alio modo ſm proprietatẽ per-ſonalem ⁊ habitudinalem. pro-ut. ſ. aliqua dicuntur de chriſto in perſona noſtra. que ſibi ſecũ-dum ſe nullo modo conueniũt. Unde ⁊ inter ſeptem regulas Ticonii. quas ponit auguſti. in tertio ꝺ doctrina xp̃iana. Pri-ma ponitur. de domino ⁊ eius corpe cũ. ſ. chriſti ⁊ eccleſie vna pſona eſtimatur. Et ſm hoc chriſtꝰ ex perſona mẽbroꝝ ſuo

rũ loquens. dicit: verba delicto rũ meoꝝ: nõ ꝙ in ipſo capite d licta fuerint. Unde glo. ſuper Pſal. dicit ſic Dicit xp̃s ĩ pſo na veteris hoĩs que ſtulta ſũt: ⁊ delicta ſunt cauſa: q̃re tu lon ge eo a ſalute mea: ¶ Ad ſecun dam reſpondetur negãdo mi norẽ. Si per li. originaliter itel ligat: q fuerat in Adã ſꝫ ſemi nalẽ rõnem. Pro quo nota: ꝙ ſicut dicit auguſt. x. ſup Gen. ad litterã. Nõ oĩ modo xp̃s fu it in adã ⁊ in aliis patrib⁹ quo nos ibi fuim⁹. Nos eniꝫ fuim⁹ in adam ſm rõnẽ ſeminaleꝫ: ⁊ ſecundum corpulentã ſubſtãtiã quia. ſ. vt ipſe ibi dicit: cũ ſit in ſemine viſibilis corpulentia: ⁊ viſibilis ratio: vtrũqꝫ cucrit et adam. Sed chriſtus viſibilem carnis ſubſtãtiam de carne vir ginis ſumpſit. Ratio vero con ceptionis eius non a ſemine vi rili. ſed longe aliter ⁊ deſup ve nit. Uñ nõ fuit ĩ adaꝫ ſm ſemi nalẽ rõnẽ: ſed ſolum ſm corpu lentã ſubſtãtiã. Et ideo xp̃s nõ accepit actiue ab adã humanã naturã ſed ſolum materialiter actiue vero a ſpiritu ſancto: ſicͤ ⁊ ipſe adam materialiter ſum pſit corp⁹ de limo terre: actiue autem a deo. Et propter hoc xp̃s nõ peccauit ab adam: in quo fuit ſolum ſm materiam.

¶ Ad te[...]i rñdetur negãdo cõſequẽtiã. Et ad dictũ apoſto li rñdetur ꝙ cũ dicit. ꝙ xp̃s fe cit peccatũ. nõ eſt intelligendũ. q in ſe haberet aliquid peccati ſꝫ ꝙ fecit hoſtiã pro peccato. ſi cut Oſee. 4. dicit. Peccatuꝫ populi mei comedẽt. ſ. ſacerdo tes q ſm legẽ cõmedebãt ho ſtias ꝓ peccato oblatas. Et ſꝫ hunc modũ dicit yſa. 53. ꝙ de poſuit i eo iniquitates oĩuꝫ no ſtroꝝ. ga. ſ. eum tradidit vt eẽt hoſtia ꝓ peccatis oĩum homi nũ. Uel rñdetur ꝙ dñs fecit eũ peccatũ. i. haberẽ ſimilitudi nem carnis peccati vt dicitur Ro. 8. Et hoc propter corpus paſſibile. ⁊ mortale. qđ aſſũpſit

Ad ſecundam. q. ſic ꝓ ceditur. Et ſic videt. ꝙ xp̃s debuit ſine offẽſioẽ iudeis predicare. quod chriſtus non videtur obſeruaſſe in pre ſenti euangelio. ¶ Primo ſic Dicit: auguſti. in libro de ago ne chriſtiano in homine Ieſu. chriſto. Se nobis ad exempluꝫ vite prebuit filius dei. Sꝫ nos debemus. vitare non ſolum offenſionem fidelium. ſed etiaꝫ in fidelium. ſecundum illud. i. Corin. x. Sine offenſione eſto te iudeis ⁊ gentibus ⁊. eccleſie dei. Ergo videtur ꝙ chriſtus

minus aduertebatur[illegible] christo nē iudeoꝝ vitare debuit. ¶ Secūdo sic. Nullus ſapiens debet facere vnde effectū ſui opis impediat. Sed per hoc ꝙ xp̄s ſua doctrina iudeos turbauit. īpediebat effectus doctrine eī᷒ Dicit eni Lu. xi. ꝙ cū phariſeos ⁊ ſcribas reprehēderet. ceperūt grauiter reſiſtere. ⁊ os eius opprimere. inſidiantes ei ⁊ querentes aliquid capere ab ore eius. vt accuſarent eū. Nō igit videt cōueniēs fuiſſe. ꝙ xp̄s in ſua doctrina iudeos offenderet ¶ Tertio. Dicit apoſtolus i. Thi. 5. Seniorem ne increpaueris: ſed obſerua patrē. Sed ſacerdotes ⁊ principes iudeorū erant illius populi ſeniores. Ergo videt. ꝙ nō fuerint diris icrepatiōibus arguendi. ¶ In oppoſitū habetur in euangelio pn̄ti. Rn̄deo dicēdū: ꝙ xp̄s cōueniēter i predicatiōe ſua quāqꝫ offendit iudeos. Que cōcluſio probatur. Primo ꝑ illud qđ yſa. 8. fuit prophetatū. ꝙ xp̄s eſſet in lapidē offenſiōis ⁊ in petrā ſcandali duabus domibus Iſrael. Cōueniētia aūt ꝯcluſionis oſtēditur ſic. Salus multitudinis ꝑferenda: eſt paci: quoꝝcūqꝫ ſingulariū hoīuꝫ Et ideo quando aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutē impediunt etiam in ſua doctrina offenſionō eſt cauenda eoꝝ offenſio a predicatore vel doctore. ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti prouideat. Sic eſt āt ꝙ phariſei. ⁊ ſcribe. ⁊ principes iudeoꝝ. ſua malicia plurimū impediebant populi ſalutē. tuꝫ quia impugnāt xp̄i doctrinā. per quā ſolā poterat eſſe ſal᷒. tum quia prauis ſuis moribus vitaꝫ populi corrūpebāt. Et ideo nō obſtāte eoꝝ offenſione. dn̄s publice veritatē. docebat. quā illi odiebāt. ⁊ eoꝝ vitia arguebat Et ideo dr̄ Mat. 15. ꝙ diſcipulis dn̄o dicentibus ſcis. qꝛ iudei audito hoc verbo ſcādalizati ſūt. rn̄dit Sinite illos. ceci ſunt. ⁊ duces cecoꝝ. Si cecus ceco ducatū p̄ſtet. ambo i foueā cadūt. ¶ Ad rōnes i oppoſi. ¶ Ad primam rn̄detur. ꝙ homo ſic dꝫ eē ſine offenſiōe oibus. vt nulli det ſuo facto vel dicto minus recto occaſionē ruine. Et ita fecit xp̄s. Si tn̄ de veritate ſcādalū oriatur. magis eſt ſuſtinendū. ꝙ ꝙ veritas relinquat. vt Gregorius dicit. ¶ Ad ſecundā rn̄det. ꝙ minor eſt falſa. Nā per hoc ꝙ chriſtus publice phariſeos ⁊ ſcribas arguebat non impediuit: ſed magis promouit effectum ſue doctrine. qua cum eorum vicia populo innoteſcebāt

ꝓpter verba phariſeoꝝ ſꝫ ſcribaꝝ:q̄ ſemꝑ doctrine xp̄i obliſtebant. ¶Ad tertiā reſpondet: ꝙ illud dictū Apoſtoli eſt intelligēdum de illis ſenioribus qui nō ſolum etate vel etiā auctoritate ſꝫ etiā hōeſtate ſūt ſenes ſm̄ illud Numeri. xi. congrega mihi.lxx. Viros d̄ ſenioribus iſrael.quos tu noſti q̄ ſenes populi ſūt. Si autē̄ auctoritatē ſenectutis in inſtrumentum malicie vertant:publice p̄dicando:ſunt manifeſte ⁊ acriter arguendi:ſicut Daniel dixit Daniel. xiij. O inueterate dierum malorum ⁊c̄.

a Ad tertiam ſic proceditur. Et videtur quod Abraam non vidit diem chriſti.

¶Primo ſic Abraam ſolum credidit diē xp̄i Ergo falſum ē ꝙ vidit. Cōſequētia ē nota Dicit .n. Aug. ꝙ fides ē. qua credūtur:q̄ nō videntur. Et Gregoriꝰ dicit:ꝙ viſa nō habēt fidē.ſed agnitionē. ¶Scd̄o ſic. Quoniam ens ⁊ verū cōuertant id quod nōdū erat in rerū natura:nō pōt eſſe obiectū itellectꝰ abrae. Sed ipe abrae nondū erat dies natiuitatis chriſti Vnde dicūt angeli Lu.ii. Hodie natus ē nobis ſaluator mūdi. ¶Tertio arguitur ex euangelio Lu.x. vbi xp̄s conuerſus ad diſcipulos ait. Multi reges ⁊ ꝓphete:voluerūt videre.que vos videtis:⁊ nō viderūt. Ergo videtur.ꝙ nec ipſe abraam vidit q̄d alij ꝓphete n̄ viderūt. ¶In oppoſi.ē euangeliū p̄ns. Rn̄deo. dicēdū ſub iſta cōcluſione:ꝙ verū ē:ꝙ Abraā vidit in ſpūſiue cognouit ꝑ fidē: diē eternitatis xp̄i:⁊ diē incarnationis eiuſdē. Iſtā cōcluſio pōit in glo.p̄ſentis euāgelii:q̄ ē beati Aug. qui ſic dicit. Diē videre cupiebat eternū:incertū eſt:an diē tēporale:quo erat venturus in carnē an diē eternitatis. Sed vtrūq; Abraam vidit. Vn̄ ineffabile gaudium:illi quāti.n ē videre verbū:apud patrē.⁊ ꝙ ipſū caro factū eſt.hec glo. Probatur ergo ↄcluſio:quo ad ambas ꝑtes. Et p̄mo:ꝙ vidit diē eternitatis xp̄i. De quo dicit in p̄ſ. Ego hodie gēnite. De quo ſic dicit Grego. in omelia p̄ntis euāgelii. Tunc quippe diē dn̄i Abraā vidit:cū in figura ſūme trinitatis:tres angelos hoſpicio ſuſcepit:qbus ꝑfecto ſuſceptis:ſic tribus quaſi vno locutꝰ eſt:q̄ ⁊ſi in ꝑſonis numerus ē trinitatis:in natura eſt vnitas diuinitatis. Quod vero vidit diem aduentus filii in carnem oſtēditur ex tribus Primo q̄d

 

dictū eſt ei. In ſemi[illegible]ſuo bene- dicēt oēs gētes terre Gen. 22. Scdo ex iuramēto: qd exe- git a ſuo Heliazar. nā Gen. 24. ait. Pone manū tuā ſuper femur meū: ⁊ iura mihi p deū celi ⁊ terre ⁊c. Ex q̄ vt Gre. di cit: ſignificabat: q̄ d femore ei⁹ pceſſurus erat ſm carnē deus celi. Tertio oñdit: q̄ vidit diez xp̄i. qñ immolatione yſaac pfi- guratā cognouit paſſionē xp̄i: pp quod locus ille dictus ē de us videt vt dicit Gen. 22. Qz deus fecit videre Abraā occul tū xp̄i miſteriū. ¶ Ad rōnes in oppo. Ad primam rñdet: q̄ vi- ſio ſumitur dupliciter. ſ. large: pro cognitione: ſm quod dr̄. i. Corin. 13. Videmus nūc p ſpe culū in enigmate. Alio mō ſtri cte: ⁊ ſic dr̄ noticia p demōſtra tionē: probata etiam ſic diſtin- guitur contra fidē: ſm illud ad Hebre. xi. Fides eſt argumen tuz. nō apparētiū. Viſio autē capit hic p⁹ mō prout. ſ. accipit large p cognitiōe. ¶ Ad ſcdaz rñdet negādo ↄñam de cogni- tiōe fidei. Et rō ē. quia vt dicit Aug. vident pñtia. ſed credunt abſentia. Propter qd ēt fides ſimilatur auditui quia de abſē tibus eſt: ſicut auditu cognoſci mus. que cum ſint abſentia no bis recitantur. ¶ Ad tertiā rñ- detur: q̄ auctoritas illa intelli- gitur de viſione corporali: quā habebant de chriſto diſcipuli ſui. Bene creditur. q̄ inter hos qui deſiderabant ſic diem chri ſti videre: fuerit Abraam: quia ab ipſo donum redemptionis expectabat.

¶ In dominica i ramiſpalma rū legitur paſſio chriſti ſecun- dum Mat.

¶ Circa quod poſſunt hec di- ſputari.

¶ Primo vtrum alius poſſi- bilis fuerit conuenientior mo- dus liberationis humani ge- neris: q̄z per paſſionem chriſti.

¶ Secundo: vtrum conuenien ter chriſtus tali die voluit cuz regali honore intrare Hieru- ſalem.

Ad primam. q. ſic proce- a ditur. Et videtur q̄ fue rit alius poſſibilis mo dus: ⁊ conuenientior. ¶ Pri- mo ſic. Dicitur Luc. 1. Non erit impoſſibile apud deū om ne verbum. Ergo quocunqz alio modo potuiſſet nos libe- rare. ¶ Secundo ſic. Dicit au guſt. 13. de trini. Iſtum modū. quo nos per mediatorem dei ⁊ hominis hominem Ieſum chriſtum deus liberare digna tur: aſſerimus bonum ⁊ diuine dignitati congruū. Verū etiaz

oſtendamus alium modū poſſibilem deo fuiſſe:cuius poteſtati cūcta eq̄liter ſubiacēt. ¶Tertio arguitur de cōuenientiori. Si enī xp̄s ſubiiſſet mortē naturalē.nihilominus genus humanū redēptū fuiſſet:q2 mortē ſoluiſſet:quā nō debebat:& hoc fuiſſet ſine oi peccato alicuius. Ergo videt̄ q̄ hic modus fuit cōueniētior:q2 vnūquodq3 tanto eſt conueniētius q̄to ad ipſum pauciora inconueniētia ſequūtur. ¶Quarto. Conueniētiſſimū videt̄:q̄ ille qui violenter & iniuſte detinet aliqd: per ſuperioris potētiam ſpolietur. Sed diabolus nullū ius in homine habebat.quem per fraudem deceperat: & per quādam violentiā ſeruituti ſubiectū detinebat. Ergo videtur inconuenietiſſimū fuiſſe:q̄ chriſtus diabolum per ſolam potentia3 ſpoliare t.abſq3 ſua paſſione. ¶In oppoſitum eſt euangelium preſens:in quo dicitur Mat. 26. Pater ſi non poteſt trāſire calix iſte:niſi bibam illum:fiat voluntas tua. Super quod verbū tractās Anſelmus lib. Quur deus homo dicit̄. Non potuit tranſire calicē: niſi biberit:non quia morte3 vitare nequiuerit: ſed quia aliter mundus ſaluari non poſſet. Ergo videtur q̄ alius modus nō fuerit poſſibilis. Secundo ſic. Dicit Augu. 13. de trini. Sanāde noſtre miſerie conuenientior alius mod⁹ non fuit:q̄3 per chriſti paſſionē. Rñdeo dicendum circa poſſibilitatē:q̄ aliquid dicitur poſſibile vel impoſſibile dupliciter. Vno modo ſimpliciter & abſolute. Alio modo ex ſuppoſitione. Qua diuiſiōe poſita ſit iſta prima concluſio. Simpliciter & abſolute loquendo poſſibile fuit deo alio modo hominem liberare:q̄3 per paſſionem xp̄i:q2 vt dictū ē:non eſt īpoſſibile apud deu3 omne verbū Lu.i. Secūda concluſio:loquendo de poſſibiliter aliqua ſuppoſitione facta.non eſt poſſibilis alius modus liberationis humani generis q̄ per paſſionem xp̄i. Iſta cōcluſio p3:primo quia eſt impoſſibile p̄ſciā dei falli.& eius volūtatē ſeu diſpoſitionē caſſari. S3 p̄ſcientia dei & voluntas dei fuit:q̄ genus humanū hoc mō liberaret̄. Ergo facta hac ſuppoſitione fuit īpoſſibilis ali⁹ modus liberationis. Secūdo ſic. Fidei non poteſt ſubeſſe falſum. Sed antiqui patres crediderunt Chriſtum paſſurum. Ergo non potuit eſſe: quin pateretur. Circa conuenientiam iſtius modi ſit iſta ꝯcluſio ter-

uis ex pte noſtra. Cõ. ueniētior modus eſſe nõ potuit. q̃ p paſſionem xpi. ſed tñ deo nõ aufertur potentia. quin potuiſſet aliũ cõuenientiorē modũ. cui⁹ potētia limitata nõ eſt. Sʒ hoc eſſet ſm aliũ ordinem rebus impoſitũ. Iſta cõcluſio ſic declarat. Tanto aliquis modus cõuenientior eſt ad cõſequendũ finē. quanto per ipſum plura cõcurrunt: que ſunt expedientie fini. Per hoc aũt: q bõ per paſſionē xpi eſt liberatus: multa cõcurrunt ad ſalutē hominis ptinentia: pt liberationē a peccato. Primo eni. Per hoc hõ cognſcit quātum deus diligit hominem: et per hoc puocatur ad eum diligendũ: in quo perfecio humane ſalutis conſiſti. Vñ. Apoſtolus dicit ad. Ro. v. Cõmendat deus caritatem in nobis quoniam cũ inimici eſſemus xps pro nobis mortuus eſt. Scd̃o. q per hoc dedit nobis exemplum obediētie humilitatis: cõſtantie iuſticie. et ceterax virtutum in paſſione xpi oſtenſarũ: que ſunt neceſſarie ad humanam ſalutem. Vnde dicit .i. Petri .ii. xps paſſus ē p nobis: nobis relinquēs exēplũ: vt ſeqmur veſtigia ei⁹. Tertio: q hoc ad maiorē dignitatē ceſſit: vt ſic hõ victus fuerat: et deceptus a diabolo, etiam homo mortē meruit: ita hõ moriēdo mortem ſuperaret vt pʒ .i. Corin. xv. Deo gratias: qui nobis dedit victoriam per Ieſũ xpm. Et ideo cõuenientius fuit. vt paſſionē xpi liberarentur: q̃ per ſolã volũtatē dei. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam et ſecũdã rñdetur q loquũt de poſſibili ſimpliciter et abſolute. Hoc enĩ nõ ali⁹ modus fuit poſſibilis ¶ Ad tertiam rñdet dupliciter. Primo negãdo cõſequētiã. Et rõ eſt q xps p oĩb⁹ peccatis. quãtũ ad ſufficiētiã debuit ſatiſfacere: nõ ſolũ p originali. ſed etiã p actuali, p quo infligitur violēta mors. Et ſõ vt ſua ſatiſfactio. vtrũqʒ peccatum comprehenderet. decens fuit vt morte turpiſſima: quantũ ad genus mortis: moreretur vt ſic nõ ſolũ ſub angelis deſcēderet per mortē. ſʒ etiã ſub hoibus per genus mortis. quãtũ ad acerbitatem. et turpitudinē nec peccatũ aliox aliquid de cõuenientia ſatiſfactionis adimit quia ſatiſfatio non eſt ex parte infligentium paſſionem, ſed ex parte patientis. Secũdo reſpõdetur negando etiam conſequētiã Et rõ eſt: q ſicut dicit Criſo. Chriſtus non ſuit mortē. quã non habebat. cum ſit vita: ſed

hominis mortem venerat con ſumpturus. Unde nõ proprîa morte corpus deſpoſuit. ſed ab hominibus illatam ſuſtinuit. ſi etiaz egrotaſſet corpus eius. ⁊. in conſpectu omnium ſolueref inconueniens erat. cuz qui alio rum languores ſanaret. habe re propriuz corpus affectum lã guorib⁹. etiaz ſi abſqz alio mor bo ſeorſuz. aliter corpus depo ſuiſſet. ac deinde ſe offerret. ⁊ ñ crederetur ei. de reſurrectione differenti. Quõ enim pateret xpi in morte victoria. niſi co ram omnibus eam patiens. ꝑ interruptionem temporis ꝓ baſſet extinctaz. ¶ Ad quartã reſpondetur negãdo ꝯñaz. Et ratio. quia licet diabolus iniu ſte inuaſerit hominem. tamen homo per peccatuz iuſte erat ſub ſeruitute diaboli derelict⁹ a deo. Et ideo conueniens fuit vt per iuſticiam homo a ſerui tute diaboli liberaretur: xpo ſatiſfaciente pro ipſo: per ſuam paſſionem. Fuit etiam hoc cõ ueniens ad vincendam ſuper biaz diaboli qui eſt deſtructor iuſticie ⁊ amator peccati: vt xpſ vinceret: ⁊ hominem liberaret non per ſolam potentiam diui nitatis: ſed etiam per iuſticiaz ⁊ humilitatẽ paſſionis: vt Au guſtinus dicit. xiiij. de trinitate

a Ad ſecundam. q. ſic proceditur. Et vide tur: ꝙ ñ fuit ꝯueniẽſ ꝙ xps intraret nunc Hieruſalem cum regali hono re. ¶ Primo ſic. Legim⁹ Jo. vi. ꝙ xps fugit in montem: qñ vidit ꝙ homines illi: quos de quinqz panibus ⁊ duobus piſ cibus ſatiauerat: venturi erant vt facerent eum regem. Ergo videtur: ꝙ inconuenienter nũc a turbis honorem regalem ſibi impendi permiſit. ¶ Secundo ſic. Cõuerſatio xpi debuit eſſe vniformis. Sed aliis vicibus q bus intrauit Hieruſalem. nõ intrauit hoc modo: ſed pedes ⁊ ſine turbarum laudibus: ⁊ cũ ramis: Ergo videtur: ꝙ nunc nõ conuenienter intrauit. ¶ In oppoſitum eſt euangeliuz pñs. Rñdeo dicendum ſub iſta con cluſione: ꝙ ꝯuenientiſſime xps intrauit nunc Hieruſalem illo modo qui deſcribitur in euan gelio. Que concluſio oſtẽditur in ſingulis circunſtantiis adue tus ſui in Hieruſalem. Prio quidem dicitur cum appropin quaret Jeſus Hieroſolimis: Cõueniens enim fuit ꝙ chriſt⁹ paſſurus: appropinquaret loco paſſionis: vt per hoc clareſceret ꝙ nõ inuitus ſed ſponte patere tur: ſm illud yſa. liij. Oblat⁹ eſt

quis ipſe voluit. Secũdo vt di cit. Beda ante quinqȝ dies paſce venire voluit ſicut ex Joã. euãgelio didicimus. vt per hoc ẽt oſtenderet: ſe eſſe agnũ imma culatũ. q tolleret peccata mundi. agnus quippe paſchalis. cuius immolatione popul⁹ iſrael eſt ab egiptiaca ſeruitute liberatus ante quinqȝ dies paſche. i. decima die menſis primi iubebat tolli. Quartadecima. autez luna ad veſperum iuſſus ẽ imolari: ſignificans eũ: qui nos ſuo ſanguine redẽpturus: ante quinqȝ d'es paſche. i. hodierna die: magno p̃cedẽtiũ ſequẽtiumqȝ populorum gaudio. ⁊ laudatione. deducitis. veuerit in templũ dei. Tertio vt idẽ dicit. Beda. Sic a turpis. ſic rex appellari voluit: vt per hoc eruditus qſqȝ cognoſceret ipſuz eſſe regẽ. quẽ ſic ꝓphetia venturũ olim p̃miſſa ſignificauerat zacha. ix. dicẽſ Dicite filie ſyon. ideſt Hieruſalẽ. ecce rex tuus venit tibi mãſuetus. ſedẽs ſup aſinã: ⁊ pullũ filium ſubiugalis. Ubi vt dicit albertus magnus. xp̃s deſcribitur ab Octauiano. Primo ab euidentia venientis: cũ dicitur ecce yſa. xl. Uidit omnis caro ſalutare. dei. Secũdo a dignitate poteſtatis. ibi rex. yſa. ix. dñs legiſter noſter. deus rex noſter Tertio cõnaturalitate hoĩs: q: tuus q: generalitatẽ habuit cũ iudeis per humanitatez aſſumptã yſa. ix. Paruulus nat⁹ eſt nobis ⁊c. Quarto appropinq̃tione amoris. ibi. venit Prouer. viii. Delicie mee ſolent eſſe cũ filiis hoium. Quinto ab vtilitate operis redẽptionis: cũ dicit: tibi. i. ad vtilitatez tuã. ¶ Sexto ab optimo habitu cordis: cũ dicitur mãſuetus Mat. xi. Diſcite a me: q: mitis ſum ⁊c. Septimo a quiete regiminis. cuz dicitur ſedens: quies regiminis in quo regnauerat cõcupiſcentia ſȝ reſidet trãquilla ſapiẽtia. yſa. xvi. preparabitur in miſericordia ſolũ eius ⁊c. Octauo ab hũilitate cõuerſatiõis. ⁊ a ſimplicitate ſubiectionis. cum dicitur ſuper aſinã. ecce humilitas ⁊ pullum filiũ ſubiugalis: ecce ſimplicitas: ſine duplicitate ſactus ſeculi. Hoc aũt nõ ſic itelligendum eſt q ſederit ſup vtrũqȝ ſimul: ⁊ ſucceſſiue: q: primo ſedit ſuper pullum. qui tñ non erat domitus. q: adhuc nõ erat applicat⁹ humanis vſibus. vt habet Marci. xi. ⁊ Lu. xix. Jõ ſedit poſtea ſuper aſinã. Hoc aũt factũ eſt in figura. quia per pullum ſignificabatur populus gentilis. qui non fuerat ſubiect⁹ iugo legis. per aſinam vero po

pulus iudaicus: qui laborauerat ſub lege. Ad hoc veniebat aũt xp̃s. vt vtrũq; populũ ſubiugaret ſibi per fidem catholicã. Et ſic xp̃s adimpleuit hoc: qđ celebri fama diuulgatũ erat zacha. ix. quod venturus eſſet ĩ Hieruſalez. in pauptate. ⁊ hũilitate: ſedens ſup aſinã: ⁊ pullũ; eius vt dictũ eſt. Quia vero ſimiliter ꝓphetatũ erat p zachariã. ꝙ in aduentu xp̃i in Hieruſalez: ſup aſinã ⁊ pullũ. ciuitas Hieruſolima exultaret ⁊ letaretur hoc adimpletũ eſt. Et hoc ĩ tribus. Primo quia dicit: ꝙ plurima turba ſtrauerũt veſtimenta ſua in via. ⁊ hoc fuit in ſignũ exultationis. ⁊ honoris: ⁊ ne aſina ⁊ pullus offenderẽt pedes ſuos ad lapides. Secundo in eo quod dicit. alii ſcindebant ramos de arborib⁹ ⁊c. Viriditas ramoꝝ erat ſignũ leticie ⁊ exultatiõis. Tertio in eo ꝙ dicitur: ꝙ clamabãt dicẽdo o ſãna. i. ſalua nos obſecro ſalute celeſti. Et ſic oĩa ↄuenientiſſime ſũt impleta. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad p̃mã rñdet negãdo ↄñaz aliud enim eſt ſumere ab hominibus dignitatez regiã: ꝙ ñ cõueniebat xp̃o: qui erat oĩs terre deus. ⁊ rex regũ: ⁊ princeps regũ terre. aliud eſt ſuſcipere honorez ſibi debitũ. ⁊ a prophetis denunciã. ¶ Ad ſcđaz. rñdet negãdo ↄñaz. Et rõ eſt. q: honor erat ꝓphetat⁹ exhiberi ei. illo tp̃e. ⁊ nõ alio. Et ideo voluit tũc ⁊ nõ ante. Nec pp̃ hoc fuit veritas facta aliqua in eius cõuerſatione. ſicut nũc in rege: q in p̃mo ĩgreſſu ciuitatis ſuſcipit cũ honore aliq̃o cũ q̃ ñ ſuſcipitur aliis vicib⁹ quib⁹ ingreditur

¶ In feria ſecũda legitur euangeliũ. ante ſex dies ⁊c. Io. xij. Circa q̃ poſſunt hec diſputari.

¶ Primo. vtrum conueniens fuit: vt xp̃s ſuper caput ſuum vnguentum tanti precij ſuper. infundi permitteret.

¶ Secũdo. vtrum xp̃s. conueuienter loculos cum pecunia ſecum portari permiſerit.

¶ Tertio. vtrum conuenienter loculos pecunie portando Iude commiſerit.

a Ad primã ſic ꝓceditur Et vr̃ ꝙ nõ fuit ↄueniens q̃ xp̃s vnguentũ tãti preciũ ſup caput ſuũ ſuperfũdi p̃mitteret. ¶ Primo q: hoc ad laſciuiã quandaz expectare videtur. ¶ Secũdo. q: viſũ eſt oĩbus diſcipulis in cõueniens. Vñ aiunt. Vt quid perditio hec potuit enim venundari. et dari pauperibus. ¶ Tertio ſic. Hoc enim non videtur conuenire cum doctrina. quam xp̃s

docuit. In qua cõmendat miſericordiã marime ¶ In oppoſi. eſt euangeliũ pñs. Rñdeo dicẽdum ꝙ conuenienter xp̃s permiſit ſuper caput ſuũ ſuperfundi predictum vnguẽtũ. Vnguẽtum autem dicitur hic. liquor precioſus de re aromatica expreſſus. ſicut aqua roſe acea exprimitur ex roſis. Iſta concluſio pꝫ ex duobus. primo ex cõmendatione operis facti. Vnde chriſtus in excuſatione facti quam fecit. dicit. Quid moleſti eſtis huic mulieri. Quaſi diceret. Sine cauſa Bonũ eni opꝰ operata ẽ in me Nam pauperes ſemper poteſtis recuperare ad faciendũ illis elemoſina me aũt non ſemper habebitis. viſibiliter vobiſcum conuerſantem. Ecce quod dicit bonum opus id fuiſſe. Secũdo pꝫ ex cõmẽdatiõe mulieris cũ ait amẽ dico vobis. ꝙ vbicũqꝫ predicatũ fuerit hoc euãgeliũ. dic it. ꝙ hoc fecit in memoriam. i. ad laudem eius recitabit tanqꝫ factũ virtuoſũ. Secũdo nota ꝙ multa bona fiunt de qbus ſi peteretur conſiliũ anteqꝫ fiant non ſiꝛ neremus ꝙ fierent: qꝛ forte fieri poſſent meliora. Poſtqꝫ tñ iam incipiunt fieri dum bona ſint nõ ſunt probibẽda. Et vt dicit. Criſo. Dicit forte. Jeſus anteqꝫ mulier effudiſſet potiuſ dare pauperibꝰ. nunc vero qꝛ iam factum erat. probibentes compeſcuit dicens. Sinite illa. i. nolite probibere ¶ Ad rationes in oppoſitũ. ¶ Ad primam rñdet negãdo aſſũptũ. pro quo nota. ꝙ vt dicit Augu. de doctrina xp̃iana. aliter eſtimat aliqd in perſona cõmuni. aliter in perſona ꝓphetica. qꝛ in perſõa cõmuni eſtimaretur ſm factuꝫ In perſona prophetica ſm ſui ſignificationẽ. Nũc dico. ꝙ illa perfuſio vnguẽti. in perſona cõmuni ſignificaret laſciuiã. In perſona prophetica ſignificationem ſui. Vnde xp̃s permiſit illud vnguentũ ſuperinfundi. propter ſignificationem. Significat enim ſepulturam chriſti. vt ipſe dicit. Ad ſepeliendum me. hoc fecit. Quaſi diceret: in hoc facto prefiguratur. ſepultura mea. futura de propinquo.

¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam. Nec iudicium diſcipulorum comparandum eſt iudicio chriſti. Vnde chriſtus refellendo argumenta eorum. dixit eis. vos poteſtis recuperare ad benefaciendum pauperibus. ſed non poteſtis recuperare ad vnguendum me corporaliter: quia me non ſemper habebitis. ſ. preſen

tia coꝛpoꝛali ad habitandū vo-
biſcū in carne paſſibili: q̄ idiget
tali vnctione. Per hoc pz: ꝙ ali
quod opus minus neceſſariū
pōt pꝛeponi magis neceſſario:
qn̄ iminet caſus quo illud mi-
nus neceſſariū nō pōt alias re-
cuperari. ¶ Ad tertiā rn̄det ne
gando aſſumptū. Hec eni vn-
ctio. cū fuerit opꝰ pietatis ⁊ mi-
ſericoꝛdie exhibite chꝛiſto i nul
lo derogat doctrine chꝛiſti. de
exhibenda miſericoꝛdia: ſꝫ ma-
gis conſonat.

D ſcd̄am. q. ſic ꝓcedit
a . Et videtur ꝙ xp̄s incō
uenienter loculos ſecū
poꝛtari pmiſit. ¶ Pꝛimo ſic.
Non fuit cōueniēs xp̄o: poꝛta-
re qd̄ aliis ꝓhibuit. Sed aliis
ſcilicet diſcipulis ſuis ꝓhibuit
poꝛtare pecunias Mat. x. No-
lite poſſidere aurū: nec argentū
nec pecuniaꝫ in zonis veſtris:
nec perā in via. Ergo ⁊c. ¶ Se
cundo ex illo Mat. 6. Ne ſolli
citi ſitis anime veſtre: qd man-
ducetis: nec coꝛpoꝛi veſtro quid
induamini. Vbi manifeſte pꝛo
hibet loculos habere. ¶ Tertio
Idē arguitur ex illo Mat. 7
vbi ipſe ꝓhibet de craſtino co-
gitare dicens. Nolite ſolliciti
eſſe in craſtinū. Sed qui pꝛohi
bet de craſtino cogitare. pꝛohi-
bet loculos habere. Ergo ⁊c.

¶ In oppoſitū eſt euāgeliū p̄ñs.
Et Aug. ſuper Jo. Et hētur. q.
22. c. Exemplū. Rn̄deo dicen-
dū ꝙ cōueniens fuit. vt xp̄s lo
culos haberet in quibus repo-
nerentur neceſſaria in cuſtodia
que adminiſtrabantur ſibi a fi
delibꝰ in ſuſtētationē ſuā ⁊ ſuo-
rū. Iſta concluſio habet i mul
tis locis. Pꝛo quo notandū ſi
cut plenius notauimus ſup de
creto in pꝛedicto. c. Exemplū
ꝙ quadruplici de cauſa xp̄s lo
culos habuit. Pꝛimo ad ſuſtē
tationē pauperū. vt dicit Hie
rony. ſuper illud Jo. 12. Deus
nō perā iquit: nec virgā: nec eā
iubēs deferri marſupium fere
bat. ad inopū miſterium. Hoc
eſtimauerāt diſcipuli: cū dixit
Jude: qd̄ facis. fac cito: vt ali-
quid inopibus daret. Scd̄o cō
uenienter dicitur habuiſſe locu
los: vt haberet: vnde emeret ne
ceſſaria ad vſus ſuos ⁊ ſuoꝝ
propter imminentē neceſſitatē.
Tali de cauſa habuit loculos:
quando tranſiuit per Samari
am: ſicut legit Jo. 4. Samari
tani enim erāt inhoſpitales iu-
deis. Vnde dicitur. Lu. 9. ꝙ
cum venit in Hieruſalē: ſama
ritani noluerunt eum recipere.
Et hac de cauſa diſcipulis ha-
bere permiſit loculos. Vñ Lu.
22. dicitur. Quando miſi vos ſi

ne baculo: ſine p[illegible] nũquid ali quid defuit vobis: At illi dixerũt. Nihil. Dicit ergo eis. Sꝫ nunc qui habet ſacculũ: tollat ſimiliter ꝛ peram vt dicit quedã glo. In hoc datur nobis exemplum: vt nonnunq̄ cã inſtante de noſtri rigore propoſiti intermittere poſſumus. Tertio conuenienter xp̄s habuit loculos: eã ꝯdeſcẽſus infirmis. dãs eis exemplũ: vt ſibi ꝓuideãt. Forte enim niſi xp̄s loculos habuiſſꝫ putaret aliqs peccatũ eẽ ſi ſibi in poſterũ neceſſaria ꝓuideret. Vñ Augu. in libro de ſermõe dñi in monte dicit. Hoc aũt di eo. vehemẽter cauendum ẽ: ne forte cũ videris aliquẽ ſeruum dei prouidere: ne neceſſaria deſint. vel ei vel eis. quoꝝ cura ei cõmiſſa eſt: iudicemus eum cõtra preceptum domini facere: ꝛ de craſtino eẽ ſollicitũ. Nã dñs: cui miniſtrabant angeli: ꝓpter exemplum: ne quis poſtea ſcandalizaref cum aliquem ſeruorũ eius animaduertiſſet iſta neceſſaria ꝓcurare: loculos habere dignatus eſt: vſibus neceſſariis. quicquid opus fuiſſet ꝑberetur. Quarto conuenientius xp̄s loculos habuit. vt dicit augusti. ſuper Joan. ꝛ habetur in prefato. c. exemplum. Exemplũ domini accipite conuerſantes in terra quare habuit loculos cui angeli miniſtrabant: niſi qꝛ ipſius eccleſia loculos habitura erat. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpõdetur negando conſequẽtiam. Et rõ ẽ. vt dicit Albertus magnus. Nõ ꝓhibuit portare aurum ꝛ argẽtũ: ſiue loculos: niſi qñ miſit ad iudeos. apud quos ſemꝑ fuit impoſita decima pauꝑ pecuniis: ad quã recipiebanf doctores: ꝛ ꝑdicatores: ita vt nihil eis deficeret. Quando aũt ad alios miſit: ꝛ qñ iã erecti fuerũt hoibus: dedit auctoritatẽ portãdi loculos: vt pꝫ Lu. 22. ¶ Ad ſecundam eũdef negãdo ꝯñaꝫ Et ratio ẽ: quia auctoritas illa Mat. 6. intelligif de ſuperflua ꝛ inordinata ſolicitudine. ¶ Ad tertiam rñdetur. negãdo ꝯñaꝫ Et ratio eſt: qꝛ vt dicit Augu. libro de opere monacorum cũ dominus dixit nolite ſolicitieẽ ꝛc. Non dedit intelligere: vt nihil pecunie ſeruaretur. a ſanctiſ ſed qꝫ deo non pro pecunia ſeruiatur. ꝛ propter inopie timorẽ iuſticia deſeratur.

Ad tertiã. q. ſic procedif a Et videtur qꝫ non fuit conueniens: vt xp̄s loculos pecunie portandos commiſerit Jude. ¶ Primo ſic. Dominus ſciuit iudam furẽ. Et

go cõmittendo ſibi loculos de‑dit ſibi occaſionẽ peccandi: ⁊ fa‑cultatẽ faciẽdi dãnũ ſibi ⁊ pau‑peribus. ¶ Secũdo ſic. Incon‑ueniens eſt. dare bñficiũ: aut of‑ficiũ ſciẽter homini. quẽ ſcit in‑dignũ. Sꝫ xp̃s ſciebat Iudam indignũ eſſe. Ergo ⁊c. ¶ Tertiõ querit: quare nõ corripuit eum cũ ſcieret eẽ talẽ. Et vt hoc cõ‑uenienter factũ: cum xp̃s dedit doctrinã Mat. 18. Si peccaue‑rit in te frater tuus corripe eũ ⁊c. ¶ In oppo. euãgeliũ. Rñ‑deo dicẽdũ. ꝙ ꝯuenienter fecit xp̃s: loculos cõmittẽdo Iude. Et hoc ꝓpter tres rõnes. Pri‑ma q̃ tangitur in. c. ꝓdicto. Erẽ plum vt eccleſia eius fures euꝫ patit: tolleret. Et eſt ratio Au‑gu. q: nõ videt bonus: qui ma‑los tollerare nõ potuit. Unde dicit cant. 2. Sicut liliũ inter ſpi‑nas: ſic amica mea inter filias. Secdo ꝯmiſit loculos cuſtodiẽ‑dos Iude. vt ei oẽm occaſionẽ proditionis auferret. cum habe‑ret ex loculis cõcupiſcentie mi‑tigationẽ. Sed ſicut dicitur ec‑cle. 5. Auarus non implebitur pecunia. Tertio ꝯmiſit loculos Iude: vt doceret: ꝙ ſpũalia ſũt maioribus cõmittẽda: tẽpora‑lia vero minus dignis. Uñ dic Albertus: Dominus de tem‑poralibus nos minoreꝫ curam ſemper hab[...]re docuit. Et ideo contẽptibiliores ad curã tẽporã‑liũ ponere: ſicut pꝫ Act. 6: vbi Petrus poſuit alios ad procu‑randum viduis miniſterio quo‑tidiano tẽporalium: de ſe aũt ⁊ aliis apoſtolis dixit. Nos autẽ miniſterio verbi ⁊ orationi in‑ſtantes erimus. Iudas aũt mi‑nor erat inter apoſtolos. Unde vltimus inter eos nominat: vt pꝫ Mat. x. ⁊ Mat. 3. ¶ Ad rõ‑nes in oppoſitũ. ¶ Ad primam rñdet: iuxta Albertũ magnũ ſu‑per Io. ꝙ qñ cõmiſſi ſunt locu‑li Iude. fur non erat: ſed iuſtus ſm preſentẽ iuſticiam. ⁊ poſtea facultatem habens. factus eſt fur. In quo nos docuit. ꝙ in ele‑ctionibus: ſufficit nobis pñtem iuſticiã attendere: q: de futuris qualis quis erit non poſſumus ſcire. ¶ Ad ſcðꝫ rñdet eodem mõ: q: tũc qñ cõmiſſi ſunt ei lo‑culi: dign⁹ erat. ¶ Ad tertiã: cuꝫ querit: q̃re xp̃s eũ nõ corripuit: dicẽdũ ẽ iuxta Albertũ ꝙ non corripuit: q: nõ ſciuit vt homo ſed vt deus docens nos nullũ debere corripere de iis que nõ niſi vt deus ſcimus.

¶ In fe. 3. legit paſſio ſm Mar‑cuꝫ. Circa quã paſſionẽ põt he queſtiones diſputari.

¶ Ad primã: vtꝝ. Petrus pec‑cauit mortaliter negãdo xp̃m.

¶ Secūda: utrū postq̄ .ꝑo ꝑdixit Petrū se negaturū. fuit possibile Petrum non negare xp̄m. ¶ Tertio: utrū oēs apl'i fugiētes capto xp̄o: peccauerūt mortalr.

Ad primā .q. sic proceditur. Et videt̄ ꝙ petrus negando xp̄m nō peccauit mortaliter. ¶ Primo sic. Dicit eni quedam glo. ꝙ peccauit ꝑ surrectionē: sȝ peĉtȝ ꝑ surretionē ē veniale: ꝛ nō mortale. Vñ ꝑmi mōt⁹ q ꝑ surrectionē fiūt: venialia sunt. ḡ petr⁹ negando xp̄ȝ peccauit venialiter ꝛ nō mortaliter. ¶ Secundo sic. Dicit Bernardus in libro de diligendo deo. ꝙ in petro fuit caritas sopita non extincta. Sed ꝑ peccatum mortale caritas extinguitur. Ergo petrus nō peccauit mortaliter. ¶ In opposi. est euangelium ꝑñs vbi dicitur manifeste: ꝙ petrus mentitus est: negādo xp̄ȝ i fide q̄ ꝯfessus fuerāt xp̄ȝ eē filiū dei Mat. 16. Ergo petr⁹ negādo xp̄ȝ peccauit mortalr. sȝ illō ꝑs. ꝑdes. oēs qui loquūtur mendacium. Respondeo: dicendum sub ista conclusione. ꝙ absq̧ dubitatione petrus negando christum peccauit mortaliter. patet ista conclusio. tum ex .c. illo Ambrosii imitare petrum. vi. q. i. vbi istā q. longius disputauimus. Sic vero patet ex illo Gregorii qui in moralibus ait: ꝙ petrus ex ipsis faucibus diaboli eripitur. Sed in faucibus diaboli non est quis: nisi per peccatū mortale. Ergo petrus negādo christum peccauit mortaliter. Tertio patet iuxta sanctum Tho. in quodam quolibeto: petrus negauit fidem christi. vbi periclitabatur: ꝛ eius confessio requirebatur. Ore enim confessio fit ad salutem ad Ro. x. vbi innuit videtur: ꝙ in tali causa: confessio fidei sit de necessitate salutis. ¶ Quarto pȝ ex illo Mat. x. Qui negauerit me coram hominibus: negabo eum coram patre meo. Sed nemo negat a Christo coram patre suo: nisi ꝑpter peccatum mortale. Ergo conclusio vera. Quinto: conclusio patet ex eō ꝙ negationi adiunxit periurium ꝛ blasfemiā: Nam vt dicitur. Mat. xxvi. Cepit detestari: ꝛ iurare. quia non nouisset hominem. ¶ Ad rationes in opposi. ¶ Ad primā respondetur. iuxta sanctū Tho. vbi supra ꝙ surrectio dupliciter accipitur. Vno modo secūdum ꝙ opponitur deliberationi. ꝛ sic primi motus dicuntur esse ex surreptione. Sic autem petrus ex surreptione nō peccauit alio mō accipitur surreptio

ſm ꝙ opponitur electiõi:ꝛ ſic Petrus ex ſurreptione peccavit qꝛ non peccauit ex electione quaſi ex certa malicia: ſed ex paſſione timoris talis autem ſurreptio non excuſat a mortali ſicut patet in incontinenti: qui fornicatur:motus concupiſcentia cum haberet propoſitũ cõtinendi. ¶ Ad ſecundam etiaꝫ rñdetur:per ſanctum Tho. ꝙ beatus Bernardus improprie loquitur. Et vt eius verbũ verificetur intelligendum eſt de quadam dilectione familiaritatis:quam Petrus ad xp̄m cõceperat:que in eo manſit:etiam poſt negationẽ. Vel ſi intelligatur de dilectione gratuita:intelligendum eſt:ꝙ non fuit extincta ſm predeſtinationẽ diuinã: que eius penitẽtiam preparabat:ꝙuis eẽt ex ſe extincta permiſſus autẽ eſt a deo petrus cadere.tñ vt nullus: quãtũcunqꝫ iuſtus:debeat ſe iactare de cõſtantia:vt dicit Ambroſius in predicto.c.imitare:tum ſecundo vt dicit Gregorius in.c.cõſiderandum di.i.vt is qui futurus erat paſtor eccleſie: in ſua culpa diſceret:qualiter aliis miſereri debuiſſet.

D ſecũdã.q.ſic ꝓcedit. Et videt ꝙ poſtq̃ ꝑdixerat xp̄s petrũ eũ negaturũ:ꝙ Petrus nõ potuit eũ nõ negare. ¶ Primo dicitur. Math.24. Celum ꝛ terra trãſibunt verba autem mea non tranſibunt. Sed verbum chriſti factum Petro fuit:ter me negabis:Ergo illud verbũ xp̄i neceſſario implendũ. Ergo petrus non poterat non negare. ¶ Scdo ſic. Veritas nõ põt falli. Sꝫ xp̄s eſt veritas Jo.4. Ergo falli nõ poterat. Ergo petrus nõ poterat xp̄m nõ negare. ¶ Tertio ſic: Sciẽtia xp̄i cũ eſſet ſciẽtia dei.eſt inuariabilis ergo neceſſario venturꝫ erat:ꝙ xp̄s fiendũ preuiderat petrum negaturꝫ. Ergo petrus potuit nõ negare. ¶ In oppoſitũ videt euangeliũ hoc:in quo:vt viſum eſt in.q.prima Petrus negando xp̄m peccauit. Ergo nõ neceſſitate:ſed libere ꝛ voluntarie qꝛ ſm Auguſti.peccatũ adeo ẽ voluntariũ.quod ſi nõ eſt voluntariũ non eſt peccatũ. Rñdeo dicendum ꝙ dupliciter poſſumus loq de Petro Vno mõ ſm ſe ꝯſiderato. Et ſic dicimꝰ ꝙ eius negatio erat cõtingens ꝛ ad vtrumlibet:qꝛ eius potentia libera:libere poterat ad oppoſita.ſ.ad negare ꝛ nõ negare Scdo modo põt cõſiderari vt cadit obiectiue ſub actu preuiſionis:vel predictionis negandi

Et ſic dicimus: q̄ . neceſſariuꝫ erat ipſum negare. Sed quia illud quod conuenit alicui ſm ſe ⁊ abſolute: conuenit ſibi ſimpliciter. Quod aūt cōuenit alicui ex aliquo. cōuēit ſibi ſm qd Vñ negatio. petri: poſt p̄dictionē xp̄i: ſimpliciter erat cōtigēs ⁊ ſm quid neceſſaria. qa ſoluꝫ ſm quid cadit ſub actu predicendi ⁊ non ſm quid cadit ſub actu predicendi. ⁊ nō ſm eē: neceſſitas aūt ſm quid. ſtat ſimꝉ cū ꝯtingentia ſimpliciter ſicut pꝫ per Philoſophum primo Periermenias. ſicut albū ſm quid ⁊ nigruꝫ ſimpliciter ſicut moueri ſortē eſt contingēs ſimpliciter. ſed moueri duꝫ currit. eſt neceſſarium. Vnde cōmuniter diſtinguiꝉ iſta ꝓpoſitio: Omne ſcitū a deo neceſſe eſt eſſe. qa pōt eē de dicto. vel pōt eſſe de re. Et ſi ſit d̄ dicto vera eſt. ⁊ ſi eſt de re eſt falſa. Et ſic ad queſtionē reſpondeꝉ q̄ Petrus ſimpliciter non neceſſaria ſed libere ⁊ contingenter negauit. ⁊ potuit non negare: Scđꝫ qd aūt. ſ. ſm q̄ ſubiacet predictioni xp̄i non potuit nō negaꝛ ita vt ibi ſit neceſſitas cōſequētie. ⁊ non cōſequentia. ¶ Ad rationes in oppoſitum omnes q̄ſi ſoluuntur vnica reſponſione. que patet ex dictis. ¶ Ad primam reſpondetur negando cōſequentiam ſimpliciter. ⁊ cōcedendo ſm quid. ſ. ſm. q̄ cadit ſub actu preuiſionis ⁊ predictionis xp̄i ¶ Ad ſecundam eodeꝫ modo reſpondetur. ¶ Ad tertiam reſpondetur per diſtinctionem datam: vel negando conſequentiaꝫ. Et ratio eſt quia ſciētia dei. non eſt tantū quod res eueniat quocunqꝫ modo: ſed quod res eueniet contingenter vel neceſſario. Et ideo q̄ diuina ꝓuidentia diſponit. euenire infallibiliter ⁊ neceſſario ⁊ infallibiter eueniet. Cōtingenter vero quidem q̄ diuine prouidentie rō hēt vt cōtigēter eueniat.

a D tertiam. q. ſic proceditur. Et videꝉ q̄ non omnes apoſtoli fugientes: chriſto capto: peccauerunt mortaliter. ¶ Primo: quia ſi omnes Apoſtoli tunc peccauerunt mortaliter: videretur q̄ fides eccleſie defeciſſet: Sed hoc nō eſt dicēdū: qa fides eccleſie nunq̄ꝫ defecit ſm illud Oſee. Deſpōſabo te i fide in ſempiternū. Scđo ſic. Petrꝰ ⁊ apoſtoli alii ſignificabant eccleſiaꝫ vniuerſalē Vñ Aug. dicit. 24. q. i. Quodcūqꝫ quod ſignificabat eccl'iaꝫ vniuerſalē. Ergo ſi petrus ⁊ omnes apoſtoli peccaſſent: tota eccleſia defeciſſet.

¶Tertio ſic. Apoſtoli capto xp̄o fugierūt ex timore: q̄ poterat cadere in cōſtātē virū. Ergo videntur excuſabiles a peccato. Cōſequētia vr̄ bona. ¶In oppo. ē euāgeliū p̄ns: vbi dicit. Oēs ſcandalum patiemini in hac nocte glo. interli. i. ab vnitate fidei ſoluentur. Nicolaus de lira. i. ruinam in peccatum: patiemini propter timorem mū dannm. Reſpōdeo: dicendum ſub iſta concluſione. q̄ in paſſione omnes apoſtoli a xp̄o recedentes peccauerunt mortaliter Iſta ɔcluſio p̄z ex multis locis ſacre ſcripture: que nos diffuſe deduximus in ſūma noſtra de eccleſia li. 3. c. 61. De quibus inducam⁹ tria: Primo eſt illud pſal. Oēs declinauerunt. Sup quo ita inquit Hiero. Hunc pſal. de paſſione xp̄i referūt: qm̄ oēs dn̄m reliquerunt: in tantū vt Petrus quoq; qui apoſtolorum fuit princeps negaret. Iē ſcd̄o ex illo q̄d ſequit. Nō ē q̄ faciat bonū nō ē vſq; ad vnū. Super quo dicit Hieron. Sic hic apparet: q̄ iſte pſal. de paſſione pertinet: q̄ nullus de diſcipulis nec petrus qui caput eccleſie eſt quia ⁊ ipſe negauit. Tertio. patet per illud pſal. Multiplicauit ſunt ſuper capillos capitis mei ⁊c. Vbi dicit glo. Temp̄e paſſionis receſſerunt iudei a chriſto: ⁊ etiā apoſtoli: eo vero reſurgente redierūt apoſtoli ſed nō iudei. Hoc igitur rōne oſtenditur: quia caſus tunc fuit in quo de neceſſitate ſalutis erat erat oris confeſſio facienda: tum: quia periclitabat fides xp̄ianorum ad inſtructionem aliorum fidelium: vel ad cōfirmationē vel reprimendū infideliū exultationem Vn̄ ſup illud de preſenti. di. i. i li. 3. ⁊ auctoritatibus dicit Hu. ⁊ archi. Mortuo xp̄o petrus ⁊ alii apoſtoli defecerunt ī fide xp̄i. ⁊ dubitātes de eo peccauerūt mortaliter: in quo oēs apoſtoli defecerūt. Vn̄ māifeſtum eſt omnes peccaſſe mortaliter. Et vt dicit ſanct⁹ Tho. ſuper Mat. i eodē loco Aggrauatur peccatū apoſtolorum ex ꝓpinquitate temporis quia poſt tantas amonitiones: poſt ſacramenti ſuſceptionē: iā obliti erāt que fecerat eis. ¶Ad rōnes in oppo. ¶Ad primā rn̄detur negādo ɔ̄ñam. tū: q; in beata virgine dr̄ integerrime ꝑmāſiſſe. Vnde in ſignum huius vt dicit Guillermus in rōnali diuinorum officiorum. Candela que occultatur in diebus tenebrarum ebdomade ſancte. per totam chriſti eccleſiam deſignat chriſti

adem in virgine gl. ioſa remã ſiſſe: ꝑ quam oẽs fideles docti: ⁊ illuminati ſunt. Et idem dixit alexander de ales in tertio Tum ſecũdo ɔña illa nõ valet quia cum circũciſio. tempore illo ſecundũ veriorez opinionẽ conferebat gratiam. ⁊ virtutes Vñ dicebatur. ſignaculum iuſticie fidei. Dicit eniz auguſti. ad Valerianũ cõtra Julianũ. Ex quo eſt inſtituta circũciſio quod erat ſignaculum iuſticie: diem ad ſanctificationẽ. valebat paruulis ad emundationẽ peccati originalis. ſicut ⁊ baptiſmꝰ. Et. vt dicit ſanctus Tho. circũciſio cõferebat gratiã. in quantũ erat ſignum paſſionis xpi future: ita. ſ. ꝙ hõ qui accipiebat circũciſionẽ ꝓfitebat ſe ſuſcipere talẽ fidẽ. vel adultus pro ſe vel alꝰ ꝓ paruulis. Vñ ⁊ apoſtolus dicit ad Ro. 4. ꝙ abraã accepit ſignũ circunciſionis iuſticie fidei. Sed cũ multi eſſent tempore mortis xpi paruuli innocentes circunciſi ⁊ per dñs habentes gratiam iuſtificantem. ⁊ habitum fidei. manĩfeſtũ ẽ. ꝙ apoſtolis oĩbus deficientibus ĩ fide. ꝙ nõ ſequeret: ꝙ oĩno fides deficeret eccleſie qꝛ paruuli illi eccleſie membra erant. ¶ Ad ſecundam reſponder eodẽ modo. Petrus. etiaz cũ nõdum eſſet conſtitutus caput eccleſie nõ figurabat eccleſiam ſicut princeps rempublicam ſuam. ¶ Ad tertiam rñdetur negãdo aſſumptum. quoniam in caſu timor mortis non erat timendus. ſed ſuſcipienda mors: pro fide xpi tenenda. ſicut dictum eſt.

¶ Feria quarta legitur: paſſio ſecũdum Lucam: Circa quod poſſunt diſputari ſequentes. q.

¶ Prima eſt: vtruz Judas vẽdendo xp̃m cõmiſerit ſymoniã

¶ Secunda: vtrum peccatum crucifigentium xp̃m fuit grauiſſimum.

¶ Tertia vtrũ volũtas hũana in xp̃o aliud voluerit ꝙ̃ deus voluerit.

Ad primã ſic procedit̃. Et videtur ꝙ Judas vendẽdo xp̃m: nõ ɔmiſerit ſymoniam ¶ Primo ſic Omne peccatum principaliter in electione conſiſtit: ſed voluntas elligẽtis non eſt de impoſſibili: vt dicitur. 3. Ethi: Sed vendere xp̃m erat impoſſibile: quia non poteſt aliquo terreno precio compenſari. Vnde de ſapientia dicitur. Prouer. 3. precioſior eſt cũctis opibꝰ: ⁊ ea q̃ deſiderant̃: huic nõ valẽt cõparari: ergo iudas vẽdere ñ potuit xp̃z: ⁊ ꝑ ɔñs ñ ɔmiſit ſymoniã

¶ Secundo sic. accipien do pe
cuniam pro cantādis missis.n̄
cōmittitur symonia.quia nul-
lus tenetur suis stipendijs mili
tare.⁊ nihilominus in euchari
stic sacramento:in quslibȝ miſ
sa continetur.totus xp̄s Ergo
etiam iudas accipiendo pecu-
nias vt traheret xp̄m nō videt
symoniam cōmisse. ¶ In oppo
situm est.q2 symonia ē studio-
sa voluntas emendi vel vēden-
dī aliquid spūale.vel spūali an-
nexam. Sȝ iudas habuit studi
um vēdendi xp̄m sanctū ſacto
rum. Ergo xp̄o vēdendo symo
niam commisit. Rn̄deo:dicen
dum sub ista ↄclusiōe.q iudas
vendendo xp̄m:symoniā cōmi
sit. Ista ↄclusio colligitur ap̄te
ex.c.Qui studet.i.q.i.vbi in gl.
mouet ista.q.⁊ ponitur prefata
ↄclusio.quā ꝓbat duobus me
dijs.rum.s.q2 vendidit hominē
liberū.ff.ad.l.fal.dela.l.i.tū se-
cundo q2 vendidit rem sacraȝ.
Preterea Iudas non solū sy
moniā commisit vēdendo xp̄ȝ
sed etiam alia vicia pessima in
currerit. Primo quidem. vitiū
infidelitatis estimando xp̄m sā
ctū sanctoꝝ infiniti valoris cui
nulla res in precio possit cōpa-
rari posse vēdi. Scd̄o incurrit
vitiū ꝓsumptiōis magie.⁊ here
sis.estimando xp̄m esse rē suā:
quā posset vēdere. Sola enim
la materia ē debita venditiōi:
cuius vēditor.est dn̄s. In hoc
ergo q Iudas tēptauit vendere
xp̄m quodāmō ꝓtestatꝰ ē se eē
dn̄m xp̄i.qd̄ ē hereticū. Ergo
iudas nō tm̄ symoniacꝰ:sȝ infi
delis.⁊ hereticꝰ fuit vēdēdo xp̄ȝ
¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pri
mā rn̄det.q iudas vēdere iure
nō potuit.sȝ de facto fecit. Vn̄
symoniā cōmisit. ¶ Ad scd̄am
rn̄det negādo ↄn̄am. Dicimus
enī:q facere pactionē de missa
celebrāda:symoniacum est sem
per.si tn̄ nō hēat alios.⁊ non te
net ex officio missaȝ cātare.pōt
accipere pecuniam.sicut condu
cticii sacerdotes faciant non
quasi precium misse: sed quasi
substentaculum vite .

a D secūdā.q. sic pro
cedit. Et vr̄ q pecca
tū crucifigentiū xpȝ
nō fuit grauissimū.

¶ Primo sic. Peccatū nō est
grauissimū.qd̄ hȝ excusationeȝ
Sed xp̄s excusauit peccatum
crucifigentiū eū. dicens pater
ignosce illis.q2 nesciūt qd faci-
unt. Ergo peccatū eoꝝ nō fuit
grauissimū. ¶ Scd̄o sic. Dn̄s
ait Pylato Io.xix. Qui tradi
dit me.tibi maius peccatuȝ hȝ
Ipse autem pylatus fecit chri-
stū crucifigi ꝑ suos ministros.

Ergo videtur fuiſſe maius peccatū. Iude proditoris peccato crucifigētiū xpm. ¶Tertio ſic. Chriſtus volūtarie paſſus eſt, ergo crucifigētes xpm: non videntur feciſſe iniuſtū: qꝛ vt dic Ariſt. 5. Ethi. Nullus patitur iniuſtū volēs. Ergo eorū peccatū non fuit grauiſſimū. ¶In oppoſitū eſt illud Mat. 23. Et vos implete mēſurā patrū veſtrorum. Vbi dicit Criſo. Quantū ad veritatē: exceſſerūt mēſurā patrum ſuorum. Illi enī hoīes occiderūt: iſti deū crucifixerunt. Rñdeo: dicēdū ꝙ peccatū crucifigētiū xpm: fuit grauiſſimū lꝫ differenter aliq eorum magis: aliq minꝰ: in eodē gūre peccati peccauerūt. Sit ergo iſta ꝯcluſio. Pꝛīceps iudeorum cū cognouerūt xpm. ⁊ ſi aliqua ignorantia fuit in eis fuit ignorantia affectata. q̄ eos nō poterat excuſare. grauiſſime īter omnes peccauerunt. Peccatum enim eorum fuit grauiſſimum. vt ex genere peccati tum ex malicia voluntatis. Secunda concluſio. Minores etiam iudei grauiſſime peccauerunt. q̄tum ad genus peccati. minus tñ q̄ maiores. quia ī minoribus in aliquo diminuebatur peccatū ꝓpter eorum ignorantiā. Vñ ſup illud Lu. 23. Neſciunt quid faciunt dicit Beda Pro illis rogat: q neſcierūt. ꝙ fecerūt zelū dei habentes: ſed nō ſm ſcientiā Tertia concluſio. Multo minꝰ grauiter peccauerunt gentiles: per quorum manus crucifixus eſt xps: quia excuſabat eorum peccatū: quia ſcientiā legis nō habebant. Quarta cōcluſio Iudas ⁊ principes peccauerūt grauiꝰ q̄ Pylatus qui timore Ceſaris xpm occidit: ⁊ etiā q̄ milites: q mādato pꝛeſidis. xpꝫ crucifixerūt. nō ex cupiditate: ſicut Iudas: nec ex inuidia: ⁊ odio. ſicut principes ſacerdotū. ¶Ad rōes ī oppoſitū. ¶Ad pͥmā: rñdet. ꝙ excuſatio illa dñi. nō refert ad pꝛīcipes Iudeorum. ſꝫ ad minores vt dictū ē. ¶Ad ſcdaꝫ rñdet negādo ꝯñaꝫ. Et rō eſt. qꝛ Iudas tradidit xpꝫ nō Pylato. ſed pꝛīcipibus ſacerdotū: qꝛ tradiderūt eū Pylatoꝰ ſm illud Io. 18. Gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Ad tertiā rñdet negādo ꝯñaꝫ. Et rō ē: qꝛ lꝫ xps voluerit paſſionē ſuā. ſicut ⁊ deꝰ eā voluit nunq̄ tñ actionē Iudeorum voluit. Et ideo occiſores xpi ab iniuſticia nō excuſant. Vñ Dauit dānauit illū ad mortē. qui nō timuit mittere manuꝫ in xpm dñi. ſcilicet Saulem. quem eo petente occidit. vt legitur. 2. reguꝫ. i.

AD tertiã.q.ſic procedi-
a tur: Et vꝫ:q in xpo vo
lũtas humana nõ volu
it aliõ.ꝙ deus: vult. ¶Primo
ſic arguitur ex illo ps. vbi ex ꝑ-
ſona xpi dicit. Scriptũ ẽ de me
vt facerẽ volũtatẽ tuam deus
meus volui. Sed ille qui vult
volũtatẽ alicuiꝰ facere: vult qð
ille vult. Ergo volũtas huma-
na in xpo nihil aliud volebat:ꝙ
q diuina volũtas: in eo. ¶Se
cũdo ſic. aĩa xpi habuit pfectiſ
ſimã caritatẽ. Sꝫ caritatis eſt
facere. qð hõ idẽ velit qð deꝰ.
Ergo volũtas hũana in xpo ni
hil aliõ voluit ꝙ diuina. ¶Ter
tio. Chriſtus fuit verus cõpre-
henſor. Sed ſancti qui ſunt cõ-
prehẽſores in patria: nihil aliud
volunt: ꝙ q deus vult alioquin
nõ eẽnt beati: qui nõ haberent
qcquid vellẽt. Beatus enim ẽ.
quia habet quicquid vult. ⁊ ni-
hil mali vult. vt dicit auguſti.
in libro de trini. Ergo chriſtus
nihil aliud voluit ſm volũtatẽ
humanam. ꝙ q vlouit volun-
tas diuĩa. ¶Quarto ſic Quã
to ẽ maior conformitas volun-
tatis humane ad diuinam, tan
to eſt maior rectitudo volunta
tis que in hoc conſiſtit. ſicut ꝑ
glo. patet. ſuper illud ps. Re-
ctos decet collaudatio. Sed
chriſtus habuit rectiſſimã vo-
luntatem. Ergo fuit cõformis
diuine in volito. ¶In oppo. al
guitur ex preſenti euangelio:
vbi ait. Non mea voluntas. ſꝫ
tua fiat. Super quo verbo Au
guſti. contra Maximinum: in
hoc q chriſtus ait. nõ qð ego
volui. ſed quod tu. aliud oſten-
dit ſe voluiſſe. ꝙ pater. Rñdeo
dicendum ſub duabus conclu-
ſionibus. priã. q voluntas hũa
na ſenſibilitatis vel voluntas
rõnalis vt natura in xpo volu
it aliud. ꝙ voluntas diuina vo
lebat in ipſo. Secũda cõcluſio
voluntas rõnalis, que eſt per
modũ rõis. ſemper idem vole
bat. qð deus. pro iſtarum con-
cluſionũ intelligentia ⁊ verita-
te eſt notandũ q in chriſto ſm
humanã naturã ponit diplex
voluntas. ſ. voluntas ſenſibilita
tis: que participatiue volũtas
dicit voluntas rõnalis ſiue con
ſideretur per modũ nature ſiue
per modũ rõnis. Vt aũt dicit
Damaſ. qdã diuina diſpenſa-
tiõe filius dei ante ſuã paſſionẽ
permittebat carni agere ⁊ pati
q̃ ſunt ei propria ⁊ naturalia: ⁊
ſimiliter ꝑmittebat oĩbꝰ viribꝰ
agere queq; propria. quantum
expediebat ad finẽ redemptio-
nis: ⁊ oſtenſionem veritatis na
ture. Manifeſtum eſt autẽ. q
voluntas ſenſibilitatis refugit

naturaliter dolores ſenſibiles ⁊ corporis leſionẽ. Similiter ẽt volũtas vt natura repudiat ea que ſunt nature ꝯtraria: ⁊ que ſũt ſm ſe mala. puta mortẽ: et alia hmõi. Hoc tñ quoqz volũtas per modũ rõis eligere põt ex ordine ad finẽ: ſicut etiaz in aliquo puro homine. ſẽſibilitas eius: ⁊ etiã volũtas ab ſoluta ꝯſiderata refugit vſionẽ: quaz volũtas ſm rationeʒ elegit ꝓpter finem ſalutis. Voluntas autẽ dei erat: vt xp̃s dolores ⁊ paſſiones ⁊ mortẽ pateref: non qꝫ iſta eẽnt a deo volita ſm ſe: ſed ex ordine ad finem humãe ſalutis. Vñ patent cõcluſiões ꝑſate: quia. ſ. xp̃s ſm volũtateʒ ſenſibilitatis: ⁊ ſm volũtatẽ rõnis. que cõſiderat ꝑ modũ nature: aliud poterat velle: qꝫ deus. Que fuit prima concluſio. Sꝫ ſm volũtatẽ que eſt ꝑ modũ rõnis: ſemꝑ cõformabat in volito voluntati diuine. Que fuit concluſio ſecunda. Que patet ex eo qꝫ dicit: nõ ſicut ego volo ſed ſicut tu. Volebat enim ſm voluntatem rationis. diuinam voluntatem impleri: qꝫuis aliõ dicat ſe velle: ſecundum aliam eius voluntatẽ. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad pmã patꝫ rñſio ex diſtinctione volũtatis dupli cis. Vñ dicit: qꝫ xp̃s. volebat vt volũtas patris adimpleref ſm volũtatẽ rõis: nõ ſm volũtatẽ ſenſibilitatis: aut volũtatis cõſiderate ꝑ modũ nature. ¶ Ad ſcõaʒ eodẽ mõ rñdef. qꝫ cõformitas volũtatis hũane ad volũtatẽ diuinã attendit ſm volũtatẽ rõnis: ſm quã etiaz volũtates amicoꝝ concordant: in quãtũ rõ cõſiderat aliqd volitũ i ordine ad volũtatẽ amici. ¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñaʒ: qꝛ xp̃s ſimul fuit compꝛehẽſor ⁊ viator inquãtũ. ſ. ꝑ mẽtẽ fruebaf deo. ⁊ hẽbat carneʒ paſſibilem. Et iõ ex pte carnis paſſibilis poterat in eo aliõ accidere: qõ repugnaret naturali volũtati ipſius: et ẽt appetitui ſenſitiuo: qõ nõ cõtingit in beatis. qui tm̃ ſunt cõpꝛehenſores: qui ita dotati ſunt impaſſibilitate: vt nihil poſſet eis occurre re nociuũ vl' leſiuũ. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt quia cõformitas: que eſt in volito: nõ facit rectitudinem volũtatis: qꝛ aliquis põt peccare volendo id volitũ: qõ deus vult vt volẽdo qꝫ pr̃ ne9 morere f. Et ẽt põt mereri i h' qꝫ illõ ñ vult. qꝫ de9 vult. vt paul9 cupiebat diſſolui ⁊ eẽ cũ xp̃o. ⁊ de9 volebat. qꝫ ñ diſſolueref. ſꝫ ꝑꝑ fructum animarum adhuc militaret. Sꝫ rectitudo. volũtatis

cauſatur ex modo volẽdi vt.ſ. vellet ex caritate:ſicut de^9. Et iterũ in cauſa finali: vt ꝓpter idem vellet. Et iterũ cauſa efficiẽdi vt.ſ.deus velit eũ velle.

¶In feria quinta die cene eſt euangelium. Ante diem feſtũ paſche ꝛc. Jo.13. Circa quod poſſunt diſputari.iſ.q.

¶Primo. vtrum conuenienter in die cene inſtitutum eſt ſacramentum eucariſtie.

¶Secundo: vtrum cõuenienter cp̃s in die cene. Jude ꝓditori tribuerit ſacramẽtum corporis et ſanguinis ſui.

¶Tertio: vtrum poſt bucellã intinctã a xp̃o. Jude porrectã diabolus intrauit in eum.

Ad primã.q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ conuenienter die cene inſtitutum fuit ſacramentum eucariſtie.

¶Primo ſic. Per hoc ſacramentũ homines xp̃o vniuntur ſicut mẽbrũ capiti. Unde dicit. Jo.6. Qui manducat meã carnem: ꝛ bibit meum ſanguinem: in me manet: ꝛ ego in eo. Sed xp̃s eſt caput etiã omnium hominum: etiam qui fuerunt ab initio mundi: Ergo nõ debuit inſtitutio hmõi ſacramenti differri vſq; ad finẽ mũdi. ¶Secundo ſic. Hoc ſacramentum [illegible]citur viaticum: q. tendentes ad patriã: in via confortat quotidie: nos etiã lapſos reparat. Sed patres: qui erãt añ aduentum xp̃i: ad patriã tendebat: hoſpites ꝛ peregrinos ſe vocantes: vt p; ad. Hebre.xi. ꝛ quotidianis peccatis impediebantur. Ergo ante aduentum xp̃i: debuit ſacramentum hoc inſtitui. ¶Tertio ſic. Hoc ſacramentum dicitur memorial paſſiõis xp̃i: ſm illũ. Math. 26. Hoc facite in meã commemorationẽ: Sed memoria eſt preteritoꝝ. Ergo hoc ſacramẽtum nõ debuit ante paſſionẽ xp̃i inſtitui. Et per ↄ̃ñs non in cena. ¶Quarto ſic. Per baptiſmum aliquis ordinatur ad eucariſtiam que non niſi baptizatis debet dari. Sꝫ baptiſmus inſtitutus eſt poſt chriſti paſſionẽ: ꝛ reſurrectionem: vt patet. Mat. vltimo. Ergo hoc ſacramentum inconuenienter eſt inſtitutũ ante xp̃i paſſionẽ.

¶In oppoſitum eſt euangeliũ pñs: in quo dicit: ꝙ hoc ſacramentum eſt inſtitutum a xp̃o. De xp̃o autem dicitur. Mat. 7. ꝙ bñ omnia fecit. Ergo conuenienter inſtitutũ eſt: qñ xp̃s inſtituit. Rñdeo: dicendũ ſub duabus cõcluſiõibus. Prima ꝙ nõ potuit inſtitui ante incar

 81

[...]tionem verbi.p3 ꝯclusio: qꝛ hoc ſacramento cõtinetꝰ verbũ incarnatũ realiter. Ergo inſtitui nõ potuit ante incarnationẽ verbi. Secũdo ſic. Hoc ſacramẽtũ continet gratie plenitudinem. Unñ eucbariſtia dicitur. Sꝫ tẽpus plenitudinis incepit ab incarnatiõe xp̄i. Ergo ante incarnationeꝫ inſtitui nõ potuit hoc ſacramentũ. Secunda ꝯcluſio. Cõueniẽter inſtitutũ ẽ hoc ſacramẽtũ die cene: ꝛ non ante. Iſta ꝯcluſio oſtẽdit ex q̄tuoꝛ primo apparet ex neceſſitate: que aſſignatꝰ inſtitutionem hmõi ſacramenti. vt qꝛ ad pfectionẽ noſtra exigebatꝰ vt caput noſtrũ etiã realiter nobis ꝯiungeretꝰ. Et ideo quãdiu ſub pꝛopꝛia ſpecie cũ hoibus cõuerſatus eſt nõ opoꝛtebat hoc ſacramẽtũ inſtitui. ſed qñ eiꝰ coꝛporali pñtia deſtituẽda erat eccleſia Et iſta rõ tãgitꝰ ab Euſebio: q ſic ait. Quia coꝛpꝰ aſſumptum ablaturꝰ erat ab oculis ꝛ illaturus ſyderibꝰ neceſſe erat, vt die cene ſacramentũ coꝛpoꝛis ꝛ ſãguinis ſui cõſecraret: vt coleretꝰ iugiter per miſteriũ, qđ ſemel offerebatꝰ in p̄ciũ. Secunda rõ ſumitur ab eius figura. Chꝛiſtꝰ q̄ꝫdiu in mundo conuerſatus ẽ figuras legis obſeruare voluit factus ſub lege: vt eos qui ſub lege erant: redimeret. Et quia veniente veritate ceſſit figura. ideo nõ debuit hoc ſacramẽtũ inſtitui: niſi xp̄o abſcendente p moꝛteꝫ: qñ figure veteris legis terminande erant. Et ideo cõueniens fuit: imminẽte paſſiõe celebꝛato p̄ori ſacramẽto. nouũ ſacr̄m iſtituere. ꝛ qꝛ ibi terminatꝰ figura. vbi dꝫ icipere veritas Agnus aũt paſchalis erat figura hmõi ſacramẽti. Et ideo inſtitutũ eſt poſt comeſtioneꝫ agni. Unñ cantatꝰ in officio coꝛpoꝛis xp̄i. poſt agnũ tipicuꝫ. expletis epulis. coꝛpus dñicũ datum diſcipulis ꝛc. Tertia ratio ſumitur ab ipſa repñtatiõe huiuſmodi ſacramenti Eſt enim repꝛeſentationũ dñice paſſiõis ꝛ ideo congrue iam paſſiõe imminẽte inſtituitur. Quarta rõ ſumitur ex ritu: quo frequentãdũ eſt hoc ſacramentũ: vt vltimo traditũ: magis memoꝛie teneretur. Ea eni. que vltimo dicũtur maxie ab amicis recedẽtibꝰ: magis memoꝛie cõmẽdãtur: pꝛeſertim qꝛ tũc magis inflãmatur affectus: ad amicos. Ea vero ad que magis afficiũtur: pꝛofundius animo impꝛimuntur. Quia igitur vt papa Alexander dicit Nihil in ſacrificiis magis eſſe poteſt: q̄ꝫ coꝛpus ꝛ ſanguis xp̄i: nec vlla ob-

latius hac portior eſt. Et ideo vt maiori veneratione haberetur dñs. vltimo diſceſſu ʒ ſuo a diſcipulis ſuis hoc ſacramētum iſtituit. Et hoc idē dicit Augu. in libro rñſionū ad Januariuʒ ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdetur negādo ɔñam. Et rō eſt. q: xp̄s ab origine mundi erat caput iuſtoꝝ: nō quaſi habens actu cōformitatem in natura: cū membris eccleſie: icarnatiōe nondū facta: ſʒ ſolū ſecūdū incarnationē expectātium. Et iō cōiunctio corporis miſtici ad ſuū caput ꝑ tpe illo nō poterat fieri: per aliquod ſacramētū: realiter cōtinens ipſū caput: mēbris conforme. ſʒ poterat ꝑ aliq̄ ſacramēta ſigurari. ¶ Ad ſecūdā reſpōdeſ negādo ɔñam Et rō eſt: q: quāuis antiqui patres eſſent tēdentes ad patriaʒ nō tamē erāt illi in ſtatu tūc ꝑueniēdi añ xp̄i incarnationem. Et iō nō ɔpetebat pro tpe viaticū eē. quo ſtati ad patriā ꝑducūtur. ¶ Ad tertiā rñdeſ negādo ɔñaʒ Et rō ē. q: ſacramentū illud fuit inſtitutū in cena: vt in futurū eſſet memoriale dñice paſſiōis. ea perfecta. Dñs ſigñāter dicit Quotienſcunqʒ feceritis. in meā cōmemoratiōeʒ de futuro loquens. Unde tūc nō erat memoriale: ſed inſtitue batur in memoriam in poſt. celebrandum. ¶ Ad quartam reſpōdetur negādo ɔſequentiā Et rō eſt: quia baptiſmus iam erat inſtitutꝰ in ipſo xp̄i baptiſmo. Dñs tam aliq ipſo xp̄i baptiſmo erāt baptizati ⁊c. vt legitur Jo. iii. ſʒ neceſſitas, veniendi ſacramento baptiſmi indicta fuit hominibus poſt paſſionem ⁊ reſurrectionem.

a D ſecūdā. q. ſic procedit. Et vr̄ ꝙ nō fuit cōueniēs: ꝙ xp̄s i die cene daret ſacramētū corporis ⁊ ſanguinis eiꝰ Jude proditori. ¶ Primo ſic. Chriſtus i ɔleuit quod precepit ſm illud Act. i. Cepit Jeſus facere ⁊ docere: Sʒ p̄cepit mat. vii. Nolite ſanctū dare canibꝰ cū ipſe xp̄s cognoſceret Judaʒ eſſe peccatorē: dico q nō fuit ɔuēiēs. ꝙ ipſe Jude daret corpus ſuū ⁊ ſanguinē. ¶ Secūdo Sicut dicit augu. ꝙ deus non eſt cā alicui: quod deterior fiat. Sed Judas ſumēdo corpꝰ xp̄i peccauit ⁊ factus ē deterior. ergo nō fuit cōueniēs ꝙ illi daretur ſacramentum. ¶ Tertio ſic Sicut legitur Math. xxvi. poſt ꝙ̄ dñs dedit diſcipulis corpus ⁊ ſanguinem ſuū dixit eis. Nō bibam amodo de hoc genimine vitis, vſqʒ ad diem illū: cum

mud bibam vobiſc[illegible]n nouum in regno patris mei. Et q erat eis in remiſſionem peccatorū. Sed neutrū Jude cōpetit: Ergo videtur q Judas non accepit ſacramentū cū aliis. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū: vbi dicitur oibus. accipite ꝛ manducate ꝛc. Rñdeo. dicendum ſub iſta concluſione. Couenienter xps dedit Jude ſimul cū aliis diſcipulis corpus ꝛ ſanguinem ſuū in ſacramēto. Iſta concluſio eſt Criſo. ꝛ auguſti. ꝛ Dionyſii libro eccſiaſtice ierarchie. Licet enim cōſiderata malicia Jude nō debuiſſet xps corpus ſuum ꝛ ſanguinem ei dare: tamen quia xps debuit eē nobis exemplum iuſticie: non conuēiebat eius magiſterio: vt Judam occultum peccatorem ſine accuſatore ꝛ euidente probatiōe. ab aliorum conditione ſeparaſſet. ne per hoc daretur exēpluꝫ prelatis ecclefie ſimilia faciēdi. ſ. peccatoribus occultis denegare ſacramentū. Secundo vt oēs occaſionē ei auferret male faciendi: quā aſſumere potuiſſꝫ ſi in aliquo ab aliis diſcipulis ante apertam maliciam fuiſſꝫ diſcretus. Hylarius tamen cōtrarium dicere videtur. Sed quod dictum eſt communius tenetur. ¶ Ad ratiōes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia licet Judas in rei veritate: canis eſſet ꝛ ei⁹ iniquitas nota eſſet Chriſto. ſicut deo: non tamen erat nota ei per modum quo hominib⁹ innoteſcit. Et ideo Chriſt⁹ Judam non repulit a communione. vt daret exemplū. tales peccatores occultos non eſſe ab aliis ſacerdotibus repellēdos. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiaꝫ. Et ratio eſt: quia xps non dedit cauſam nec occaſionem Jude peccandi: ſꝫ peccatū eius dixit mā ſuetudinis ſue oſtentatiōe ad ipſum ſꝫ ipſe ex tali medicina ſūpſit periculuꝫ mortis. ¶ Ad tertiam reſpondet negādo ꝯñaꝫ. Et rō eſt: quia q Judas nec biberit vinū in regno. xpi nec remiſſionē peccatoꝝ cōſecut⁹ ſit: culpa ſua fuit. quia ſacramentum corporis ꝛ ſanguinis chriſti tantum ſacramētaliter ſumpſit: non autē ſpiritualiter. Bibere autem vinum in regno patris cum chriſto: ꝛ peccatorū remiſſionem conſequi tantum ſpūalr ſumētib⁹ ſacrm̄ debent.

a

D tertiam. queſtiōe ſic proceditur. Et videtur quod poſt buccellam: panis porrectā Jude: intrauit

diabolus in eum. Primo ſic. Dicit Lu.22. q intrauit ſathanas in eum ⁊ Mat.14. q diabolus immiſerit in cor Jude. vt traderet eum. Sz hoc fuit ante bucellam panis ſuſceptã. Ergo nõ poſt bucellã ⁊c. ¶ Scdo ſic. q nec ante nec poſt ſolus deus illabitur aie: ergo diabolus nõ potuit intrare in cor Jnde an tecedẽs eſt maxima. Ergo ⁊c. ¶ In oppoſitũ eſt euãgeliũ. ⁊c. Sic iudas: de cõſe. di. 2. Rñ deo dicẽdũ. iuxta ſanctũ Tho. in quolibeto. 3. ⁊ ſuper Jo. c. 13. q ſathanam intrare Judã. ſiue aliuz hominẽ poteſt dupliciter intelligi. Vno modo in corpore hominis. ſicut iis qui corporaliter vexantur a demone. Et hoc modo eſt concluſio. q eẽntialiter poteſt demon intrare in hominem: ſicut pz ex multis locis euãgelii. Alio modo poteſt intelligi. ſ. q diabolꝰ itret in mẽtem: ita q menti diabolus eẽntialiter illabitur. Et hoc modo eſt concluſio q diabolus nõ poteſt intrare in mentem hominis: niſi ſolus deus. Patet iſta concluſio ſic. Anima enim rationalis. cum ſit ſimplex: ⁊ corporea: non habet dimenſiones qtitãtis. vt aliquid in ea eẽ dicatur. qſi. ĩ. eiuſdez dimẽſiões cõtentum. ⁊ ideo nihil poteſt in ea eſſe: niſi quod ei dat eſſe: q in ea eſt: per virtutẽ ſuã. Dicimus ergo q deus. qui animaz in eſſe produxit eſt in anima ꝑ ſuam virtutẽ. Vbi autẽ eſt virtus dei. ibi ⁊ eſt eẽntia dei. In deo enim idem eſt. eẽntia ⁊ virtus. Vnde manifeſtum relinquitur: q ſolus deus eſſentialiter eſt in anima. ¶ Ad. rationes autem in oppoſitum reſpondetur. Primo: q diabolus dicitur intrare cor: vel mentem hominis. per affectum vel effectũ malicie: inquantum. ſ. homo ab eo ſeductus: ſequitur eum ad ꝑpetrandum maluz: q ſuggerit. Et hoc modo dicitur intraſſe cor Jude Vnde dicit Nicolaus de lira ſup illud Lu. 22. Intrauit ſathanas iudã in animã: non per elapſum. quia ẽ: deo ꝓprium. ſed per effectũ. venditionem xp̃i ei ſuggerendo. Secundo dicitur. q poſt bucellam intinctaz dicitur diabolus intraſſe Judã: non quidem poſſidendo de nouo. quia prius vt argutum eſt: intrauerat: ſed intrauit poſt eum plenius: poſſidendo: ſicut Apoſtoli licet ſpiritum ſãctum reciperunt ante reſurrectionem domini dicuntur tamen recepiſſe ſpiritum ſanctũ in die Penthecoſten: quia ad maiorem plenitudinem.

¶ In feria ſexta. i. q̄ fit mētio de morte xp̄i legr̄ paſſio. Jo. 17 Circa qð p̄nt diſputari: ſc. q.

¶ P°: vtr̄ ɔ̄uenies fuit xp̄m mori. ¶ Scđo: vtrū alia paſſio chriſti ſufficiſſet: q̄ȝ mors: pro redemptione humani generis.

¶ Tertio: vtr̄ ɔ̄uenie̅s fuit xp̄z cum latronibus crucifigi.

a Ad primā. q. ſic proceditur. Et vr̄: q̄ nō fuit cōueniens chriſtuȝ mori.

¶ Primo ſic. Id enim qð eſt principiū in aliquo genere: non diſponitur per id: qð eſt contrarium illi gn̄ri: ſicut ignis. qui ē principiū caloris. nunq̄ȝ pōt eē frigidus. Sed filius dei eſt principium ⁊ fons vite. Ergo videtur. q̄ non fuerit ɔ̄ueniens xp̄z mori. ¶ Secūdo ſic. Maior ē defectus mortis q̄ȝ morbi: quia per morbuȝ peruenitur ad mortem. Sed non fuit conueniens chriſtum aliquo morbo langueſcere. vt Criſo. dicit ſup Mat. Ergo etiam non fuit conueniens ipſum mori. ¶ Tertio ſic. Chriſtus dicit Jo. x. Ego veni vt vitam habeant. ⁊ habundantius habeant. Sed oppoſitum non perducit ad oppoſitum. Ergo videtur. q̄ non fuit cōueniens chriſtum mori. ¶ In oppoſi. eſt euangelium preſens. ⁊ illud Jo. xi. Expedit. vt moriat vnus homo. p̄ populo Reſpō deo dicendum ſub iſta concluſione. Conueniēs fuit xp̄z mori. ⁊ hoc multiplici ratione. primo quidem ad ſatiſfaciendum pro humano genere. quod erat morti adiudicatuȝ propter peccatum ſm̄ illud Gen̄. 2. Quacunq̄ȝ die comederitis. morte moriemini. Eſt autē conueniens ſatiſfaciendi pro alio mod' cū quis ſubiicit ſe pene. quam alius meruit. Et ideo xp̄s mori voluit. vt moriēdo pro nobis ſatiſfaceret ſm̄ illud. i. petri. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Secundo ad oſtendendum veritatem nature aſſumpte. Sicut enim euſebius dicit: Si aliter poſt conuerſationem cum hominibus euaneſcens ſubito euolaret. fugiens mortem. ab omnibus cō pararetur fantaſmati. ¶ Tertiō vt a mortuis reſurgendo virtutem ſuam oſtenderet: qua mortem ſuperauit. ⁊ nobis ſpem reſurgendi a mortuis daret. Vt Apoſtolus ait in Corin. xv.

¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad primam reſpondetur. q̄ Chriſtus eſt fons vite. ſȝ quod deus nō aūt ſȝ q̄ homo. Mortuus aūt nō eſt ſm̄ q̄ deus. ſed ſm̄ q̄ homo. Et ita nō p̄cedit. ¶ Ad ſecundā r̄ndetur negādo

conſequentiā. Et ratio eſt. quia xp̄s nō ſuſtinuit mortē ex morbo ꝓueniēte. ne videret̄ ex neceſſitate mori. ꝓpter infirmitatē nature. ſ; ſuſtinuit mortē ab exteriori illatā: cui ſe ſpontaneū obtulit. vt mors eius volūtaria oſtderetur. ¶ Ad tertiā rūdet̄ negando ꝯñam. Et ad ꝓbationē dicitur. ꝙ vnū oppoſitorū; per ſe non ducit ad aliud ſed qñq; bene per accidēs: ſicut frigidū; per accidēs. qñq; calefacit. Et hoc modo xp̄s per ſuā mortē; nos ꝑduxit ad vitam: q2 de ſua morte mortē noſtrā deſtruxit: ſicut qui penam pro alio ſuſtinet remouet penam eius.

a D ſecundam. q. ſic proceditur. Et videt̄. ꝙ alia paſſio xp̄i ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis ſine morte. ¶ Primo ſic. Pena quam quis pro alio ſuſtinet: quātitatē accipit. q̄ntum ad virtutē ſatiſfaciendi ex conditione patientis: Sed xp̄s inq̄ntum eſt deus ꝛ hō. habet infinitam dignitatē. Ergo q̄libet paſſio ſine pena: quā ſuſtinuit: ſicut fames: fatigatio: ꝛ hmōi: ſufficiens fuit ad ſatiſfaciēdū ꝓ humano gn̄re. et̄ ſine mōte. ¶ Secundo ſic. Dicit Bernardus: ꝙ vna gutta ſanguis xp̄i fuiſſet ſufficiens precium noſtre redēptionis ſed aliquid de ſanguini xp̄i effuſum eſt in xp̄i circūciſione. Ergo nō oportebat ꝙ vlterius pateret̄. ¶ Tertio ſic. Tāta poteſt eſſe contritio in nobis penitētibus: ꝙ totū peccatum dimittatur: ꝛ quantū ad penā; ꝛ quantū ad culpā;. S; in xp̄o ab inſtanti ſue cōceptionis fuit pfectiſſima caritas que ꝯtritiōi tribuit vim expurgandi peccatū;. Ergo xp̄s ab inſtanti: ſue cōceptionis ſufficiēter ſatiſfecit pro omnibꝰ peccatis noſtris. Et ita nō oportuit: ꝙ ꝑ paſſionem mortis ſatiſfaceret. ¶ In oppoſi. eſt euāgeliū; pn̄s in quo legitur mortē ꝓ hūano gn̄re ſubiiſſe. Scd̄o ſic. Dicit apl's ad Gala. 2. Si ex lege eſt iuſticia: ergo xp̄s mortuus eſt gratis. i. inutiliter ꝛ ſine cā. Sed ſi alia paſſio ſufficeret ſine morte. xp̄s gratis mortuꝰ eēt. S; hoc dicēre eſt inconueniens. Ergo alia paſſio xp̄i ſine morte: ad redemptionē; humani generis nō ſuffeciſſet. Rūdeo dicēdū ſub iſta cōcluſiōe: ꝙ alia paſſio xp̄i ſine morte: l; ſuffeciſſet ad redēptionē humani generis. cōſiderata conditione perſone patientis: propter infinitam dignitatem: non tñ conſiderato genere pene: ad quā humanum genus ꝓpter peccatū; obligatum erat.

Iſta cõcluſio primo parȝ ex illo ad Hebre. x. Chriſtus vna oblatione cõſeruauit. in eternum ſanctificatos. Et ideo nõ eſt locus. ſecunde oblationis: ſed manifeſtũ eſt: q rp̃s ante mortem multas paſſiones ſuſtinuit eſuriens: laborans. cõſputus: ꝛ flagellatus. Si ergo iſte paſſiões ſuffeciſſent: non obtuliſſet ſeipſum ad mortẽ. Obtulit aũt ſeipſum hoſtiã deo patri pro peccatis noſtris. vt dicit ad Ephe: 5. ꝛ hoc per mortẽ. Ergo paſſio xp̃i abſq; morte nõ ſuffeciſſet. Secũdo ſic. Nõ erat debitor mortis. Si ergo xp̃s debuit ꝑ aliis ſatiſfacere recompẽſando oportuit: q ipſe mortẽ. quã nõ debebat: exſolueret. Vñ Gregorius. 3. moralium. q niſi xp̃s mortẽ idebitã ſuſcepiſſet. neq̃q̃ nos a morte debita liberaret. Pro pleniori noticia veritatis hmõi ꝯcluſiõis. ẽ notãdũ iuxta ſanctũ Tho: q xp̃i ſatiſfactio ꝑ tota humana nã: duas cõditiones cõcernere debuit. ſ. vt eſſet vlis reſpectu oium ſatiſfationũ quodãmodo. Secundo vt eſſet exemplaris: reſpectu oium particulariũ ſatiſfactionũ. Vniuerſalis aũt erat nõ per predicationem de multis quaſi ꝑ multas ſatiſfactiones particulares multiplicata. ſed habens virtutem reſpectu oium. Vñ non oportuit. q ipſe oẽs penas: que ex peccato cõſeq̃ pñt aſſumeret in ſeipſo: ſed illã. ad quã oẽs ordinãtur: ꝛ que cõtinet in ſe oẽs penas: q̃uis nõ actu. Finis autẽ oium terribiliũ eſt mors: vt dicit phus. 3. Ethi. Et ideo ꝑ paſſionem mortis debuit ſatiſfacere. Inquantũ vero fuit exẽplaris reſpectu noſtrarũ ſatiſfactõnum: debuit hr̃e magnitudinẽ excedentẽ oẽs alias ſatiſfactiones. q: exẽplar debet eſſe preſtãtius exẽplato. Et ideo ſm maximã penarũ: debuit ſatiſfacere ſcilicet ꝑ mortem. ¶ Ad ratiões in oppoſi. ¶ Ad primam rñdet negando conſequentiã. Et ratio eſt. q: licet pene alie: q̃s xp̃s ſuſtinuit. eſſent ſufficiẽtes ad ſatiſfactionem pro humana natura: conſiderata cõditione patiẽtis: nõ tamẽ cõſiderato genere ad genus humanũ erat obligatũ propter peccatuȝ. qd tñ eſſe debebat. vt. ſ. nos. de morte per mortẽ redimeret. ¶ Ad ſcđam rñdetur eodẽ mõ. q q̃uis gutta ſanguinis: quã in circũciſiõe ſudit: eẽt ſufficiẽs: ad ſatiſfactõnem. conſiderata conditione ꝑſone: nõ tñ vt dictuȝ eſt. ¶ Ad tertiã reſpondet negãdo ꝯñaȝ. Et ratio eſt quia ꝯtritio nõ tm̃ hȝ vim ex caritate: ſed etiã ex

dolore. Et ideo rõne caritatis: delet culpaꝫ: rõne aũt doloris: cõputatur in ſatiſfactione pene. Alie aũt pene xp̃i: nõ ſufficiunt quia in eis non continent oẽs alie pene: ſicut in paſſione mortis continentur.

D tertiam. q. ſic ꝓcedi tur. Et videtur ꝙ non fuit cõueniens xp̃m cũ latrõibus crucifigi. ¶ Primo ſic. Dicitur ad. Corin. 6. Que participatio iuſticie cuꝫ iniquitate. Sed chriſtus factus ẽ nobis iuſticia. Iniquitas aũt pertinet ad latrones. Non ergo fuit cõueniens: vt xp̃s ſimul cuꝫ latronibus crucifigetur. ¶ Secundo ſic. Super illud Mat. 26. Si oportet me mori tecum non te negabo: dicit Origeñ. Mori cum Ieſu pro omnibus moriente: bonum nõ erat. Ergo minus fuit cõueniens: vt ſimul cũ latronibus moreretur. ¶ In oppoſi. eſt euangeliũ pñs. Rñdeo dicendũ ꝙ xp̃s crucifixus eſt inter latrones aliqua quidem rõne: quãtũ ad intentionẽ iudeorꝫ. alia vero quantũ ad diui ordinationẽ. Quãtum vero ad intentionẽ iudeorꝫ. duos latrones vtrinqꝫ crucifixerunt: ſicut dicit Criſo. vt eorum ſuſpitiõis fieret particeps. Sed non ita euenit. Nam crux vbiqꝫ bonoratur. Quantum vero ad dei ordinationem: chriſtus cum latronibus crucifixus eſt: quia vt Hierony. dicit ſuper Mat. ſicut maledictum crucis: factus eſt xp̃s. ſic pro omnium ſalute: inter noxios quaſi noxius crucifigitur. Secundo vt dicit Leo papa in ſermone de paſſione. Duo latrones vnus ad dexteram: alius ad ſiniſtram crucifiguntur: vt in ipſa patibuli ſpecie demonſtraret illa: que in iudicio ipſo omniũ hominũ faciẽda eſt diſtinctio. Et augu. dicit ſuper Io. Ipſa crux: ſi attẽdas tribunal fuit. In medio eniꝫ iudice conſtituto. vnus qui credidit liberatus: alter qui inſultauit: damnatus eſt. iam ſignificatur. qd facturus eſt de viuis et mortuis: alios poſiturus ad dexterã. alios ad ſiniſtrã. ¶ Ad rõnes i oppo. ¶ Ad primã rñdetur. ꝙ rõ nõ ꝓcedit. Et ratio ẽ qꝛ ſicut xp̃s debituꝫ mortis nõ habuit. ſed mortem voluntarie ſubiit. vt ſua virtute vinceret mortẽ ita etiam nõ habuit meritum: vt cuꝫ latronibus poneretur. ſed voluit cum iniquis deputari. vt ſua virtute iniquitates deſtrueret. Vñ Criſo. dicit ſup Mat. ꝙ latronẽ in cruce cõuertere: et in paradiſum inducere. nõ minus fuit: ꝙ̃ ꝯtũdere

petras. ¶ Ad ſecu[illegible]dã rñdetur negãdo ↄñam. Et nõ eſt. q: nõ ↄueniebat. ꝙ cũ xp̃o aliquiſ ali us pateret ex eadẽ cauſa. Vñ Origeñ ibidẽ ſubdit. Oẽs fue rũt in peccatis. ⁊ oẽs opus ha bebãt. vt pro eis aliꝰ moreret non ipſi pro aliis.

Sabbato ſancto legitur euan gelið Veſpere aũt ſabbati ⁊c̃. Mat 58. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrum conueniens fuit chriſtum ſepeliri.

Secundo vtruꝫ cõueniens fuit vt xp̃s ad infernum deſcẽderet

¶ Tertio vtrum chriſtus totꝰ fuit in inferno.

D primam. q. ſic ꝓce ditur. Et videtur ꝙ nõ fuit conueniens xp̃ꝫ ſe peliri. ¶ Primo ſic. Nihil. cir ca xp̃m fieri debuit: qđ nõ eẽnt ſaluiferũ nobis: Sed in nullo videtur ad ſalutem hominis ꝑ tinere. ꝙ xp̃s fuerit ſepultꝰ. Er go nõ fuit cõueniẽs xp̃m ſepeli ri. ¶ Secđo ſic. ſicut conueniẽs fuit. vt moreretur morte igno miniosa. ita videtur. ꝙ debuit ſepeliri ſepultura obiecta. ⁊ vi li. Sꝫ hoc non eſt factũ. Ergo ⁊c̃. ¶ Tertio ſic. Si dicatur ꝙ xp̃s ſepeliri voluit vt daret hoi bus ſpẽ reſurgẽdi de ſepulchro ergo ſimilr incineratione corpis ſui pati debuit. vt ſpem reſur gendi incineratis poſt incinera tionẽ daret. Sed hoc non fuit cõueniens. Ergo ⁊c̃. ¶ Quar to. Sicut mors eſt pena pecca ti primi parẽtis. ita ⁊ incinera tio. Dictum eſt eni pmo homi ni poſt peccatum. Puluis es. ⁊ in puluerem reuerteris. vt di citur Geñ. 3. ¶ Sed chriſtus mortem ſuſtinuit. vt nos a mor te liberaret. Ergo etiam cum ſepeliri voluit. incinerari debu it corpus. eius. vt nos ab inci neratione liberaret. ¶ Quinto Si corpus chriſti fuit ſepultuꝫ videtur. ꝙ ſeparatũ fuit a diui nitate. cui erat vnitum. Pꝫ cõ ſequentia. quia remoto medio remouentur extrema. Sed di uinitas vnita eſt carni: median te anima. Ergo in morte chri ſti. cuꝫ ſit ſeparata anima a car ne chriſti. ⁊ ita iaceat in ſepul chro ſine anima. ꝑ conſequens diuinitas: fuit. ſeparata a carne ¶ In oppoſitũ eſt euangelium preſens vbi ait. Mittens mu lier hoc vnguentũ in corpus me um. ad ſepeliendum me fecit. Rñdeo. dicendũ ſub certis cõ cluſionibus. Pria eſt ꝙ cõue niens fuit xp̃ꝫ ſepeliri. Que cõ cluſio ꝓbaẽ ſic: ↄueniẽs. n. fuit chriſtũ ſepeliri. ex multiplici re.

ſpectu. Primo ad probādū veritatem mortis. Nō .n. aliqs in ſepulchro ponitur. niſi quando iā de veritate mortis conſtat. Unū Math. xv. legitur φ Pylatus anteq̄ʒ concederet xp̄m ſepeliri diligenti inquiſitiōe cognouit: eum eſſe mortuum. Secundo: quia per hoc: φ chriſtꝰ de ſepulchro reſurrexit: datur ſpes reſurgendi per ipſum iis. qui ſunt in ſepulchro: ſecundū illud Jo. v. Omnes qui in monumentis ſunt: audiēt vocē filii dei: ⁊ q audierint viuēt. Tertio ad exēplū eoꝝ: q p mortem xp̄i ſpiritualiter moriunt peccatis: q. ſ. abſcōdenẜ a turbatione hoīum. Unū dr̄. Colo. iii. Mortui eſtis: ⁊ vita veſtra abſcōdita eſt cū xp̄o: i deo. Scd̄a ꝯcluſio. Cōueniens fuit: vt xp̄s ſepeliret in orto: ad ſignificādū φ p mortē ⁊ ſepulturā ipſiꝰ liberamur a morte quā icurrimus p peccatū Ade i orto paradyſi cōmiſſum. Tertia cōcluſio. Cōuenięter xp̄s ſepultus ē i ſepultura aliēa: vt dicit Augu. in quodā ſermone q: ꝓ alioꝝ morte bat ſalute. Quarta ꝯcluſio Cōueniēs fuit vt ſepeliret in nouo monumēto: q: ſi aliqs ibi fuiſſet añ ſepultꝰ potuiſſet calūniari a iudeis: φ ille ſurrexiſſet: ⁊ nō xp̄s. Et eadē rōne ſepultus eſt cōuenieter in ſepulchro: qḋ exciderat de petra: ne ſi ſepultꝰ fuiſſet i terra diceret a iudeis φ diſcipuli p cauernas terẜ extra xiſſent. Quinta ꝯcluſio. Cōueniēs etiā fuit: vt corpꝰ xp̄i inuolutū eſſet in ſyndone mūda. i. pāno lineo mūdo: quia corpus eiꝰ erat mūdiſſimū. Unū ꝓpter hoc corpus xp̄i nō ꝯſecratur i altari ſup pannū ſiricū: ſʒ lineū q: corpus xp̄i tali pāno fuit inuolutū: vt dr̄ de cōſe. di. i. Sexta ꝯcluſio. Licet cōueniēs fuit xp̄m ſepeliri: nō fuit tñ cōueniens corpꝰ eiꝰ icinerari: Iſta cōcluſio pʒ ex illo pſal. Nō dabiſ ſanctū tuū videre corruptionē. Quod Damaſ. exponit de corruptione: que ē p reſolutionē in elemēta. Oñditur etiā ꝯcluſio ex hoc: φ putrefactio cuiuſcūqʒ corporis ꝓuenit ex īfirmitate nature illius corporis. que non pōt amplius cōtinere corpus in vnū. mors aūt xp̄i ſicut ſupradictū eſt: nō debuit eē cū infirmitate nature: ne crederet eſſe inuolūtaria. Et ideo nō ex morbo: ſʒ ex paſſiōe illata voluit mori: cui ſe obtulit ſponte. ⁊ iō xp̄s ne mors eiꝰ infirmitati aſcriberet noluit corpus ſuū q̄litercūqʒ putreſieri aut qualitercūqʒ reſolui. ſʒ ad oſtēſionē virtutis diuine voluit corpꝰ il-

ſed incorruptū pm[illegible]iere. Septima ꝯcluſio. Diuinitas nō fuit ſeparata a carne xp̄i. nec ī morte nec in ſepultura Pʒ cōcluſio. Dicitur enim in ſymbolo ꝙ filius dei mortuus eſt ⁊ ſepult⁹. Sed hoc nō dicitur niſi ꝗa corpus in ſepulchro fuit. Ergo diuinitas a corꝑe ſeparata nō fuit. Cuius rō etiā ex tribus accipi pōt. Primo ex parte dei: quia cū ſit immutabilis. ⁊ ꝙ ſibi ꝑfecte cōiunctum eſt. immutabilitatē ꝑſtat. vt. ſ. ei immutabiliter adhereat. Secūdo ex ꝑte ipſius aſſumpti. qđ ꝑ mortē quā ex obedientia patris ſuſtinuit. nō debuit ſuā dignitatem amittere. ſed magis debuit clarificari. Tertio ex fine aſſumptiōis. q2 ea. que poſt mortē ipſius circa ipſum acta ſunt ſalutaria nobis nō fuiſſent niſi diuinitas iūcta fuiſſet. ¶ Ad rōnes in oppo. Ad primā r̄ndet negando minorē. Dicimus. n. ꝙ ſicut mors efficiēter operata eſt noſtrā ſalutē. ita etiā ⁊ eius ſepultura. Vn̄ Hiero. dicit ſuper Mat. Sepultura xp̄i reſurgimus. Et yſa. 53. Dabit impios pro ſepultura. Dicit glo. i. gentes. q̄ ſine pietate erāt. deo patri dabit. quia mortuus ⁊ ſepultus eos acquiſiuit. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam. ¶ Unde dicimus. ꝙ licet mors chriſti fuerit ignominioſa ſepultura tamē eius debuit eſſe nobilis. ⁊ ſumptuoſa. Cuius rō eſt. ꝗa paſſibilitatē ⁊ humilitatē aſſūpſit xp̄s ꝑ noſtra. redēptione. ideo illa cōpleta in ſua morte. predicta debuerūt ceſſare. ⁊ ea ſequi: q̄ quodāmō ad gloriā ſue reſurrectionis pertinere videbantur Unde vtrumqʒ fuerat predictum per yſa. prophetā de turpitudine mortis ei⁹ yſa. 53. Tā ꝙ̄ ouis ad occiſionē ducet ⁊c. Et ſequitur ibidem . Et cum ſceleratis reputatus eſt. De nobilitate ſue ſepulture dicitur. yſa. xi. Radix. yeſſe. que ſtat ⁊c. Sequitur. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. ¶ Ad tertiam reſpōdetur negando conſequē tiam Et ratio eſt quia chriſtus de ſepulchro reſurrexit virtute diuina: que nullis terminis choartatur Et ideo ꝙ a ſepulchro ſurrexit ſufficiens argumentuʒ fuit: ꝙ homines erant reſuſcitādi virtute diuina: non ſolū de ſepulchris: ſed de quibuſcūqʒ terrenis. ¶ Ad quartam reſpondetur negādo ꝯñam. Et ratio eſt: quia xp̄s cum non eſſet ſubiect⁹ peccato nec morti erat obnoxius: nec incinerationi: que erant pene originalis peccati.

tamen mortē libenter ſuſtinuit ꝓpter ſalutem noſtram. Si autem corpus eius fuiſſet putrefactū vel reſolutū. magis hoc fuiſſe in detrimētū humane ſalutis: dum non crederetur in eo eſſe virtus diuina. Unde ex ꝑſona eius dicitur in ps. que vtilitas in ſanguine meo. dum deſcēdero in corruptionē. Quaſi diceret. Si corpus meū putreſcat. ꝑderet̃ effuſi ſanguinis vtilitas. ¶ Ad quintam rn̄det̃ negādo ꝯn̄az. Dicimꝰ enim ꝙ in morte xp̄i non fuit diuinitas ſeparata a carnē: nec ab anima. Nam vt dicit Leo papa tanta fuit vnio dei ⁊ hominis: vt nec ſupplicio poſſet dirimi nec morte diſtingui. ad probationez autem reſpondemꝰ: ꝙ anima quātum ad vnibilitatem corporis: eſt mediuz neceſſitatis: q꞉ corpus non eſſet vnibile. niſi ī quātum eſt animatum: ſed vnionem in actu eſt medium congruentie: quo remoto non neceſſario vnio tollitur. Et ideo quia ſeparata anima a corpore adhuc remanſit ordo in corpore ad animam. ideo non tollit̃ vnio diuinitatis ad carnem.

D ſecundam. q. ſic procedit̃ur. Et videtur: ꝙ non fuit cōueniens xp̄z ad infernū deſcendere. ¶ Primo ſic. Sicut enim dicit auguſtinus ad Dardanum nomen inferni in ſcriptura: ſēper ī malo accipitur. Sed illō quod ſēp in malo accipitur. nō conuenit xp̄o. Ergo nec deſcendere in inferno. ¶ Secūdo chriſtus per paſſionem ſuam quaz in hoc mundo ſuſtinuit. nos liberauit a culpa ⁊ pena. Ergo ñ fuit conueniens. ꝙ chriſtus in infernum deſcenderet. ¶ Tertio. chriſtus non deſcendit in locum damnatorum. locuz tenebroſum ⁊ opertum mortis caligine. quia nulla eſt cōuentio lucis ad tenebras. vt dicitur. ij. Corin. vi. Ergo chriſtus: qui ē lux. ad infernum nō deſcendit. ¶ In oppoſitum eſt ſimbolꝰ fidei: vbi dicitur. Deſcendit ad īfernos. Reſpondeo. dicendum ſub tribus concluſionibus. pro maiori declaratione materie. prima concluſio. Conueniens fuit. xp̄m ad infernum deſcēdere: vt infernus nominat locuz nō penam damni. vel ſenſus. patet concluſio. tum primo: q꞉ xp̄s venerat penam noſtrā portare. vt nos a pena eriperet. ſꝫ illud pſa. 53. Uere languores noſtros ipſe tulit. ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Ex peccato autem homo incurrit nō ſoluz mortē corporis: ſed etiā deſcē

tum ad iferos. Et ideo ſicut ſu it conueniens eũ mori. vt nos liberaret a morte; ita cõueniẽs fuit ei. deſcendere ad inferos vt nos a deſcenſu ad inferos liberaret. Unde Oſee.13. dicit. ¶ Ero mors tua o mors: ero morſus tuus inferne. Secundo fuit conueniens: vt victo diabolo per paſſionem: victos eius criperet qui detinebãtur in inferno. ¶ Tertio. vt ſicut poteſtatem ſuam oſtendit in terra. veniendo et moriendo. ita poteſtatẽ ſuã oſtenderet in inferno. ipſum illuminando. et viſitando. Unñ in ps dicit. Attollite portas principes veſtras: glo. i. principes inferni auferte poteſtatẽ veſtram. qua vſque nunc homines in inferno detinebatis. Et ſic in nomie Jeſu omne genu flectatur. non ſolum celeſtiũ ſed etiam infernorum: vt dicit, Phi. 2. Secunda cõcluſio. Anima xpi non deſcendit in omnẽ partem inferni. ſm eẽntiã ſuã. Pro quo ſunt duo notãda. primum eſt q quadruplex eſt infernus. Unus eſt infernus dãnatorum. in quo ſunt tenebre. et quantum ad carentiam diuine viſionis. et quantum ad carentiam gratie. et eſt ibi pena ſenſibilis. et hic infernus. Eſt locus dannatorum. Alius eſt infernus ſupra iſtum. in quo ſunt tenebre et quantum ad carentiaꝫ diuine viſionis: et propter carẽtiam gratie: ſed non eſt ibi pẽa ſenſibilis: et dr limbus puerorum. Alius eſt ſupra iſtum: i quo ſũt tenebre: quantũ ad carentiã diuine viſionis ſꝫ nõ quantũ ad carentiam gratie: ſed ibi eſt pena ſenſus: et dicit purgatorium. Alius eſt magis ſupra. in quo ſunt tenebre. quantũ ad carentiã diuine viſiõis: ſed nõ quam ad carentiam gratie: nec eſt ibi pena ſenſibilis. et hic eſt infernus ſanctorum patrum. Et in hũc tantum deſcendit xps: quantũ ad locũ non quantũ ad ſpũaliũ tenebrarũ experientiam. ſecundo nota: q dupliciter dicitur aliqd alicubi eſſe. Uno modo per ſuum effectum et hoc modo chriſtus in quemlibet infernũ deſcendit: aliter tñ et aliter. Naꝫ in infernũ dãnatorum habuit hũc effectũ. q deſcẽdẽs xps ad iferos de ſua incredulitate et malicia illos ↄfutauit: illis vero: q detinebant in purgatorio ſpem glorie conſequẽs dedit. ſanctis autem patribus: qui pro ſolo peccato originali detinebantur lumen eterne glorie ifudit. Alio modo dicitur aliquid eſſe alicubi. per ſuam eſſentiam: Et hoc modo anima chriſti deſcẽ

dit ſolum ad locum inferni: in quo iuſti detinebantur vt quos ipſe per gratiam interius viſitabat. ſm deitatem. eos etiam ſm animam viſitaret ī loco. Tertia concluſio. Aīa xp̄i tādiu manſit in iferno. q̄ꝫdiu corpus in ſepulchro. Iſta cōcluſio pꝫ ex illo Act. Quē deus ſuſcitauit: ſolutis doloribus inferni ergo videtur ꝙ in inferno fuit vſqꝫ ad horam reſurrectionis. Rōne aūt pꝫ ſic. Nā cum anima ī corpus ſunt ꝓportionabilia. tm̄ debuit anima ſtare in inferno. quantū corpus in ſepulchro. vt per vtrūqꝫ fratribus ſuis ſimilaretur. Quīta concluſio Chriſtus patres ſanctos exiſtētes in illa parte inferni. que dicitur lymbus patꝝ: eduxit de inferno. Pꝫ cōcluſio ex illo zacha. 9. Tu vero in ſanguine teſtamēti eduxit vinctos de lacu ꝛc. Quinta cōcluſio. Chriſtus nō eduxit illos: qui erāt in lymbo pueroꝝ. Pꝫ concluſio. Redēptio enim xp̄i non habꝫ locuꝫ niſi in illis. qui fuerunt membra xp̄i. Nō eū pueri. qui erāt in limbo nunqꝫ fuerint membra chriſti. nec per fideꝫ propriam: nec per fidei ſacramentum quod nūc eſt baptiſmus quod tunc erat circūciſio: vel ſacrificium conſtat ꝙ ipſi liberati non fuerūt. Se[xt]a cōcluſio. Exiſtentes in partes inferni damnatorū nō liberauit. Patet concluſio. quia in inferno nulla eſt redēptio. Ergo nulli de illo loco ſunt liberati. Rōne ſic oſtenditur. Pena nō poteſt tolli manente culpa. Illi antē q̄ fuit dānati in inferno ſunt obſtinati ī malicia: ſicut demones. Et iō de pena illa liberari non potuerunt. Et hoc non fuit ēt inſufficientia liberātis: ſed ex indiſpoſitione ipſoꝝ damnatorum. Septima concluſio. chriſtus non liberauit regulariter animas exiſtentes in purgatorio. Iſta cōcluſio pꝫ. Pro peccato. qđ p ſe qs cōmiſit. debet purgationē pati. Sꝫ penā purgatorii ſuſtinet hō ꝓ peccatis: que cōmiſit. Ergo per penam quā ipſe tulit: dꝫ purgare. ī nō p penā xp̄i. niſi dicatur ꝙ nō ī vita ſua meruit p fidē ī deuotionē. ad mortē xp̄i. vt p paſſionē xp̄i liberaret. vel hoc ex ſpeciali gratia fuit collatū. ꝙ illi q̄ in purgatorio iuenti fuiſſent: abſoluti eſſent p paſſionē xp̄i. q̄ꝫuis illi qui nunc ſunt in purgatorio non ſequantur effectum plene liberatiōis ex ſola paſſione chriſti. ¶ Ad rōnes ī oppo.

¶ Ad primam rn̄detur ꝙ nomē infernoꝝ ſonat in maluꝫ pene,

 

in maluz culpe. Nõ decuit xpm in infernũ deſcẽdere non anq̃z ipſe debitoꝛ eẽ pẽne ſʒ vt eos: qui erãt pene obnorij: libe raret. ¶ Ad ſecũdã rñdetur ne gãdo ꝯñaz. Et rõ eſt quia paſ ſio xpi fuit quedam cauſa vni uerſalis humane ſalutis. tam viuoꝛum q̃ʒ moꝛtuoꝛuʒ. Cauſa aũt vniuerſaliter applicatur ad ſingulares effectus ꝑ aliquod ſpeciale. Unde ſicut virtus paſ ſiõis xpi applicatur viuẽtibus per ſacramẽta cõfigurãtia nos paſſioni xpi: ita etiaʒ applicata eſt moꝛtuis per deſcenſum xpi ad inferos. ꝓpter quod zacha. 9. dicit q̊ edurit vinctos de la cu in ſanguine teſtamenti ſui. i. per virtutẽ paſſionis ſue. ¶ Ad tertiaʒ rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: quia vt ſupꝛa no tatur: quadruplex eſt infernus. Secũdo põt dici: q̊ ſi chꝛiſtus nõ deſcẽdit in infernũ. per ſuã eſſentiam: deſcendit per effe ctum; vt dictum eſt.

a D tertiã. q. ſic ꝓcedi tur. Et videt̃ q̊ non to tus xp̃s fuit in inferno. ¶ Pꝛimo ſic. Coꝛpus xp̃s eſt aliqua pars eius. Sed coꝛpus xp̃s nõ fuit in inferno. ¶ Secũ do ſic. Nihil: cuius partes ab inuiceʒ ſeparate ſunt: poteſt di ci totuʒ. Sed coꝛpus ⁊ anima: que ſunt partes humane natu re: fuerũt ab inuicem ſeparate poſt moꝛteʒ. Deſcẽdit autem xp̃s in infernum moꝛtuus exi ſtens. Ergo nõ potuit eẽ totuſ in inferno. ¶ Tertio. Illud au tẽ dicitur eſſe in loco. cuius ni hil extra illũ locũ eſt. Sed ali quid xpi erat extra infernum. q̄ ⁊ coꝛpus erat in ſepulchꝛo. diuinitas vbiq̃ʒ. Ergo xp̃s nõ fuit tot⁹ ĩ inferno. ¶ In oppo. illð. Aug. in libro de ſymoblo. Totus filius apud patrẽ. totuſ in celo. totus in terra. totus in vtero virginis. totus in cruce. totus in inferno. totus in para diſo. quo latronem introdurit. Reſpondeo: dicẽnduʒ ſub iſta ꝯcluſione. q̊ xp̃s in illo triduo moꝛtis. totus fuit in ſepulchꝛo ⁊ totus fuit in inferno. licet nõ fuit totum. qð ptinet ad hu manaʒ naturã. Que cõcluſio ſic oſtẽditur. Maſculinum ge nus refertur ad ypoſtaſim. vel perſonã. neutrũ aũt genus per tinet ad naturaʒ. Sʒ in moꝛte xpi lʒ anima ſeperata fuerit a coꝛpoꝛe: neutrũ tñ fuerat ſepa ratũ a pſona filij dei. ⁊. Jõ in illo triduo moꝛtis. dicẽdũ ẽ q̊ totus chꝛiſt⁹ fuit in ſepulchꝛo. quia tota perſona fuit ibi per coꝛpus vnitum. Et ſimiliter to tus fuit in inferno. quia tota ꝑ

ſona.xpi: tibi fuit ratione anime ſibi vnite. Totus etiã xps tunc erat vbiq̃ ratione diuine nature. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt. q2 corpus xpi quod tũc erat in ſepulchro nõ eſt pars perſona incre ate: ſed nature aſſumpte. Et iõ per hoc q corpus xpi non fuit in inferno: non excluditur: quin otus xps fuerit. Sed oſtenditur q nõ fuit totum: quod pertinet ad humanam naturam. ¶ Ad ſecundam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: quia ex anima ⁊ corpore conſtituit totalitas humane nature: nõ autem totalitas diuine perſone. Et ideo ſoluta vniõe anime ⁊ corporis per mortẽ remanſit totus xps: ſed nõ permãſit humana natura in ſua totalitate. ¶ Ad tertiam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: q2 apſſumptum non habet locum niſi in iis. que corporaliter ⁊ circũſcriptiue ſunt in loco. Quod ſi totum eſt alicubi nihil eius ſit extra. Sed hoc in deo locum nõ habet. Unde. Augu. dicit in libro d ſymbolo. Nõ per diuerſa tempora vel loca dicimus. Chriſtum eſſe vbiq̃ totum: vt modo ibi totus ſit: ⁊ alio tẽpore alibi totus ſed vt ſemꝑ. vbiq̃ ſit totus.

¶ In die reſurrectiõis legitur euangelium. In illo tempore. Marie. Magdalene ⁊c. mar. xvi. poſſunt diſpu. ſe. q.

¶ Primo: vtrum neceſſariũ fuit chriſtum reſurgere.

¶ Secundo: vtrum conueniẽs fuit: xpm tertia die reſurgere.

¶ Tertio: vtrũ totus ſanguis: qui ꝑ eo ſuſus eſt pro humana redemptione: ſit in reſurrectõe reaſſumptus.

a Ad primã. q. ſic proceditur. Et videt q non fuit neceſſariũ chriſtum reſurgere.

¶ Primo ſic. Dicit. Damaſce. in. 4. li. Reſurrectio eſt eius qđ cadit: ⁊ diſſolutum eſt itera ta reſurrectio. Sed. Chriſtus nõ cecidit per peccatum: nec corpus eius diſſolutum. Ergo nõ conuenit ei reſurgere. ¶ Secundo ſic. Ea que circa humanitatem fuit acta: ad noſtram ſalutem ordinantur. Sed ſufficiebat ad noſtram ſalutem paſſio xpi: per quam ſumus liberati a culpa ⁊ a pena. Nõ ergo fuit neceſſariũ. q chriſtus a mortuis reſurgere. ¶ Tertio ſic. cõfirmat ratio precedens. Poſt vltimam cõſumationem. non eſt aliud neceſſarium. Sed vltima ꝯſummatio facta eſt in paſ

none. quia tunc dixit conſūmatum eſt Jo xix. Ergo non fuit neceſſarium. ꝙ poſtea reſurgeret. ¶ In oppo. eſt euāgeliū pñs. vbi dicit. Surrexit: nō eſt hic Et illud Lu. vltimo Oportebat xp̄m pati: ⁊ a mortuis reſurgere Rñdeo. dicēdū ſub certis. Pria ꝯcluſio. ꝙ neceſſariū fuit xp̄m a mortuis reſurgere. Que cōcluſio pꝫ. Primo ex illo apoſtoli. i. Corin. xv. Si xp̄s nō ſurrexit: inanis eſt fides noſtra. Sꝫ ſine fide non iuſtificamur. Ergo neceſſariū fuit: xp̄m reſurgere. Preterea. Neceſſitas reſurrectionis xp̄i colligit ex multis. primo ad cōmēdationē. diuine iuſticie. ad quā pertinet exaltare illos. q pp deū ſe humiliauerit: ſm illud Luc. i. Depoſuit potentes: ⁊ exaltauit humiles. Quia igitur xp̄s propter caritatē ⁊ obediētiā dei: ſe humiliauit vſqꝫ ad mortē crucis: oportebat. ꝙ exaltaret a deo vſqꝫ ad glorioſā reſurrectionē. Secūdo. Fuit neceſſariū ad fidei noſtre iſtructiōeꝫ: qꝛ per eiꝰ reſurrectionē ꝯfirmata ē fides circa diuinitatē xp̄i. qꝛ vt dicit. ii. Corin. vltio. Si crucifixꝰ ē ex infirmitate noſtra: ſed viuit ex virtute dei. Tertio. fuit neceſſariū xp̄m reſurgere ad ſubleuationē ſpei noſtre: qꝛ dum videmus chriſtum reſurgere qui ē caput noſtruꝫ: ſperamus ⁊ nos reſurrecturus. Vñ dicit. i. Corin. xv. Si xp̄s ꝑdicat: ꝙ reſurrexit a mortuis: quomodo qdā dicūt in nobis: qm̄ reſurrectio mortuoꝝ nō ē. Job. ix. Scio ꝑ certitudinē fidei: ꝙ redemptor meus. i. xp̄s viuit: a mortuis reſurgens ⁊ idō i nouiſſimo die d̄ terra reſurrecturꝰ ſuꝫ Repoſita ē hec ſpes mea i ſinu meo. Quarto. fuit neceſſariū ad informationē vite fideliū: ſꝫ illud Ro. vi. Quō xp̄s reſurrexit a mortuis ꝑ gloriā patris Ita ⁊ nos ī nouitate vite ambulemꝰ. Quinto: fuit neceſſariū ad ꝯplemētū noſtre ſalutis: qꝛ ſicut per hoc: ꝙ mala ſuſtinuit moriēdo vt nos liberaret a malis: ita glorificatus ē reſurgēdo: vt nos ꝓmoueret ad bona ſm illō Ro. 4. Traditus ē pp delicta noſtra: ⁊ reſurrexit pp iuſtificationē noſtrā. Scd̄a cōcluſio. xp̄s poſt reſurrectionē habuit verū corpus iſta cōcluſio pꝫ ex p̄ma ſic. Chriſtus vere reſurrexit vt dictum ē. Sed ad hoc ꝙ ſit vera reſurrectio: oportet ꝙ idem corpus eidem anime vniretur Et quia veritas nature corporis. ē ex forma: ꝯſequēs eſt. ꝙ corpus xp̄i poſt reſurrectionē: ⁊ veꝝ corpus: ⁊ eiuſdem nature;

ne
cuius fuerat prius. Si aūt cor pus fuiſſet fantaſticū.nō fuiſſet vera reſurrectio.ſed ap parens Tertia concluſio. Corpus xpi ſurrexit glorioſum. Iſta cōclu ſio oſtēditur ratione.q2 reſurre ctio xpi:fuit exēplar.z cauſa no ſtre reſurrectionis. vt habet.i. Corin.xv. Sancti autem habe būt in reſurrectōe corpora glo rioſa.ſicut dicitur ibidem: qđ ſeminatur in mortalitate: ſur get in gloria.vnde cū3 cauſa ſit potior cauſato.z exēplato.mul to ergo magis corpus xpi fuit glorioſum. Quarta concluſio. Chriſtus ſurrexit reſurrectiōe pfecta.prius q̄3 quicunq3 alius reſurgentiū. Iſta concluſio p3 ex illo.i.Corin.xv. Chriſtus re ſurrexit a mortuis:primitie dor mientiū.glo.primo tēpore:z di gnitate ſurrexit. Rōne ſic oſtē ditur. Reſurrectio eſt repara tio a morte in vitam. Dupliciter aūt aliquis eripitur a mor te. Vno modo ſolum a morte in actu vt ſi aliquis viuere inci piat qualitercunq3:poſtq̄3 mor tuus fuerat. Alio mō vt aliqs liberetur nō ſolum a morte:ſ3 a neceſſitate.z q plus eſt:a poſ ſibilitate moriendi. Et hec eſt vera:z perfecta reſurrectio:q̄3 diu aliqs viuit:ſubiectus neceſ ſitati moriendi :quodāmodo mors ei dn̄atur. Et ſic p illa reſurrectio:qa quis eri pitur ſolu3 ab actuali morte.eſt reſurrectio imꝑfecta. Loquen do ergo de reſurrectione ꝑfe cta:xps eſt primus reſurgētiū: primo perueniēs ad vitam peni tus immortalē: ſm illud. Ro. 6. Chriſtꝰ reſurgēs a mortuis: iam nō moritur. Sed reſurre ctione imperfecta.quidam alij ſurrexerunt ante xpm:ad pre monſtrādum:quaſi in quoda3 ſigno reſurrectionem ipſius. Vn̄ illi:qui reſuſcitati ſunt in vetri teſtamēto:z illi qui ſunt reſuſcitati a xpo ſic redierunt ad vitam:vt iteru3 morerētur.

¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad primā rn̄detur negando ꝯn̄a3. Et rō eſt.quia licet xps nō ceciderit per peccatum:ce cidit tamen per mortem:quia ſicut peccatu3 eſt caſus a iuſti cia:ita mors ē caſus a vita. Si militer.L3 corpus xpi nō fue rit diſſolutum per incineratio nem.ipſa tn̄ ſeparatio anime a corpore.diſſolutio queda3 fuit.

¶ Ad ſecūdam rn̄detur:q et iā reſurrectio xpi opata ē noſtrā ſalutē. S3 paſſio xpi opata eſt noſtrā ſalutē ꝓprie loquendo quātū ad remotionē malorū. Reſurrectio aūt q̄tū ad icho ationē z exemplar bonorum

¶ Ad tertiam rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt, qꝛ licet ĩ morte facta ſit cõſumatio oĩuʒ eorũ que exigebãtur ad ſatiſfactiõeʒ que quidẽ nõ ẽ facta ꝑ reſurrectionem: nihilominus in reſurrectione: facta eſt conſumatio: quantum ad ꝯfectiõeʒ in bono.

a D ſecundam.q.ſic ꝓcedit. Et videtur. ꝙ nõ fuit conueniens. chriſtũ reſurrexiſſe tertia die. ¶ Prio ſic. Mẽbra debent capiti conformari Sed nos qui ſumus mẽbra xpi: nõ reſurgimus tertia die. ſʒ noſtra reſurrectio differtur vſqꝫ ad finem mũdi. Ergo videtur: ꝙ xp̃s qui eſt caput noſtrum. nõ debuerit tertia die reſurgere. ¶ Scdõ ſic. Separatio anime corpore in xp̃o non fuit facta. niſi propter ſeparationem humane nature. Sed in iſtanti mortis: redẽptio ſoluto ꝑcio cõpleta eſt. Ergo debuit ſtatim reſurgere. ⁊ nõ differre vſqꝫ in diem tertiam. ¶ Tertio ſic. Dies videtur incipere ab ortu ſolis: qui ſua preſentia diem cauſat Sed ante ſolis ortũ xp̃s reſurrexit. Dicitur enĩ Jo.xx. ꝙ vna ſabbatorũ Maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre eſſent ad monumentuʒ ⁊ tunc xp̃s iam reſurrexerat: ⁊ vidit reuolutum lapidem a monumẽto. Ergo xp̃s nõ reſurrexit tertia die. ¶ Quarto ſic. dicitur. Math.xii. Sicut Jonas fuit in ventre ceti: ſic filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Ergo videt. ꝙ non reſurrexit tertia die ſed quarta. vel quinta. ¶ Quinto ſic. Nox contra diem diuiditur. Sed dicit Gregorius in omelia hmõi diei. xp̃ʒ de nocte reſurrexiſſe. ſicut Sanſon de nocte portas Gaze tulit. Judicũ xvi. Ergo videtur ꝙ xp̃s nõ reſurrexit tertia die. ſed ſecunda nocte. ¶ In oppo. eſt ꝙ in ſymbolo canitur: Et reſurrexit tertia die: ⁊ Mat.ii. Tradent eũ gentibus ad illudẽdũ ⁊c. Et ſequit. ⁊ tertia die reſurget. Rñdeo. dicẽdũ ſub iſta concluſiõe: ꝙ xp̃s conuenienter reſurrexit tertia die. Que cõcluſio ſic oſtẽditur Reſurrectio xp̃i ſicut dictum eſt in.q. precedenti. neceſſaria fuit ad inſtructioneʒ fidei noſtre. Eſt autem fides noſtra ⁊ de diuinitate: ⁊ humanitate xp̃i. Non enim ſufficit alterum ſine altero credere. Et ideo. ad hoc ꝙ cõfirmaret fides diuinitatis ipſius. oportet ꝙ cito ſurgeret. ⁊ eius reſurrectio nõ differtur. vſqꝫ ad finem mundi. Ad hoc enim ꝙ cõfirmaretur fides de veritate humanitatis

⁊ mortis eius oportuit morã eſſe inter mortẽ ⁊ reſurrectionem. Si enim ſtatĩ poſt mortẽ reſurrexiſſet. videri poſſet: ꝙ eius mors vera non fuerit ⁊ ꝑ ꝯñs reſurrectio vera. ¶ Ad veritatem mortis. xp̄i ſufficiebat ꝙ vſqꝫ tertiam diẽ. eius reſurrectio differretur. q2 ñ cõtingit quin infra hoc tẽpus in homĩe qui mortuus videtur: cum viuat appareãt aliqua indicia vite. Oſtenditur etiam ex aliis conuenientia iſta: tum quia ꝑ hoc ꝙ reſurrexit tertia die. cõmendatur perfectio trinarii: qui eſt numerus omnis rei: vtpote habens principiũ: medium: ⁊ finẽ: vt dicitur primo de celo ⁊ mũdo. Oſtenditur etiam in hoc: ſm miſteriũ quia xp̄s vna ſua morte corporali. que fuit lux ꝓpter iuſticiã: duas noſtras mortes deſtruit ſcilicet corporis ⁊ anime: que ſunt tenebroſe propter peccatum. Et ideo vna die integra ⁊ duabus noctibus permanſit in morte. vt dicit Aug. in. 4. ð trinitate. Per hoc etiã ſignificatur. ꝙ per reſurrectionem xp̄i: tertiũ tempus incipiebat. Nam primum fuit ante legem. ſm ſub lege. tertiũ ſub gratia. Incepit etiã in reſurrectiõe tertius ſtatus ſanctorum. Naꝫ primus fuit ſub figuris legis. Secundus ſub veritate fidei. Tertius erat in eternitate glorie. quã xp̄s reſurgẽdo inchoauit. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã reſpondet negando conſequentiã. Et rõ eſt. quia lꝫ caput ⁊ mẽbra conformẽtur in natura: nõ tñ in virtute. Excellentior enim eſt virtus capitis. quã membrorũ. Et ideo ad demonſtrandũ excellẽtiã virtutis xp̄i cõueniens fuit ipſum tertia die. reſurgere: aliorũ reſurrectione dilatata: vſqꝫ ad finẽ ſeculi. Ad ſecũdã rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: q2 nõ ſolũ oportebat ꝙ per mortem fieret redẽptio ſed ad hoc q2 redẽptiõis eius participes eſſemus: oportuit ꝙ veritas mortis eius: nobis oñderetur. Et hoc nõ fuiſſet. ſi ſtatim poſt mortem reſurrexiſſet. ¶ Ad tertiã rñdetur: ꝙ dies diuerſis modis accipitur. Aliqñ pro die naturali: qui ꝯtinet ſpaciũ. 24. horarũ. Unde includit diẽ ⁊ noctẽ. Aliqñ pro die artificiali: qui eſt latio ſolis ſup terrã. Loquendo ergo de die artificiali: ſic xp̄s fuit mortuus vna die integra. ſ. die ſababti ⁊ duabꝰ noctibus integris. ſ. precedente die ſabbati ⁊ ſequente: ⁊ adhuc plus. ſ. per quãdam partẽ ferie ſexte. Sic loquitur Aug. ſupra ⁊ glo. Ro. 6. que dicit. Que-

ſuit in ſepulchro vna die: et duabus noctibus: quia noſtrā duplicem vetuſtatem: ſua ſimpla conſumpſit. Si vero loquitur de die naturali: ſic accipiendo partem pro toto: fuit mortuus tribus diebus et tribus noctibus. ſicut dicitur Mat. 12. Illa enim pars diei paſſionis xp̄i a nona. et deinceps. computatur pro vna tota die naturali: cuius eſt pars. Vn̄ computatur pro vno die artificiali. et ꝑ vna nocte. Similiter. Nox poſt ſabbatum computatur pro tota die naturali ſequenti. et ſic cōputatur pro vna die et pro vna nocte artificiali. Quibus ſi coniūgatur vna dies integra. ſ. dies ſabbati: et vna nox integra. ſ. nox ꝑcedens. inuenietur. ꝙ xp̄s fuit mortuus tribus diebus: et tribus noctibus. ¶ Ad quartam reſpondetur. ꝙ patet ex dictis. ¶ Ad quintam reſpondetur: ꝙ Chriſtus dicitur reſurrexiſſe in crepuſculo: quando adhuc eſt lux tenebris permixta. Et ideo aliquando dicitur. ꝙ reſurrexerit in die. aliquando in nocte. Dicitur autem in euangelio preſenti: orto iam ſole non ē ſic accipiendum. tanquam ſol ipſe videtur ſuper terram: ſed tanq̄ eo proxio veniente. in has partes. vt dicit ſanctus Thomas.

q2 oīa neceſſaria ad ſalutē: ad ī
pugnationē errorꝫ: ⁊ ad guber-
nationē eccleſie. Tertio dr̄ do-
cuiſſe apoſtolos oīa. dādo eis ī
telligentiā oium: que audierūt
a xpo: a quo audierāt multa: q̄
pro tunc nō ītellexerunt. Quar
to dicitur docuiſſe omnia: q2 vt
īfra ſequit̄ ſuggeſſit eis oīa. i. re
duxit ad memoriam omnia: q̄-
cunqȝ a xpo audierant: quorū
multa obliti erant: nec poterāt
memorie comēdare. Quomo
do enim euangeliſta Jo. poſt
40. annos potuiſſet omniū ver-
borum xpi: que in euāgelio ſcri
pſit: memoriam habere: niſi ſpi
ritus ſctūs ei ſuggeſſiſſet. ¶ Ad
rationes in oppoſitum patet re
ſponſio ex dictis.

¶ In die ſancte trinitatis euan
geliū eſt. In illo tempore erat
homo ex phariſeis ⁊c. Jo.3. cir
ca quod diſputatum eſt in feſto
ſancte crucis. Sed circa ipſaȝ
feſtiuitatē poſſūt hec diſputari.
¶ Primo: vtrum ſit ponēdus
numerus perſonarum in diui-
nis. ¶ Secundo: vtrum ratio
ne naturali poſſit cognoſci plu
ralitas perſonaruȝ in diuinis.
¶ Tertio: vtrum hoc nomen
deus pluraliter predicetur de
tribus perſonis. vt dicantur
tres dij.

Ad primā. q. ſic ꝓcedit
Et videt̄ q2 in diuinis
numerus pſonarū nō
ſit ponēdus. ¶ Primo ſic. Di
cit Boetius libro de trinitate.
Hoc vere vnū eſt: in quo null9
eſt numerus: Sed d9 eſt veriſſi
me vn9. ergo in eo nō eſt aliqs
numerus. ¶ Scđo ſic. Dicit
yſido. q2 numerus dr̄ quaſi nu
dus numeris. i. diuiſionis. Sȝ
ī deo nulla eſt diuiſio. ergo nec
aliquis numerus. ¶ Tertio ſic
Perſona eſt rōnalis nature ī
diuidua ſubſtātia. Si ergo ī di
uinis ſunt plures pſone: ſeqtur
qđ ſint plures ſubſtātie. q2 vide
tur hereticū. ¶ Quarto ſic. plu
ralitas ꝓprietatū abſolutaꝝ nō
facit diſtinctionē pſonaꝝ: neqȝ ī deo
neqȝ ī nobis: ergo multo min9 plura
litas rōnū. faciet diſtinctioneȝ
pſonaꝝ: ergo nō pōt dici. qđ di
ſtinctionē pſonaꝝ neqȝ in deo.
nec ī nobis. ergo multo minus
ī deo ſint plures pſōe. ¶ In op
poſitū eſt illud. qđ hr̄. i. Jo. vlti
mo. Tres ſūt q teſtimoniū dāt
ī celo pater verbū. ⁊ ſpirit9 ſctūs.
Itē Athanaſius ait ī ſimbolo.
alia eſt pſona patris. alia filij.
alia ſpūs ſancti. Rūdeo dicen
dū. ſub iſta ꝯcluſione. q2 ī diui-

nis ſm fidē catholicā eſt cōfitē dus numerus pſonarum realiter diſtinctarum. Iſta cōcluſio patet ſic. Ubicūqz eſt diſtinctio vel diſcretio. ibi eſt aliquis numerus. Sz diuine perſone ſunt diſtincte ad inuicē. qm̄ alia eſt pſona patris. alia filii. alia ſpūs ſancti. ergo in diuinis ē numerus perſonarum. Pro cuius intelligētia ē notandū iuxta ſanctū. Tho. q ſicut ratio vnitatis ↄſiſtit in diuiſiōe. ita etiā ratio numeri vel multitudinis ↄſiſtit ī diuiſiōe vel diſtinctiōe aliqua. Unde ea que inuenimus diuerſa ſimpliciter dicimus eē multa ſimpliciter ⁊ q̄ īuenimus diuerſa ſz qd. dicimus eſſe multa ſm qd diuiſio aūt ſimpliciter attēditur vel ſz eſſentiā. ſiue formā vel ſm quātitatē ſiue materiā. Uñ ea q differūt ſz eſſentiā. dicimus eē multa. vt hoiez ⁊ lapidē ⁊ ſimiliter duas ptes. linee iaz diuiſe dicimus duas lineas. diuiſio aūt ſz qd. ē. q̄ attēdit ſz pprietates rei ſicut dicimus hoiem albū eſſe aliū. ⁊ diſtinctū a ſe nigro. ⁊ adhuc magis ſz qd i illis in qbus attendit diuerſitas relationū ſz rōnē tm̄ ſicut pūctus ſi diceret multiplex ſecūdū qd eſt pricipiū pluriū linearum. ſciendū eſt igit. q ī diuinis nō eſt numerus ſimplex q ē p diuiſionē eſſentie vel quātitatis: ſz eſt numerus qdam. ſ numerus relationū: nō tm̄ exiſtentium in deo ſecūdū rōnem tm̄. ſed realiter in ipſo ſubſiſtentiū. Uñ numerus diuinarū perſonarum eſt medius inter numerū. q eſt numerus ſimpliciter. ⁊ inter numerum. q eſt i rōne tm̄ ſicut pūctus dr multiplex ſm rōnē tm̄. eſt enim minus de rōne numeri i numero pſonarum: quā in numero ſimpliciter: ⁊ pluſqz in numero: qui eſt ſecundum rationē tantum. Si autem comparemus numerum perſonarum ad numeruz proprietatum abſolutarum qui eſt in creaturis. habebunt ſe ſicut excedentia ⁊ exceſſa. Si enim attendatur ratio diſtictionis. inuenitur maior diſtinctio in pprietatibus abſolutis creaturarū quā i diuinis perſonis: qr color ⁊ ſapor diſtinguuntur ſecūdū aliud ⁊ aliud eē accidētale ſz in diuinis perſonis eſt vnū ⁊ idē eē triū perſonarum. Si aūt cōſideratur perfectio diuinorum. ſic numerus perſonarum excedit. qr relatiōes in diuinis ſūt ſubſiſtētes perſone. Uñ ad numerū relationū ſequitur numerus pſonarum nō autem ad numeruz pprietatū i creaturis. quia nō ſunt ſubſiſtētes: ſed tm̄ ... Nūc dicendū. ¶ Ad rōnes in

oppoſitū. ¶ Ad primū rūdetur q̄ Boetius loquit̄ de vnitate eſſentiali. Vn̄ in eſſentia: null⁹ numerus cadit: ſed tn̄ in perſonis: q etiā nō eſt numerus abſolute ſed numerus quidā. ¶ Ad ſecundam reſpondet̄ negando ꝯn̄am. Et rō eſt: q: quāuis diuiſio nō fit ꝓprie in deo eſt tamen ibi perſonarum diſtinctio que ſufficit ad rōnem talis numeri: qualis ponit̄ i deo. ¶ Ad tertiā reſpondet̄ negādo ꝯn̄am. Et ratio eſt: q̄ ſubſtantia non ponitur in diffinitione perſone ſm̄ q̄ ſignat eſſentiam: ſʒ vʒ q̄ ſignat ſuppoſitū. Qđ pʒ ex hoc qđ additur indiuidua. Ad ſignificandū aūt ſubſtātiā ſic dictā habēt greci nomen ypoſtaſis. Vn̄ ſicut nos dicim⁹ tres perſonas. ita ipſi dicūt tres ypoſtaſes. Nos aūt nō cōſueuimus dicere tres ſubſtātias: ne itelligerent̄ tres eē̄ntie ꝓpter nominis equiuocationē. ¶ Ad quartam rūdetur negando ꝯn̄am. Et rō eſt. q: proprietates abſolute in diuinis vt bonitas ꝛ ſapientia non opponunt̄ ad īuicē. Vnde nec realiter diſtinguunt̄. Quāuis ergo eis cōueniat ſubſiſtere: tn̄ non ſunt plures res ſubſiſtentes quod eſt eē plures perſonas. Proprietates aūt abſolute in rebus creatis nō ſubſiſtunt: ſʒ realiter diſtinguantur. vt albedo ꝛ dulcedo: ſʒ proprietates relatiue in deo ꝛ ſubſiſtūt ꝛ realiter ad inuicem diſtinguuntur. Vnde pluralitas taliū proprietatum ſufficit ad pluralitatē perſonarum in diuinis.

Ad ſecūdam .q. ſic proceditur. Et videt̄: q̄ naturali ratione cognoſci poſſit pluralitas perſonaꝝ in diuinis. ¶ Primo ſic. Dicit enim Ariſtotiles in principio celi ꝛ mundi. Per hūc numerum. ſ. trinarum adhibuimus nos ipſos magnificare deum: vnum eminentē ꝓprietatibus eoꝝ que creata ſunt. Ergo videtur: q̄ Ariſtotiles ī cognitionē trinitatis venit. Secūdo ſic. dicit Auguſt. 7. confeſſi. ſe. legiſſe in libris platonicorum: non quidem iis verbis: ſed hoc idem omnino multis ꝛ multiplicib⁹ perſuadere rationibus q̄ i principio erat verbum: ꝛ verbum erat apud deum: ꝛ deus erat verbum. ꝛ huiuſmodi que ibi ſequuntur. In quibus verbis diſtinctio perſonarum traditur. Ergo videtur: q̄ phī naturali rōne cognouerūt trinitatē perſonarū diuinaꝝ. ¶ Tertio ſic. Dicit glo. Ro. i. q̄ magi pharaōis defecerūt. 3. ſigno. i. i noti

cia tertie perſone.ſ.ſpūs ſancti ⁊ ſic ad min⁹ duas pſonas co gnouerūt. ¶Quarto ſic. Dicit Termigiſt⁹. monas gignit mo nadē ⁊ in ſe ſuū reflectit ardo rē: per qđ videt generatio filii ⁊ ſpiritus ſancti, pceſſio īrima ri. Ergo cognitio diuinaꝝ per ſonaꝝ pōt per rōnem naturalē haberi. ¶Quinto ſic. Phi. po tuerūt ꝯuenire in cognitionem eoꝝ que in creaturis relucent. Sed in aīa impreſſa eſt ſimili tudo trinitatis pſonaꝝ Ergo vi det. ꝙ p potētias aīe. quas phi multū cōſiderauerūt potuerūt in cognitionem trinitatis deue nire. ¶In oppoſitum eſt illud ad Hebre. xi. Fides eſt ſubſtā tia rerū ſperandaꝝ. argumen tū nō apparentiū. Sed deuz eē trinū ⁊ vnū. eſt articulus fidei. Ergo ē non apparēs rōni. Itē dicit ylarius libro đ trinitate. Nō pōt hō ſua intelligentia ge neratiōis ſecretū cōſequi. Itē Ambroſius dicit Impoſſibile ē generatōis ſcire ſecretū mēs deficit. vox filet. Sed p originē generatiōis ⁊ proceſſiōis diſtin guit trinitas. in diuinis. Ergo homo per rationem naturalē nō pōt vēire i noticiā trinitatis Rñdeo dicendū. ꝙ impoſſibile eſt per rationem naturalē. ad cognitionem trinitatis diuina rum perſonaꝝ peruenire. Pro batur iſta concluſio. Naturalis rō nō cognoſcit deū. niſi ex crea turis. Creature aūt ducūt i dei cognitionem: ſicut effectus in cauſam. Hoc igitur ſoluz i rō ne naturali de deo cognoſci po teſt. quod competere ei neceſſe eſt: ſm ꝙ eſt omnium entiū pn cipiū. Virtus āt creatiua ē dei ⁊ cōis toti trinitati. Vñ perti net ad vnitatem eſſentie. ⁊ non ad diſtinctionem perſonarum. Per rationem ergo naturalē cognoſci poſſunt de deo ea: que pertinent ad vnitatem eſſentie non ad diſtinctionē perſonarū. Qui autē probare nititur trini tatem perſonarum naturali rō ne fidei: duplicit derogat: vt di cit ſanctus Tho. in prima par te. Primo qdē quantuz ad di gnitatem ipſius fidei: que eſt: vt ſit de rebus inuiſibilibus, que rationem humanam excedunt. ad Hebre. xi. Fides ⁊c. allega tum eſt. Secūdo: quantum ad vtilitatem trahendi aliquos ad fidē. Quom eniz aliqs ad pro bandum fidem inducit rōnes q̄ non ſunt cogentes cedit in deri ſionem. Credūt enim: ꝙ huiōi rōnibus īnitamur. ⁊ ꝓpter eas credamus. Ea igit: q̄ fidei ſunt nō ſunt tentanda ꝓbare n.. auctoritates: his qui auctorita

tes ſuſcipiunt. apud nos vero ſufficit defendere: nõ eſſe impoſſibile: quod predicat fides. Vñ Dionyſius dicit ſecundo capitulo de di. no. Si aliqs ē qui totaliter eloquiis reſiſtat lõge erit a phyloſophia noſtra. Si aũt ad veritatē eloquiorum .ſ. ſactorũ reſpicit hoc et nos cãone vtemur. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam rñdet negãdo cñam. Et rõ eſt qꝛ philoſophi nõ cognouerũt miſteriũ pſonarum diuinarum ꝓpriã: q̃ ſunt paternitas. filiatio: et ꝓceſſio. ſm illud apoſtoli. i. Corin. ii. Loquimur dei ſapientiã: quã nemo ꝑncipiũ huius ſeculi cognouit. i. Phconcriũ ſm glo. cognouerunt tñ quedã eſſē talia attributa: que appropriantur diuinis pſonis: ſicut potentia appropriat patri. ſapia filio: bonitas ſpũi ſancto. Qđ ergo ariſtoteles dic. per hunc numerũt trinariũ. nõ eſt ſic intelligendum: qꝫ ipſe poneret trinarium numerũ in diuinis: ſed vult. dicere qꝫ antiqui vtebãtur numero trinario in ſacrificiis et orationibus: ꝑ quãdam trinarii numeri perfectionem: que in omnibus apparet: ſicut in principio: medio: et fine. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cõſequētiam. Et ratio eſt. tum primo. vel quia. Plato multa dicitur legiſſe in libris diuinis. quos reperit in egypto et inde aliqua cognouiſſe. tũ ſcđo qꝫ verbum nõ inuenitur in libris. Platonicorũ ſm qꝫ verbum noiat perſonã genitã in diuinis. ſed ſcđm qꝫ verbum intelligit ratio ydealis. ꝑ quã deus oia cõdidit. q̃ filio appropriat que dr mũdus architip⁹. ¶ Ad tertiã rñdetur negando cñam. Et rõ eſt: quia phi nõ peruenerunt in cognitione diuinarũ perſonarum quãtum ad ꝓpria ſed ſolũ quãtum ad ꝓpriata nõ inquãtum ad appropriata ſunt quia ſic eorũ cognitio dependet ex propriis ſed inquãtum ſunt attributa diuine nature. et ſi obiiciat qđ ſimilit deuenerunt in cognitionē bonitatis que appropriat ſpũi ſancto. ſicut in cognitionē potētie. et ſapie que appropriantur patri et filio dicendũ qꝫ bonitatem nõ cognouerunt quãtum ad potiſſimũ effectum ipſius. ſ. incarnationē et redemptionē ſed euanuerũt in cogitatiõibus ſuis. Vel qꝛ nõ tm̃ intenderunt venerationi bonitatis diuine q̃ etiã nõ imitabãtur ſicut venerati ſunt potentiam et ſapiētiam. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo cñam. Et ratio eſt. qꝛ dictum. Trimegiſti nõ eſt referendũ ad generationem filii. vel proceſſionem

ſpūs ſancti ſed ad ꝓductionem mūdi. Nā vnus deus ꝓduxit mūdū vnū ꝑ ſui ipſi⁹ amorē. ¶ Ad quintā rūdetur negando ꝯñam. Et rō eſt qa ſicut ſimilitudo trinitatis relucens in aīa eſt omnio imperfecta ⁊ deficiens. ſed dicitur expreſſa per cōparatiōnē ad ſimilitudinem veſtigii. ideo non poteſt ducere in cognitionem perfectam trinitatis diuinarum perſonarum.

Ad tertiam. q. ſi proceditur. ꝙ nomē de⁹ pluraliter debeat ꝑdicari de trib⁹ pſōis. vt tres pſōe ſint tres dii. ¶ Primo ſic. Gene. i. vbi dicitur. In pricipio creauit deus celū ⁊ terrā. hꝫ veritas hebrayca elohim. qđ pōt interꝑtari dii. ſiue iudices. Et hoc dicit̄ propter pluralitate perſonaꝝ. Ergo tres pſone ſunt plures dii. ⁊ nō vnus. ¶ Secundo ſic. Sicut homo ſignificatur vt habens humanitatē. ita deus ſignificatur vt habens deitatē. Sed tres perſone ſunt tres habentes deitatem. Ergo tres ꝑſone ſunt tres dii. ¶ Tertio ſic. Hoc nomen tres cū abſolute dicatur. videtur ad ſubſtantiaꝫ pertinere. Sꝫ hoc nomē. ſ. res pluraliter dicitur de tribus perſonis. Dicit enī. Auguſt. libro de doctrina xpiana. Res quibus fruendum eſt. ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. Ergo pariter hoc nomen deus: ⁊ alia noīa eſſentialia poterūt pluraliter predicari de diuinis perſonis vt dicātur tres dii. aut tres omnipotentes. aut tres domini. ¶ In oppo. eſt illud Exo. ii. Audi iſrael dominus deus tu⁹ vnus eſt Reſpondeo dicenduꝫ ꝙ nomen deus nō pluraliter ſꝫ ſingulariter dicitur. ⁊ predicatur de tribus perſonis: ſm illō Athanaſii. deus pater: deus filius deus ſpūs ſanctus: nō tres dii ſꝫ vnus eſt deus. Pro quo notandum ꝙ nominū eſſentialiū quidam ſignificant eſſentiaꝫ ſubſtantiue. quedaꝫ vero adiectiue. Ea quidem que ſubſtantiue eſſentiam ſignificant. non predicatur in plurali de trib⁹ ꝑſonis. Cuius rō eſt quia nomina ſubſtātiua ſignificant aliqđ ꝑ modum ſubſtātie. noīa vero adiectiua ſignificant per modū accidentis. quod inheret ſubſtātie. Subſtantia autem ſicut ꝑ ſe habet eſſe: ita per ſe habet Unitatem. vel multitudinem Unde ⁊ ſingularitas vel pluralitas nominis ſubſtantiui attenditur. Secundum formam ſignificatam per nomen Accidentia autem ſicut habent in ſubiecto. Ita ⁊ ex ſubiecto

recipiunt vnitatẽ: v[illegible] multitudinem. Et ideo in adiectiuis ſingularitas vel pluralitas attẽdiť ſcḋm ſuppoſita. In creaturis aũt non reperitur vna forma in pluribus ſuppoſitis: niſi vnitate ordinis: vt forma multitudinis ordinate. Unde nomina ſignificãtia talem formaʒ ſi ſunt ſubſtãtiua predicatur de pluribus. In ſingulari non autẽ ſi fuerint adiectiua. Dicimus enim quod plures homines: ſunt collegiũ: vel exercitus: aut populuſ. Dicim⁹ tñ q̄ꝺ plures hoies ſũt collegia tĩ. In diuinis aũt eſſentia diuina ſignificatur per modum forme: que quidem ſimplex eſt: et maxime vna. Unde nomina ſignificantia diuinã eẽntiaʒ ſubſtantiue: et ſingulariter et nõ pluraliter dicuñ de tribus pſonis. Hec eſt igiť ratio quare Sorteʒ et Platoneʒ et Ciceronẽ dicimus tres homines: patrẽ aũt et filium: et ſpũm ſanctum nõ dicimus tres deos ſed vnũ deuʒ: qꝛ i tribus ſuppoſitis hũane nature ſunt tres humanitates. In tribus aũt perſonis eſt vna eẽntia. Que vero ſignificant diuinã eẽntiã adiectiue pluraliter p̄dicãtur de tribus perſonis. ꝓpter pluralitatẽ ſuppoſitoꝝ. Dicim[illegible] tres exiſtẽtes vel tres [illegible]entes: aut tres eternos aut tres increatos. et imẽſos. ſi adiectiue ſumantur. Si vero ſubſtãtiue ſumanť: dicimus vnum increatũ: imenſuʒ: et eternũ: vt Athanaſius dicit. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando ꝯñam. Et rõ eſt. qꝛ diuerſe lingue habẽt diuerſum modum loquendi. Unde ſicut greci ꝓpter pluralitateʒ ſuppoſitoꝝ, dicunt tres ypoſtaſes. ita et in hebraico dicitur pluraliter heloim nos aũt non dicimus pluraliter. nec deos. nec ſubſtãtias. ne pluralitas ad eſſentiam referatur. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando ꝯñam. Et ratio eſt. qꝛ licet deus ſignificet hñtem deitatẽ. ẽ tñ alius modus ſignificandi. Nam deus dicitur ſubſtãtiue ſed hñs deitatẽ dicitur adiectiue Uñ lʒ ſint tres hñtes deitatẽ: nõ tñ ſequitur: q̄ ſint tres dii. ¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñam. Et rõ eſt. qꝛ hoc nomẽ res. ẽ de traſcẽdẽtib⁹. Uñ ſcḋm q̄ ꝑtinet ad relationẽ. pluraliter predicatur in diuinis. Si vero ſcḋm q̄ ꝑtinet ad ſubſtãtiã. predicatur ſingulariter. Uñ Augu. ibidẽ dicit. q̄ eadẽ trinitas. quedam ſũma res eſt.

¶ Dominica. i. poſt trinitateʒ eſt euangelium. In illo tẽpore dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nõ

quidaȝ erat diues ⁊c̄. Luc. xvi. Circa hūc diuitē dānatum poſ ſūt diſpu. ſequentes queſtiões. ¶ Primo vtrū anima ſeparata poſſit abigne corporeo cruciari ¶ Secundo: vtrū anime dāna torū videant gloriā beatorum: ¶ Tertio. vtrū dampnati vellent omnes alios eē dampnatos.

Ad primā ſic ꝓcedit. Et videt̄ ꝙ anima ſe

a perata non poſſit ab igne corporeo crucia ri. ¶ Primo ſic. Agens ſemꝑ nobilius eſt paſſo. vt. Aug. ſup Gene. ad literā. ⁊ Ariſtotiles. ſecundo de anima. Sed impoſ ſibile eſt eſſe aliquid corporeuȝ nobilius anima ſeparata. Er go nō poteſt ab aliquo corpore pati ſiue cruciari. ¶ Scḋo ſic. Secundum philoſophum pri mo de generatione ⁊ ſecūdum, Boetium libro de duabus na turis. Illa ſolum agunt ⁊ pati untur ad inuicem. que in mate ria cōmunicant. Sed anima ⁊ ignis corporeus non cōicant in materia qꝛ ſpūalium et corpo raliuȝ nō eſt materia cōis. Er go anima ſeparata n̄ pōt pati. aut cruciari ab igne corporeo. ¶ Tertio ſic. Omne quod pati tur. recipit aliquid ab agente. Si ergo anima patit̄ ab igne corporeo. aliquid ab eo recipiet Sed om[illegible] quod recipit̄ in ali quo eſt: in eo per modum reci pientis. Ergo quod recipitur ab igne in anima nō eſt in eo ma terialiter. ſed ſpiritualiter. Sed forme rerum in anima ſpiritua liter exiſtentes ſunt perfectiões ipſius. Ergo etiam ſi ponatur ꝙ anima patiatur ab igne cor poreo hoc nō erit in eius penā. ſed magis in eius perfectioneȝ. ¶ Quarto ſic. Omne agens corporeum agit per contractuȝ Sed nō poteſt eſſe aliquis con tactus anime ⁊ ignis corporei. quia cū contactus fit ſolum in ter corpora. que habent vltima ſimul. Ergo anima ab igne cor poreo nō patit̄. ¶ Quīto. agēs corporeuȝ nō agit in remota ni ſi per hoc ꝙ agit in media. Sȝ anime ⁊ demōes quādoqȝ ſūt extra locum inferni: eū qñqȝ in hoc mundo appareant hoībus nec tamen ſunt immunes a pe na: ⁊ tamen videmus ꝙ omnis intermedia ab igne inferni non patiantur. Ergo videtur ꝙ ani me damnatorum penas quas ſuſtinēt: nō patiant̄ ab igne cor poreo. ¶ In oppoſitū eſt euan gelium preſens in quo ait. Di ues damnatus. Crucior in hac flāma. ¶ Rūdeo dicendū ſub [illegible] iſta cōcluſione ꝙ anim[illegible] poteſt pati ab igne corporeo.

cruciari ab eo. Iſta ꝯcluſio ꝓ
bat primo ſic. Eadē ē ratio de
aiabus ſeparatis: ⁊ de demoni
bus, qui ab igne corporeo pati
poſſunt. Sed demones patiun
tur ab igne corporeo: in quē cor
pora damnatoꝝ poſt reſurrecti
onem ꝓiicientur. vt pꝫ ex euan
gelio Mat. xxv. Ite in ignem
eternū: qui paratus eſt diabolo
⁊ angelis eius. Ergo ⁊ anime
ſepate ab igne corpeo pati pñt.
Unde Grego. iiii. libro dialo
gorū dicit. Si diabolus ⁊ eius
angeli cū ſint incorporei: corpo
reo igne ſūt cruciādi: qd miruꝫ
⁊ ſi aīe anteq̄ꝫ recipiāt corpora
poſſint igne corporeo: cruciari.
Quaſi diceret. Nō eſt mirum
Secundo ſic. Pena dꝫ rūdere
culpe. Sed aīa ꝑ culpā corpori
ſe ſubiicit per prauā cōcupiſcē
tiam. Ergo iuſtū ē: vt in penaꝫ
rei corporee ſubiiciatur ꝓ paſſi
onē Uñ firmiter tenendū ē q̄
aīa ſeparata pati. affligi: ⁊ cru
ciari poſſit ab igne corporeo. ſꝫ
circa modū quo pati poſſit di
uerſi diuerſa dixerunt. que oīa
enarrare. eēt longū. Et ideo tā
tūmodo aſſignabimus moduꝫ
quē ſanctus Tho. in. iiii. diſtin.
xliiii. ponit dicit enim ſic: q̄ cor
pus in ſpūm naturaliter agere
n... poteſt: nec ei aliquo modo
obeſſe: vel ipſuꝫ grauare: niſi ſꝫ
q̄ aliquo modo corpori vnitur. 129
Sic. n. inuenimus q̄ corpus q̄
corrūpitur agrauat aīam. Sa
piētie. ix. Spūs aūt corpori vni
tur dupliciter. Uno mō vt for
ma materie: ⁊ vt ex eis fiat vnū
ſimpliciter: ⁊ ſi ſpūs vnius cor
poris: ⁊ viuificat corpus. ⁊ a cor
pore aliqualiter agrauaẗ. ſic āt
ſpūs demonis vel hoīs igni cor
poreo nō vnitur. Alio mō vniẗ
ſpūs corpori. ſicut mouēs mo
bili. vel ſicut locatū loco: ⁊ eo mō
quo incorporalia ſūt in loco: ⁊
ſꝫ hoc ſpūs incorporei creati lo
co diffiniūtur. ita ī vno loco eē
ſtēt eē. q̄ nō in alio. Quāuis āt
res corporea ex ſua natura ha
beat. q̄ ſpiritum incorporalem
loco diffiniat. ñ tñ hꝫ ex ſua na
tura. q̄ ſpūm incorporeuꝫ loco
diffinitū detineat. vt ita alligeẗ
illi loco: q̄ ad alia diuertere nō
pōt cū ſpūs nō ita ſit in loco na
turaliter: q̄ loco ſubdaẗ. ſꝫ hoc
ſupaddiẗ igni corporeo: inquātū
eſt īſtrumētū diuine iuſticie vī
dicātis: q̄ ſic detineat ſpūꝫ: ⁊ ita
efficiẗ ei penalis: retardās eum
ab executione ꝓprie volūtatis
ne. ſ. poſſit operari: vbi voluerit. ⁊
ſm̄ quod voluerit. Et hunc mo
dum ponit Grego. in. 4. dialo
gorum. exponens eniꝫ quō aīa
incendium experiendo patiatur
ſic dicit. Dum veritas peccato

rem diuitem dānatū in igne ꝓ hibet. quis nā ſapiens reprobo rū aias teneri ignibus negeuerit. Et auguſt. ē. xxi. de ciuitate dei ꝙ ſicut aīa in hoīs ꝯditiōe iungitur corpori. ⁊ dat ei vitam ꝗuis illud ſit ſpūale. ⁊ hoc corporale ⁊ illa coniunctiōe ꝯcipit amorē ad corpus: ſic ligat̄ igni vt accipiēs ab eo penā. ⁊ ex illa ꝯiūctiōe vehemēter ꝯcipit horrorē: ac ꝑꝑ hoc ⁊ dolorē. Dicamꝰ ergo ſequēdo predictos modos ſanctorum: ꝙ ignis hʒ ſuaʒ naturā hʒ ꝙ ſpūs icorporeus ei ꝯiūgi poſſit. vt loco locatū: ſʒ in quātū eſt inſtrm̄ diuine iuſtitie: hʒ vt ipſum quodāmō retineat alligatum. Et in hoc veraciter ignis ille eſt ſpūi noxiꝰ. ⁊ ſic anima ignē ibi vt noxiū videns ab igne cruciat̄. Vn̄ Greg. i. iiii. dialogorū oīa iſta ꝑ ordinē tangit. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad primā reſpondetur: ꝙ licʒ aīa ſit ſimpliciter nobilior igne. ignis tn̄ ē ſm̄ quid aia nobilior inquātū eſt inſtrm̄ diuine iuſtitie. ¶ Ad ſecundam rūdetur negādo ꝯñam. Et ad ꝓbationeʒ rūdet̄. ꝙ phūs. ⁊ Boetiꝰ loquūt̄ de illa actiōe. ꝑ quā patiēs trāſmutat̄ in naturā agētis. Talis aūt actio nō eſt ignis in anima Et propter hoc ratio non procedit. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando ꝯñam. Et rō eſt. quia aſſumptū eſt verū de eo qđ patitur ab agēte ꝑ modū influētie Ignis aūt in aiaʒ nō agit ꝑ modum influentis. ſed ꝑ modū detinētis, vt ex dictis pʒ. Et ideo rō eſt ad propoſitū. ¶ Ad quartam rūdetur, negando ꝯñam. Et rō eſt ꝙ licet nō ſit aliqs cōtactus corporalis inter animaʒ ⁊ corpus. eſt tamen inter eos aliquis contactus ſpiritualis. Sicut enim motor celi cū ſit ſpūalis. ſpūali contactu contingit celum. ipſum mouēs per modicū quo dr̄ contriſtans tangere: ſicut dicitur in primo de celo: et hic modus ſufficit ad actioneʒ. ¶ Ad quintam rūdetur ꝙ ſpūs dānati nūꝗʒ eſt extra infernum niſi ex diſpenſatione diuina: vel ad inſtructionem. vel ad exercitium electorum. Vbicūqʒ autē extra infernū ſint. ſemper tn̄ vident ignē inferni. vt eis in penā ꝓparatū: Vn̄ cū iſta viſio ſit imediate affligens. vbicūqʒ ſunt ab igne iferni affligūt̄. ſicut ⁊ captiui extra carcerē ēntes. a carcere quodāmō affligunt̄. dū vident ſe ad carcerē dānatos. vn̄ ſicut gloria electoꝝ in nullo minuitur: nec ꝗtum ad premiūm eſſentiale: nec ꝗtum ad accidētale. Si aliqñ extra celum empireū ſint qui quodāmō in eo-

gloriam cedit. ita etiam i nullo minuitur pena dānatorū. ſi ex tra infernum ex diſpenſatiōe di uina ad tempus ponantur. Et hoc eſt: qđ dicit gloſa ſuper illđ Jacobi. iii. Jnflāmat rotā ꝛc. Diabolus vbicūq3 ſit ſiue ſub aere ſiue ſub terra ſecū ſert tor mēta ſuarum flāmarū. Obie ctio autem procedit ac ſi ignis corporeus affligeret ſpūs imme diate, ſicut affligit corpora.

D ſecundā. q. ſic ꝓ ceditur. Et videt q damnati nō videant gloriam beatorum. ¶ Primo ſic. Magis diſtat ab eis gloria beatorum: quam ea que in hoc mundo aguntur. Sed ipſi non vident ea que cir ca nos aguntur. vt dicit Gre gorius. in moralibus. xii. libro. Ergo multo minus poſſunt vi dere gloriam beatorum. ¶ Se cundo ſic. Jd quod conceditur in preſenti vita pro magno mu nere: nunq̄3 conceditur damna tis. ſed Paulo pro magno mu nere. eſt conceſſum vt videret vitam illam. qua beati eterna liter in deo viuunt. vt dicit. ii. Corin. ii. in glo. Ergo damna ti [illegible] gloriam non vi [illegible]t. ¶ Tertio ſic. conſideratio pene immittit terrorē: ſicut cō ſideratio glorie generant gau dium. Sed in malis nullū erit gaudium non videbunt gloriā ſanctorum. ¶ Jn oppoſitū eſt euangelium preſens vbi dicitur quod diues in tormentis poſi tus. vidit Abraam: ꝛ Lazarum in ſinu eius. ¶ Reſpondeo di cendum. quod damnati ante di em iudicii videbūt beatos ī glo ria. non hoc modo q gloria eo rum qualis ſit cognoſcant. ſed ſolum modo cognoſcent. eos eſſe in gloria inextimabili: ꝛ ex hoc turbabuntur. tum propter inuidiam dolentes de felicita te beatorum tū ꝓpter hoc q ipſi talem gloriam amiſerunt. Sapientie. v. dr̄ de impiis. vi dentes turbabūtur timore teri bili. Sꝫ poſt diē iudicii omni no viſione beatorum priuabun tur nec tamen ex hoc eorū pe na minuetur. ſed augebitur. q memoriā habebūt glorie bea torum, quam in iudicio vide runt. vel etiam ante iudicium. Et hoc erit eis in tormentum. ſed vlterius affligentur ex hoc quod videbunt ſe indignos re putari etiam videre gloriā quā ſancti merentur videre. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiā. Et rō eſt: q2 nō ē ſimile de vno ꝛ de alio. Q2 ea

que in hac vita arguũtur: nõ ita affligerẽt dãnatos in inferno. ſi viderẽt: ſicut gloria iſpecta beatorum. Unde nõ ita oñduntur damnatis ea: que hic aguntur ſicut iuſtorũ gloria: quãuis etiã eorũ que hic aguntur: oñduntur eis quandoqȝ ea que in eis triſtitiaȝ agere poſſunt. ¶ Ad ſecundam rñdetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. q2 nõ ſimile. Paulus inſpexit vitam: ſ lant qua ſancti cũ deo viuunt: eaȝ experiẽdo: ⁊ in futurũ perfectius ſperãdo: qđ nõ eſt de dãnatis. Et iõ nõ ẽ ſimile. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo cõſequẽtiam. Et rõ eſt: q2 vt dicit dñs Bonauẽtura ſuper illud. Letabitur iuſtus cũ viderit vindictã ⁊c. Cõſideratio beatorũ non ſiſtit in pena. q2 afflictiua. ſed fertur vlterius: q2 iuſta ⁊ optime ⁊ digne iflicta. Et talis cõſideratio amãti iuſtitiã: gñrat gaudiuȝ. Silr nec cõſideratio malorũ ſiſtit in bono glorie: q2 bonuȝ: ſȝ quia perditũ. Et hec cõſideratio gñrat dolorẽ: ⁊ ita dãnati affliguntur ⁊ dolent videntes gloriam beatorum.

D tertiã. q. ſic ꝓcedit. Et videtur: ꝙ damnati nõ vellẽt omnes alios eẽ dãnatos. Primo ſic. ex euãgelio preſenti: vbi diues damnatus rogabat pro fratribus: ne venirent in locũ tormẽtoꝝ. Ergo cũ dãnati hñant multos cõſanguineos: mallent eos eẽ beatos: qȝ cõdẽnatos. ¶ Scđo ſic. Affectiones inordinate in iferno a damnatis non auferunt. Sed aliqui dãnati inordinate dilexerunt ſuos nõ damnatos. Ergo nõ vellẽt eorũ malũ: qđ eſt eſſe eos dãnatos. ¶ Tertio ſic. Dãnati nõ deſiderant augmentum: ſue pene. Sed ſi plures damnarẽtur: maior eẽt dãnatorũ pena: ſicut ẽt multiplicatio bto2ũ amplificat eorũ gaudiuȝ. Ergo damnati nollẽt oẽs alios dãnari. ¶ In oppo. ẽ illđ qđ dicit Iſa. 14. ſuper illud ſurrexerũt de ſolijs. dicit glo. Solatiũ eſt maloꝝ habere ſocios penarũ. ¶ Rñdeo dicẽdum: ꝙ damnati vellẽt oẽs bonos eſſe dãnatos. Iſta cõcluſio patȝ: tũ q2 in damnatis maxime viget inuidia. Ergo dolẽt de felicitate bonoruȝ: ⁊ eorũ damnationẽ appetunt. ¶ Secundo ſic. Sic in beatis in pñia eſt pfectiſſima charitas: ita in dãnatis erit pfectiſſimũ odium. Unde ſicut ſãcti gaudebũt de oĩbus bonis: ita ẽt mali de oĩb9 bonis dolebũt. Unde felicitas ſctõrum [illegible] rata: eos maxime affligit. L. dr Iſa. 26. Videant ⁊ confun/

dantur gloriātes populi ꝛ ignis hoſtes tuos deuoret. Unde pꝫ ꝙ vellent oēs bonos eſſe dāmnatos. ¶ Ad rōnes in oppoſi. ¶ Ad primam rñdetur negan-do ꝯñam: Et ad auctoritatem inductā dicēdum eſt: ꝙ non dixit hec diues ex charitate: cum nullaꝫ hēret ſed ex timore ſeruili: ne ex eorū ꝯſortio eius pena augeret. Et tñ notāduꝫ. ꝙ licet tanta ſit inuidia in dānatis ꝙ ēt ꝓpinquorū glorie inuideāt cū ipſi ſunt in ſūma miſeria: tamē minus inuident ꝓpinqs: ꝗꝫ aliis qr maior eēt pena ſi oēs propinqui dānarent: ꝛ alii ſaluarent: ꝗꝫ ſi aliqui de ſuis propinquis ſaluarentur. Et ex inde fuit. ꝙ diues ille dānat⁹ petiit fratres ſuos a dānatōe eripi. Sciebat enim: ꝙ aliq aliorꝫ eriperent. Maluiſſꝫ tū frēs ſuos cū oib⁹ aliis dānari. ¶ Ad ſecundā rñdetur negādo ꝯñaꝫ. Pro quo nota. ꝙ dilectio que nō fundat ſuper honeſtum: facile reſcinditur: ꝛ ꝑcipue in malis hoibus: vt dr̄. 9. Ethi. Unde dānati nō ſeruabūt amicitiā ad eos quos inordinate dilexerūt: ſed in hoc voluntas eorum remanebit ꝑuerſa ꝙ cāꝫ inordinate dilectionis ... uc diligēt. ¶ Ad tertiaꝫ ...pondetur negando conſequētiam. Et ratio eſt: quia licet ex damnatorum multitudine pena ſingalorum augeatur: tamē tantuꝫ ſuper excreſcit odium ꝛ inuidia. ꝙ magis eligēt torquerī cum multis: ꝗꝫ minus ſoli.

¶ In dñica ſcđa eſt euāngeliū. Homo quidam fecit cenā magnam ꝛc. Luc. 9. Circa ꝙ poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo: vtrum cena beatitudinis ſanctis preparata: conſiſtit in bonis corporis.

¶ Scđo: vtꝝ occupatio ꝛ ſollicitudo reꝝ tꝑaliū hoiem excludat a cena eterne beatitudinis.

¶ Tertio: vtruꝫ hoies pctōres ſint cōpellendi bonū facere.

Ad primā .q. ſic ꝓcedit. Et vr̄ ꝙ cena beatitudinis ſctis ꝑparata cōſiſtat in bonis corporis. ¶ Primo ſic. Qđ a plib⁹ dicitur: impoſſibile eſt eſſe falſum totaliter: vt Commentator dicit. 3. de aīa ꝛ Phus. 7. Ethi. ꝙ opio non ꝑditur quaꝫ populi multi famāt. Sed maior hominū multitudo clinat ad querēdū delectationes corpales: ꝛ corporalia bona quaſi finē. Ergo finis humane vite in corpalibus bonis ꝯſiſtit. Finē humane vite dicim⁹ btitudinem. Ergo btitudo in bonis corpis qrenda eſt. ¶ Scđo ſic. Quāto aliqđ bonuꝫ eſt cōius: tanto ē diuinius. vt pꝫ. 1. Ethi.

Sed bonũ corporale cõius eſt ꝙ ſpũale. q2 corpale ẽt ad bruta aialia ſe extendit:nõ aũt ſpũalia. Ergo corpale bonuʒ ſpũali preeminet. Ergo talia bona ſenſibilia veniẽt in beatitudine offerenda btis. ¶ Tertio ſic. Hõ ex anima ⁊ corpore cõſtituitur. Ergo bonum hoĩs debet eſſe cõe anime ⁊ corpori. Sʒ bonũ ſpũale nõ põt eſſe cõe corpori bonũ aũt corporale põt eẽ cõe aie:inq̃ʒtũ aĩa de corporalibꝰ delectatur. Ergo cena beatitudis magis conſiſtit in bonis corporalibus ꝙ ſpũalibus. ¶ Quarto. Quuʒ beatitudo teſte Boetio ſit ſtatus omnium bonorũ aggregatione perfectus in cena btitudinis nullum oblectamentũ ibi deficiet. Ergo in ea delectationes ſenſibus:⁊ bõa ſenſibilia erũt: alias nõ vr̃ pfecta ⁊ plena btitudo. ¶ In oppoſi. arguitur ſic. Btitudo ẽ ſũmũ bonuʒ hominis. Ergo in pcipuis bonis hoĩs eſt q̃renda:⁊ ponẽda. Sed bona aie ſunt nobiliora:quã bona corporis. ſicͭ ⁊ aĩa corpore nobilior eſt. Ergo cena beatitudis eterne pparata ſcis in bonis ſpiritualibus conſiſtit. ¶ Reſpondes dõm. Ergo fuit ſtulti ſZMachometi: qui poſuit felicitatem: ⁊ beatitudinem ſnuram in corporalibus delectationibus. ⁊ potuum:⁊ venereorum qui error non ſolũ apud xpiane religiõis cultores: ſʒ ẽt apd̃ gẽtiles pħos: q btitudineʒ nouerũt in operibus itellectiue ptis cõſiſtere:iudicatur beſtialis:vitã hmõi voluptuoſaʒ non hoĩum ſed pecuduʒ eſſe aſſerentes:vt pʒ.i.. Ethi. Vñ vt hunc errorẽ oſtendamus reprobũ:⁊ ſtultũʒ. Arguitur. ſic.i. pñti euãgelio. Dr̃.ii.q2 cena erit magna .i.de magnis ⁊ pcioſis rebus ⁊ excellentiſſimis. Unde de ea dicitur illud Iſa.14. Oculus non vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:que ꝑparauit deus diligentibus ſe. Sed bona anime.⁊ bona ſpũalia ſunt maiora bona ꝙ ſenſibilia bona. Sic ergo cena future beatitudinis ꝯſiſtit in guſtu bonorum ſpiritualium: ⁊ nõ ſenſibiliũ. Vñ cena illa dr̃ magna q2 ieſtimabilis. Geñ.15. Ego merces tua magna. nimis eſt interminabilis. Baruch.4. O iſrael quam magna eſt domus dñi:⁊ ingens locus poſſeſſionis eius.iõ exterminari non põt:q2 taʒ cibus ꝙ ille q miniſtrat deus eſt:⁊ ſũmuʒ bonuʒ.ꝑs. Inebriabuntur ab vbertate domus tue:⁊ torrẽte voluptati[illegible] potabis eos. ¶ Secundo arguitur ſic. Quom beatitudo ſit na

turaliter ab oībus ho[..]inibus deſiderata: nominat vltimum hūane vite finem. Finis autē cuiuſlꝫ rei vel eſt opatio ꝓpria vel per opationē ꝓpriā ad finē venit. Quom aūt forma ꝓpria ſit in q̄libꝫ re opatiōis ꝓprie ꝑn cipiuꝫ. Forma aūt ꝓpa hoīs in q̄tum eſt homo ſit rōnalis aīa: opꝫ ꝙ vel in ipſis actibus rōna lis aie comparetur. Hec autē bona aīe dīr. Vnde neceſſe eſt btītudinē ponere in bonis aie: et ſm phos. Quod aūt aliqui vt Epicurei. ⁊ Machometus in bonis corporis beatitudinē po ſuerunt: ex hoc prouenit: ꝙ ſeip ſos quid eſſent ignorabāt. Nō eniꝫ cognoſcebāt ſe: ſm illd qd in eis eſt melius: ꝙ eorū eē for maliter cōplet: ſꝫ illd qd de eis exterius appet: ⁊ ſm hoc btitu dinem ſuā in bonis exteriorib⁹ poſueret. Multis aliis rōnibus reprobauim⁹ hūc errorē in tra ctatū noſtro cōtra Machome tuꝫ: nūc breuiter iſta ſufficiunt. ¶Ad rōnes in oppo. ¶Ad pri mam reſpondetur negādo con ſequētiaꝫ. Et rō ē: qꝛ multoruꝫ opionē nō ē nec̄e eſſe verā ſim pliciter: ſꝫ ſm ptē. Multitudo aūt hoīuꝫ in bonis corpis btitu dinē ponētiuꝫ: q̄tū ad hoc ve[..] opīonēꝫ hꝫ: ꝙ illud qd opti muꝫ ſibi eſtimant hoc ſuā bea titudinē eē putāt. Et q̄tum ad hoc eoꝝ opinio vera eſt. ſ. ꝙ opti muꝫ hoīs ē beatitudo. Nō aūt opꝫ: ꝙ ſit vera. q̄tuꝫ ad hoc. ꝙ ponant eam in bonuꝫ corporis qꝛ hec opinio procedit ex falſa radice: qꝛ. ſ. exiſtimāt ſe eſſe ꝑn cipaliter id quod ſunt ſꝫ corpo ra ¶Ad ſcdaꝫ rūdetur negan do ꝯñnt. Et rō eſt: qꝛ dupliciter aliquid dr̄ eē cōe. Vno mō ꝑ predicationē. Hmōi aūt cōe nō ē aliquid idē nūero in diuer ſis reptū: ⁊ hoc mō hꝫ bonū cō poris cōitatē. Alio mō ē aliqd cōe ꝑ participationem vnius, ⁊ eiuſdeꝫ rei: ſꝫ numerū. Et hoc mō bonuꝫ cōius eſt diuinius. Et hec cōitas maxime pōtſin bis. que ad animam pertinent inueniri: quia per ipſum attin gitur ad id quod eſt commune bonum omnibus rebus. ſ. deū. Et ideo procedit. ¶Ad tertiaꝫ reſpondetur negando conſequē tiaꝫ. Et ratio eſt: quia licet ho mo ex anima ⁊ corpore ꝯſiſtat: tn̄ eſſe ex anima: ⁊ non ex cor pore habet. Vnde etiam beati tudo hominis pricipaliter ⁊ ori ginaliter in bonis anime conſi ſtit. Sicut enim corpus eſt pro pter animam: ſicut propter fi nem: ⁊ materia ꝓpter formā: vt pꝫ. 2. De anima: ita ⁊ bona cor poris ordinanſ in aie bōa: vt in

finem. Vñ in bonis corporis beatitudo ꝑncipaliter conſiſte re nõ põt. ¶ Ad quartã reſpondetur negando cõſequētiã. Et rõ eſt: qꝛ cum vera beatitudo hominis que ſperaṫ in alia vita conueniat hoīs ſm illud: qḋ nobiliſſimum eſt in eo: ꝙ eſt intellectus: ꝛ reſpectu nobiliſſimi obiecti: quod eſt ipſe deus delectationes q̄ ad beatitudinē ꝑtinēt nõ ſenſibiles: q̄ cões ſunt porcis ꝛ aſinis: aliiſqꝫ aīalib⁹ brutis: dicēde ſūt: ſed ſpūales: in quibus cõicam⁹ cū angelis. Vñ delectatiões ſenſibiles q̄s ponit Machomet⁹ nõ ꝑtinēt ad beatitudinē hoīs. imo nec beatitudo vera ſuſtinet huiuſmodi delicias. Sꝫ abſtrahit ab eis. vñ argumētum eius nullū eſt.

Q. ſcḋaꝫ. q. qua querit ĕ vtrū occupatio: ꝛ ſolicitudo rer tꝑaliū hoīem excludat à cena eterne beatitudinis. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic. Solicitudo rer tꝑaliū ē licita. Ergo ꝛc̄. Cõſequētia ē bona. Añs ꝓbatur ſic ad ꝑſidē tē eni ꝑtinet ſolicitū eſſe de iis: qbus ꝑeſt ſm illud. Ro. 12. qui ꝑeſt: i ſolicitudine. Sꝫ hõ preeſt ex diuina ordinatiõe rebus temporalibus. ſm illud Pſal. oīa ſubieciſti ſub pedibus ei⁹ oues ꝛ boues ꝛc̄. Ergo homo cū debeat hab[illegible]e ſolicitudinē de rebus tꝑalibus: nõ dꝫ ꝓinde ꝑuari eterna beatitudine. ¶ Scḋo ſic. Nullus ꝑuaṫ eterna beatitudine faciēdo ea. qbus ſua ſuſtenteṫ maxime dicēte dño: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Geñ. i. ꝛ ꝓuerbio. 6. Vade ad formicam o piger. ꝛ cõſidera vias eius ꝛ diſce ab ea. q̄ cum non habeat ducem: nec ꝓtectorem. parat in eſtate cibum ſibi: ꝛ congregat in meſſe. quod commedat in hie me. Sed homo neceſſe hꝫ eſſe ſolicitū circa tꝑalia vt ſubſtētet vitã ſuã. ſꝫ Apoſtolum ad. theſa. 4. Qui nõ vult operari non manducet Ergo. ꝛc. ¶ Tertio. Solicitudo tꝑaliū qñqꝫ ꝑtinet ad opa miſericordie. puta cū ſolicitudinē hꝫ ad ꝓcurandū negocia pupilloꝝ: ꝛ pauperum. Vnde ad Hebre. 6. dicit Apoſtolus. Cupimus vnūquēqꝫ veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinē. Ergo ſolicitudo ꝛ occupatio temporalium nõ excludit quemq̄ a beatitudine. ¶ In oppoſitū eſt euãgelium preſens. vbi dicitur de illis. qui propter occupationes terrenorum ſe excuſabant. ꝙ nemo illarum viroꝝ q vocati ſunt guſtabunt cenam meã. ¶ Reſpondeo. dicēdū. duppliciter aliqs: põt occupari

circa terrena. Uno modo nō tanq̄ circa finem vltimum . ꝛ principaliū bona.ſed ſicut circa organa ꝛ inſtrumenta puenien di ad cōſequendum:ꝛ ꝑguſtandum bona ſpūalia. Et tunc eſt concluſio.ꝙ cum talis ſolicitudo.ꝛ occupatio ſit licita.maxime cum homo nō apponit tm̄ ſtudiū ad tpalia ꝓcuranda.q̄ꝛ ꝓpter hoc hō a ſpūalibus. qbus ꝑncipaliter inſeruire debet retrahat:nō excludit hoīem a beatitudine.patet concluſio.q̄ꝛ talis licita eſt:ꝛ ſine peccato. Secundo. Aliquis occupatur circa temporalia:tanq̄ circa finē ꝛ tanq̄ precipua bona ꝛ. de tali ſolicitudine ꝛ occupatione eſt talis concluſio.ꝙ eſt illicita . ꝛ non excuſat a peccato.ꝛ excludit a regno ſiue beatitudie dei patet concluſio . quia nihil eſt diligendum tanq̄ finis trinitas perſonarum. Et ideo ſaluator noſter in preſenti euangelio excuſantes ſe de emptione ville ꝛ probatione boum. ꝛ de traductione vxoris.noluit excuſatos habere.ſ.dicens.dico vobis.ꝙ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſunt.guſtabit cenā meā. Per illū q villā emit itelligunt vt dicit Aug. occupati circa honores ꝛ diuitias vt ſupbi.qui volunt aliis dn̄ari. Per iuga boum intelligunt nimiū occupati circa terrena:ꝛ ꝑ cupiditatē finē ſuū ibi ꝯſtituētes vt auari. Per eū q vxorē duxit: itelligū tur carnales.ꝛ laſciui occupati circa luxuriā ꝛ voluptates.ad iſta tria vicia reducunt oīa excludētia a btitudie celeſti:ſcḋm qḋ dicit Jo.i.cāonic.3.c. Oē qḋ ē in mūdo.aut eſt cōcupiſcētia carnis.aut cōcupiſcētia oculoꝝ aut ſupbia vite. ¶ Ad rōes i oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄det. ꝙ rō ꝓcedit de ſolicitudine licita:Tpalia enim bona ſubiecta ſunt homini.vt eis vtatur ad neceſſitatem.non vt in eis finē conſtituat.ꝛ ſupflue circa ea ſolicitetur. Et talis nō excludit a beatitudine.celeſti. ¶ Ad ſecundam rn̄detur eodē modo.q̄ꝛ ſolicitudo eius qui corporali labore panem acquirit.nō eſt ſuperflua ſed moderata. Et iō Hieronymus dicit Labore exercēdus eſt.ſolicitudo tollēda.ſ.animū inquietās.ꝛ talis etiā non excludit. ¶ Ad tertia rn̄det: ꝙ etiā ſollicitudo temporaliū in operibus miſericordie cum ordinetur ad fines caritatis.licita eſt.niſi ſit ſupflua:ꝛ ideo etiā talis nō excludit a regno.

D tertiā.q.ſic ꝓcedit.
a Et videt:ꝙ iudei nō ſint cōpellendi ad fidē.

¶ Primo ſic dr. Mat. 13. ꝙ ſerui patris familias dixerunt ei. in cuius agro erant zizania ſeminata: vis imus ⁊ colligimus ea: ⁊ ipſe reſpondet: minime: ne forte colligentes zizania: eradicetis cum eis ſimul ⁊ triticũ vbi dicit Criſo. Hoc dixit dominus prohibens occiſiones fieri. ¶ Quoniam ergo ſine occiſionis periculo infideles non poſſunt compelli: videtur: ꝙ nõ ſint compellendi. ¶ Secundo In decretis di. 45. dicitur ſic de iudeis. Precipit ſancta ſinodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Ergo pari ratione nec alii infideles ſunt Ad fidem cogendi. ¶ Tertio ſic. Dicit Aug. ꝙ cetera poteſt homo nollens: credere vero niſi volens. Sed voluntas cogi non poteſt Ergo infideles non ſunt cogendi ad fidem. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. vbi dicitur. Exi in vias: ⁊ ſepes compelle intrare: vt impleatur domus mea. Sed homines intrant in domum dei i. eccleſiam per fidem. Ergo aliqui ſunt compellendi ad fidem ¶ Reſpondeo dicendũ: ꝙ infideliũ quidã ſunt qui nunq̃ receperunt fidem: ſicut gentiles ⁊ iudei Et de talibus cõcluſio eſt: ꝙ nullo modo compellendi ſũt ad fidẽ. vt ipſi credant. Rõ eſt q2 credere volũtatis eſt. Secũda cõcluſio. Infideles predicti licꝫ nõ ſint cõpellẽdi vt credãt tamẽ ſunt cõpellendi a fidelib9 ſi facultas aſſit: vt fidem non ipediãt. vel blaſſemijs vel malis perſuaſionibus. vel etiam apertis perſecutionibus. Et ide eſt ꝙ propter hoc fideles chriſti cõtra infideles belluꝫ mouent. nõ quidẽ vt eos ad credendũ cogãt: q2 etiam ſi eos viciſſent ⁊ captiuos haberent: in eorum libertate relinquerẽtur: an credere vellent: ſed propter hoc vt eos cõpellant ne fidem chriſti ipediãt Alii enim ſunt infideles: qui q̃nqꝫ fidem ſuſceperunt. ⁊ eam ꝓfitentur: ſicut heretici. vel quicũqꝫ apoſtate. Et de talibus eſt tertia concluſio: ꝙ tales etiam corporaliter ſunt compellendi: vt impleant qđ ꝓmiſerũt: ⁊ teneant: quod ſemel ſuſceperunt ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã rñdetur negãdo ɔ̃ñam. Ad auctoritatem reſpondet: ꝙ ita itelligit: vt dicit Aug. ɔ̃tra epiſtolã Permiani: ꝙ qñ metus iſte nõ ſubeſt: ⁊ qñ ita cuiuſcũqꝫ crimẽ notũ ẽ: ⁊ oĩbus execrabile apparet. Et vt vel nullos prorſus. vel nõ tales habẽt defenſores: per quos poſſit [illegible] ɔ̃tingere. nõ dormiat ſeueritas.

diſciplinę. ❡Ad ſcdā rñdetur
ↄcedendo ſi nullo modo fidem
receperūt. ❡Ad tertiam rñde
tur negãdo ↄñam: Et rō eſt: qꝛ
ſicut vouere ē volūtatis: ⁊ red-
dere neceſſitatis: ita accipere fi
dē eſt voluntatis: ſed tenere iaꝫ
acceptā ē neceſſitatis. Et ideo
heretici ſūt compellēdi: vt fidē
tenēdi. Si obiicitur ꝙ Paulꝰ
fuit cōpulſus ad credendū: cum
eſſet iudeus. dicit. n. Aug. ad
Bonifacium comitem. vbi eſt
ꝙ ipſi clamare cōſueuerunt: li-
berū eſt credere vel nō credere
Cui chriſtus vim intulit. i. co-
gnoſcant in paulo prius cogen
tē xp̄m: ⁊ poſtea docentē: rñdet
ꝙ xp̄s nō cogit paulū credere
ita vt inuitus crederet: ſed coe-
git eū ⁊ cōpulit ne fidē xp̄i. ⁊ ec
cleſiam pſequeretur: ſicut facie
bat. Vnde ipſe viſo miraculo.
voluntarie ſe obtulit ad facien-
dū qcquid ei xp̄s pciperet: Vn
de ait Dñe quid me vis facere
voluntarie ſe offerens ad oēm
obedientiā. Et dñs ad euꝫ. In
gredere in ciuitatē: ⁊ tibi dice-
tur qd te oporteat facere. ⁊ ibi
doctus fuit a xp̄o p ſpūm ſan-
ctū: de oībus ad fidē pertinēti-
bus p predicationē ipſius.

❡In dominica tertia legitur
Euangelium. Erant appropin-
quātes ad ieſum publicani ⁊c.
Luce. xi. Circa quod poſſūt di-
ſputari ſe. q.

❡Primo. vtrum angeli. gau-
dent de peccatoribus peniten-
tiam agentibus.

❡Secundo vtruꝫ angelus. plꝰ
gaudeat de vno peccatore agē
te penitentiam. q̄ꝫ de nonagin-
ta nouem iuſtis. qui non egent
penitentia.

a D primam. q. ſic proce
ditur. Et videtur ꝙ an
geli beati gaudeant de
peccatoribus agentibus peni-
tentiam. Sicut gaudiū contra
riatur triſtitie. ita penitētie con
trariatur peccatum. Sed ange
li non triſtantur. aut dolent de
malis eorum. quos cuſtodiunt
qꝛ Apoc. 2. dicitur. ꝙ in celeſti
hieruſalem nec luctus nec do-
lor eſt. Ergo. nec ipſi gaudent
de aliquo ꝙ agat penitentiam.
❡In oppoſitum eſt euangeliū
preſens. ❡Reſpondeo dicen-
dum ꝙ angeli gaudent ſup cō-
uerſiōe peccatoꝝ agētiū pniaꝫ
⁊ hoc triplici rōne. Primo: qꝛ
ſue cuſtodie vident tam glioſuꝫ
fructuꝫ. Cuilibet. n. homini ad
cuſtodiam angelus ab ortu na
tiuitatis deputatus eſt. vt ait
Hiero. Sicut ergo medicus
gaudet. quando videt circa in-
firmū. ſue curatiōis fructū. ſic
angelus multum gaudet cū vi

det circa hominē : ſuē cuſtodie fructum. Et Ber. ſuper cant. Gaudent angeli in conuerſiōe ⁊ pnīa pctōꝝ : ſalutē hoīum ſitientes lachrymas penitētiū vinū eoꝝ. Secundo gaudēt: qꝛ ex pctōribus ꝯuerſis vidēt adi-plere numerū eoꝝ. Nā eorum ruina reparaſ de hoibus. Tertio gaudēt: qꝛ vidēt in laudando deū: tale ſe habere cōſortiū. Primo eniꝫ ſola natura angelica laudabat deū: ſed nature illi addita eſt natura hūana. Vñ nūc veraciter dici pōt illd. Job 3. Quoꝫ me laudarēt aſtra matutina. i. angeli ⁊ iubilarent oēs filii dei hoc expectat ad laudeꝫ hoīum. Dñs Bonauētura ſup Lucā dic angelos gaudere de pñia peccatoris: ꝓpter ſeptem. Primo: qꝛ deſtruiſ culpa. Secūdo: qꝛ recuperaſ iuſtitia. Tertio: qꝛ ꝯfutatur demonū ſuperbia. Quarto. qꝛ efficax efficitur angeloꝝ cuſtodia. Quinto: qꝛ reparatur eccłia. Sexto: qꝛ placatur ira diuina. Septimo: qꝛ reſtauratur hieruſaleꝫ ſuperna. ¶ Ad rationem in oppoſitum reſpondetur negando cōſequētiam. Et ratio eſt: qꝛ non eſt ſimile de gaudio ⁊ triſtitia. Beatitudo. n. qua fruunſ angeli admittit gaudium : ſed non triſtitiam. Unde angelus beatus ē ſuſceptibilis gaudii. ſꝫ nō triſtitie. Ubi. n. eſt triſtitia ⁊ dolor nō ē pfecta beatitudo. Vñ dr Apo. 21. Mors vltra non erit. neqꝫ luctus: nec clamor: ſꝫ nec vllus dolor. ſed angeli ſunt perfecti beati. Ergo de nullo dolēt Et ideo gaudere pōt angelꝰ de ſalute hoīum. quāuis triſtetur de damnatione.

Ad ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur q̄ angelus non gaudeat plus ſuper vno peccatore penitentiam agente: q̄ ſuper. 99. iuſtis ⁊c. ¶ Primo ſic. Quod eſt melius: eſt magis diligēdū. ⁊ ꝑ ꝯñs amplius gaudendū: q̄ minus bonū. Sꝫ maius bonū eſt. 99. iuſti : q̄ vnus penitēs. Ergo angeli beati gaudēt de. 99. iuſtis: q̄ de vno peccatore pēitēte ¶ Scdo ſic. Qd eſt diuturnius: eſt magis diligendum ⁊ eligendum. Sed bonum innocentis: eſt diuturniꝰ Ergo magis diligitur ab angelis. ¶ Tertio ſic. Reſurgens nunq̄ redit ad tantam dignitatem: quāuis redire poſſit ad tantam caritatem. Ergo plus eſt diligendus innocens q̄ penitens. ¶ In oppoſituꝫ .. euāgelium preſens. ¶ Reſpondeo dicendum. q̄ iſta litte-

ra pōt intelligi dupliciter: vno mō. reſpectu redēptiōis humane nature, et tūc deus vel angeli dicuntur gaudere plus de vno pcōre. i. agente pniam. i. de redēptiōe humāi generis: q̄z de. xcix. iuſtis: qr in ea ē maior materia gaudii: in oibus aliis operibus non qr melior ſit pcō: penitēs: q̄z. xcix. iuſti. Vñ in redēptione hūani genris plus operatus eſt deus: q̄z in conuerſatiōe toti⁹ multitudinis celeſtis qr hoc eſt manifeſtatiuū maioris potētie: qr eſt maioris prudentie et maioris miſericordie. Maioris potētie: qr maius eſt iuſtificare ipiū: q̄z creare celū et terrā. Maioris prudētie. qa. Job. xx. prudētia eius percuſſit ſuperbū. Maioris clemētie ſiue miſicordie. Unde. Luce. i. p viſcera miſicordie. dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Maior ēt fuit in xp̄o cōſceſſio: maior ēt humani generiſ ſublīatio ſecūdū illō: Pſal. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. Unde hoc intelligit quantum ad cauſam noſtre pnie. ſ. humāi generis redemptionem in qua maior eſt materia gaudii. q̄z in omnib⁹ aliis operibus dei. Secūdo poteſt intelligi de peccatore quolibet penitēte tūc intel- ligit q angelus plus gaudet etc. qr gaudium eſt magis nouū: ſiue qr hꝫ aliā rōnem gaudii in cōuerſione pctōris q̄z nō habꝫ de permanētibus in iuſtitia. vl qr pctōr eſt feruētior frequēter q̄z iuſtus. Vñ hoc nō refert ad oēs pctōres nec ad oēs iuſtos: ſꝫ ad pcōres feruidos p⁹ cōuerſione ē iuſtos tepeſcētes: Vñ Greg. exēplificat: et. Beda i gl. maj⁹ ē gaudiū de pctōre. q̄z de iuſto ſtante: vt dux in bello: eū militē plus diligit: q poſt fugā reuerſus hoſtem fortiter premit q̄z eū qui nunq̄z fugit: nec vnq̄z fortiter egit. Et eodē modo eſt de pctōre: poſt pniam viriliter agente: et de iuſto tepido in ſua iuſtitia permanēte. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primā reſpondet: q nō ideo angeli dicunt plus gaudēt de pctōre penitēte: q̄z de. xcix. iuſtis: qa ipſe melior: q̄z. xcix. iuſti: ſed propter nouitatem rationiſ gaudii quā habent de inuentione ſiue conuerſione peccatoris: quam non habent de aliis ſtantibus. Vnde dicitur maius gaudium etc. q ſicut. maius eſt gaudium de ſanatione infirmi: quam de cōſeruatione ſani. ¶ Ad ſecundū reſpondetur: q dicuntur angeli plus gaudēt de peccatore: quia penitens frequenter magis bu

miſſior ⁊ feruidus ac cautus re-ſurgit. ¶ Ad tertiam rñdedetur ſicut dictum eſt: qꝫ penitẽs plꝰ diligitur: quia frequenter ſur-git magis feruens.

¶ In dñica. 4. ē euãgeliũ. eſto te miſericordes ⁊c. Lu. 6. Cir-ca quod poſſunt diſputari ſc. q. ¶ Pria: vtrũ miſericordia. ad quã hortamur ſit maxia vtutũ ¶ Scda: vtrũ licitũ ſit iudicare de aliis ex ſuppoſitione.

a Ad primã q. ſic proce-ditur. Et videtur qꝫ mi ſericordia ſit maxia vir tutũ. ¶ Primo ſic. Tanto ali-qua virtus eſt melior: qͣ̃to facit hominem deo ſimiliorem: quia ꝑ hoc eſt homo melior: qui deo ē ſimilior. Sed miſericordia ma xime facit hominem deo ſimi-liorem: ſm euangelium preſẽs vbi dicitur eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Ergo miſericordia eſt ma xima virtutum. Secundo ſic. Maxime ad virtutem pertinet diuinus cultus. Sed miſericor dia ꝑfertur diuino cultui. ſm il lud Oſee. 6. Miſericordiã vo-lo ⁊ non ſacrificium. Ergo mi-ſericordia eſt maxima virtutũ. ¶ Tertio ſic ſuꝑ illud. i. ad Thi. 5. Pietas ad omnia vtilis eſt dicit glo. Ambro. Omnis ſum-ma diſcipline chriſtiane ſit mi ſericordia ⁊ pietate eſt. Sed di ſciplina chriſtiane religionis cõ tinet omnem virtutem: ergo ſumma totius virtutis in miſe ricordia conſiſtit. ¶ In oppoſi-tum eſt quod dicit Apo. Colo. 3. cum dixiſſet. Induite vos ſi-cut electi dei viſcera miſericor die. poſtea ſubdit. ſuper omnia caritatem habete. Ergo miſe-ricordia non eſt maxima virtu tum. ¶ Reſpondeo dicendum qꝫ ſimpliciter caritas qua vni-mur deo. eſt potior virtutis in nobis: qͣ̃ miſericordia. Miſe-ricordia autem inter virtutes. que ad proximum pertinet: potior eſt omni alia. Pro quo notandum. qꝫ aliqua virtus po teſt eſſe maxia dupliciter Vno modo ſm ſe. Alio modo ꝑ cõ-parationem ad hñtem. Secun dũ ſe qdẽ miſericordia maxia ē Pertinet enim ad miſericordi am. qꝫ aliis effundant. ⁊ plus ē. qꝫ defectus aliorum ſubleuet ⁊ hoc ē maxime ſuperioris. Vn de ⁊ miſereri ponitur proprium deo. Et in hoc maxime eis om nipotentia manifeſtari ſed quo ad habentem miſericordia nõ eſt maxima niſi ille qui habet ſit maximus qui nullum ſu-pra ſe habeat: ſed omnes ſu-

ꝛ eni ꝗ ſupra ſe hꝫ aliquẽ. mag

eſt. ⁊ melius coniung superiori ꝙ̃ supplere defectū inferioris. Et iō q̃tū ad hoīem: qui hʒ deū ſuperiorē caritas per quam vnitur deo eſt potior ꝙ̃ miīa ꝑ quā defectus proximorū ſupplet. Sʒ inter omnes virtutes q ad ꝓximum ꝑtinent: potiſſima eſt miīa ſicut etiā eſt potioris act⁹. Nā ſupplere defectus alterius inquantū hmōi eſt ſuperioris ⁊ melioris. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primam rūdetur: ꝙ ꝑ caritatē magis aſſimulamur deo ꝙ̃ ꝑ miſericordiam: qm̄ per caritatem aſſimulamur deo: tanꝙ̃ ei per effectū vniti. Et ideo potior eſt quā miſericordia: ꝑ quā aſſimulamur deo: ſm ſimilitudinē operatiōis. ¶ Ad ſecundā rūdetur ꝙ rō bene procedit: ꝙ ꝓferatur exteriori ſacrificio. Et rō eſt: qꝛ deū nō colimus per exteriora ſacrificia ⁊ munera ꝓpter ipſum ſed ꝓpter nos ⁊ ꝓpter proximus. Non enī indiget ſacrificiis noſtris ſʒ vult ea ſibi offerri ꝓpter noſtrā deuotionem ⁊ proximorum vtilitatem. Et ideo miſericordia qua ſubuenitur defectibus aliorum: eſt ſacrificium ei magis acceptū vtpote propinquius: vtilitatem proximorum inducens: ſecundum illō. Hebre. vltimo. Beneficientie ⁊ communiōis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur deus. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiā. Et eſt ratio: qa licet ſumma chriſtiane religionis in miſericordia conſiſtat. quantū ad exteriora opera interior tamen affectio caritatis qua cōiungimur deo: preponderat ⁊ dilectioni ⁊ miſericordie in proximos.

dicit ſuper illud Luce.23. Ne-ſciunt qd faciunt: notandum in quit: q non pro eis orat: q quẽ filiũ dei intellexerũt: crucifigerẽ q̃ confiteri maluerunt. Unde ipſe dominus de eis dicit. Jo. 15. Si non veniſſem: ⁊ locutus eis nõ fuiſſem peccatũ non ha berent. Nunc autem excuſatio nem non habẽt de peccato ſuo Et poſtea ſubdit. Si opera nõ feciſſem in eis: que nemo alius fecit: peccatũ non haberent. Et poſtea ſubdit. Nunc enim vide runt me: ⁊ oderunt me ⁊ patrẽ meũ. ¶ Alia cõcluſio eſt: q mi nores id eſt populares qui mi ſteria ſcripture non nouerant: non plene cognouerunt ipſum ieſum eſſe: nec chriſtum promiſ ſum in lege: nec eſſe filium dei: licz aliqui eorum etiam in eum crediderunt: multitudo tamen non credidit. Et ſi aliqui du bitarent: an ipſe eſſet chriſtus propter ſignorum multitudinẽ: ⁊ efficaciam doctrine: vt habe tur Joannis. 7. tamen poſtea decepti fuerunt a ſuis principi bus: vt eum non crederent: nec filium dei nec xp̄m. ¶ Ad rõ nes in oppo. ¶ Ad primã de p̄ ſenti euangelio reſpondetur: q loquitur chriſtus de actuali co gnitione applicante ad opus. ſe recipiendo predicationẽ chriſti Immo conuerſo negauerunt ⁊ crucifixerunt. ¶ Ad ſecundam reſpondetur eodez modo. Na bituali enim cognitione maio res bene cognouerut ſed actua li ad opus deducti non: inuidia ⁊ odio excecati. ¶ Ad tertiam eodem modo reſpondetur.

a Ad tertiam. q. ſic proce ditur. Et videtur: q nõ ſit conueniens ſimonia ci pena: q expellatur a templo dei: per priuationez eius: quod per ſimoniã acquiſiuit. ¶ Pri mo ſic. Simonia. n. cõmittitur ex eo q aliquius muneris inter uentu ſpũalia acquiruntur. Sed quedam ſũt ſpũalia que ſemel adempta non poſſunt admitti: ſicut omnes caracteres qui per aliquam conſecrationem ipri muntur. Ergo non eſt conueni ens pena: vt quis priuetur eo quod ſimoniace acquiuit. ¶ Se cundo ſic. Contingit aliquãdo q ille qui eſt epatum adeptus per ſimoniam: precipiat ſubdi to: vt ab eo recipiat ordines. ⁊ videtur q debeat ei ob. dire: q̃ diu toleratur. Sed nullus de bet aliquid recipere ab eo: qui non habet poteſtatem conferẽ di. Ergo eps non amittit epa lem dignitatem: ſi eaz ſimonia ce acquiſiuit. ¶ Tertio. Nullus debet puniri pro eo quod non

eſt factum:eo neſciente ⁊ nolen te:q2 pena debetur peccato qđ eſt voluntarium. Contingit au tem aliquando:ꝙ aliquis ſimo niace conſequatur aliquod ſpi rituale:procurantibus aliis ipſo ignorante ⁊ nolente. Ergo non debet puniri per priuationē ei⁹ quod ei collatum eſt. ¶ In op po. arguitur ex preſenti euange lio. vbi xp̄s de templo eieciſſe dicitur vendentes ⁊ ementes:p quos deſignantur ſimoniaci. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ pena illa eſt conueniens ſimoniacuȝ vt expellerentur per priuationē eorum:que per ſimoniam ade pti ſunt. Iſta concluſio pȝ ex. c. Si quis epiſcopus. i. q. i. vbi ſic dicitur:ex conſilio calcedonen ſi. qui ordinatus eſt ſcȝ p ſimo niam:nihil ex ordinatione vel p motione facta proficiat, ſed ſit alienus a dignitate vel ſolitudi ne quam premiis acquiſiuit. Concluſio vero predicta rōne ſic probatur. Nullus licite reti nere poſt:id quod contra volū tatem domini acquiſiuit. puta ſi aliquis diſpenſaret de rebus domini. daret alicui contra vo luntatem. ⁊ ordinationeȝ domi ni ſui. ille qui accipit licite tene re non poſſet. Dominus auteȝ cuius eccleſiarum prelati ſunt diſpenſatores ⁊ miniſtri:ordina uit vt ſpūalia gratis darent: ſȝ illud Math. x. Gratis accepi ſtis:gratis date. Et ideo q mu neris interuentu. ſpūalia que cūqȝ aſſequuntur:ea licite reti nere non poſſunt. Insuper aūt ſimoniaci tam vendentes q̄ȝ e mentes:ſpūalia:aut etiam me diatores aliis penis puniuntur ſ. infamie ⁊ depoſitionis:ſi ſunt clerici. excōmunicatione. ſi ſūt laici. vt habetur. i. q. i. c. Si quiſ epiſcopuſ. ¶ Ad. rationes in op po. ¶ Ad primam reſpondetur ꝙ illi qui ſimoniacum accepit ſacramentum ordinis. quidem recipit caracterem ordinis: p pter efficaciam ſacramenti. nō tamen recepit gratiam:nec or dinis executionem:eo ꝙ quaſi furtiue recepit caracterem:con tra principalis domini volunta tem. Et ideo eſt ipſo iure ſuſpē ſus. ⁊ quo ad ſe. vt ſcȝ de execu tione ſui ordinis ſe nō intromit tat. ⁊ quo ad alios. vt ſcȝ nullaſ ei cōmunicet in ordinis execu tione:ſiue ſit peccatum eius pu blicum:ſiue occultum: nec ta men repetere pecuniam poteſt quam turpiter dedit: licet ali us iniuſte retineat. Si vero ſic ſimoniacus q ꝯtulit ordinē: ſi moniaco. vl qa vēdit vel recepit bñficiū ſimōiace. vl fuit media tor ſimōie:ſi ē publicū:ꝗ ipō iure

ſuſpenſus quo ad ſe. et quo ad alios. Si aũt eſt occultũ. eſt ſuſpenſus ipſo iure quo ad ſe tñ nõ autẽ quo ad alios. ¶ Ad ſecundã reſpondetur: ꝙ nec propter ꝑceptũ epiſcopi. nec ꝑpter excõmunicationem debet aliquis recipere ordinem ab epiſcopo. quem ſcit ſimoniace ꝓmotũ: et ſi ordinetur non recipit ordinis executionem: ¶ Ad tertiũ reſpondetur: ꝙ ſi nec volente: nec ſciente per alios illius ꝓmotio ſimoniace ſit procurata caret quidẽ ordinis executiõe. et tenetur reſignare beneficiũ quod eſt conſecutus. cum fructibus exiſtentibus. non autem tenetur reſtituere fructus cõſumptos. quia illos bona fide poſſedit. niſi forte inimicus eius fraudulenter pecuniam daret pro illius ꝓmotione. vel niſi expreſſe contradixerit: tunc non tenetur ad renunciandũ: niſi forte poſtea pacto conſenſerit. ſoluendo quod fuit promiſſum.

¶ In dñica .xi. eſt euangelium. In illo tempore dixit ieſus ad quoſdam etc. Luce .27. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrũ. Phariſeus oratione ſua vẽit merito cõdẽnãdus

¶ Secundo: vtrum. Publicanus in oratione ſua formã cõuenienter dederit iuſtificationis impii.

a Ad primam queſtionem ſic proceditur: Et videtur ꝙ Phariſeus in oratiõe ſua non veniat condemnandus. ¶ Primo ſic. Orans Phariſeus incepit a gratiarum actione dicens. Domine gratias tibi ago. Sed in hoc non peccauit a deo recognoſcẽdo omnia bona: que habuit. Ergo non veniebat condemnandus. ¶ Secundo ſic. Si dicatur ꝙ ratione iactantie: qua ſe iactabat: ſe eſſe immunem a peccatis aliorum. hoc etiam non arguit. quia poteſt quis oſtendere laudem ſuam: et non peccare. ſicut faciebat Apoſtolus. 2. Cor. x. Nos non in immenſum gloriamur: Et. xi: Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis apoſtolis Ergo etc. ¶ Tertio ſic. Iactantia cum oriatur ex vanagloria vt dicit Grego. 2. mora. non eſt ſemper peccatum mortale ſicut nec vanagloria. Sed ſolũ propter peccatum mortale venit quis cõdemnandus: ſiue reprehendendus. Ergo etc. ¶ In oppo. eſt preſens euangelium. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ Phariſeus taliter ſe habuit in oratione ſua. ꝙ merito venit reprehendendus. Primo: ex irreue

rentia quã in oratione obſerua uit. q2 nõ reuerentia orauit: ſed cum fauſtu. quia nõ incuruato corpore. ſʒ erecta fronte orabat Unde dicitur ſtans. Secundo reprehẽditur ex ſuperbia. quia ſe iuſtum ſolum inter homines dicebat. cuʒ ait. Non ſuʒ ſicut ceteri hominum. Quaſi diceret. Ceteri ſunt peccatores. ego autem iuſtus. Et ita de iuſtitia ſua iactabat ſe. alios condemnando. & orantem iuxta ſe publicanũ deſpiciendo. Tertio. Reprehẽſibilis veniebat. quia de bonis q̃ faciebat. ſe iactabat dicẽs. Jeiũo bis i ſabbato: Sʒ in hoc iuſtitiã ſuã p̃ vanamgloriã fedabat. prouer. 25. Laudet te alienũ. & non os tuum: quoniam ipſe cognitor cordis eſt. & Jere. 2. Ecce ego iudicio contendam tecũ ꝓ eo ꝙ dixeris. non peccaui. Et ideo Job. 2. dicitur. Si iuſtificare me voluero. os meũ cõdemnabit. Et ita merito phariſeus cuʒ ſe ita inaniter iactauerat. merito condẽnandus venit. ¶ Ad ratiões in oppo. ¶ Ad primã reſpondet. ꝙ hic nõ arguit phariſeus. q2 gratias egit deo. ſed quia egit modo ſuperbo. Unde Grego. Si reprehenditur ille. qui ſuperbie gratias agit. quid eſt ergo ille qui impugnat gratiã. Non enim recte cognouit bona: que accepit. Vñ Bernar. de eo dicit ſic. Gratias agit: non quia bonus. ſed quia ſolus non tam de bonis. que habet. q̃ʒ de malis. que in aliis videt. Talis autem modus elationis eſt. Unde Beda ait. Ecce phariſeus ad referẽdaſ gratias oculum habet. ad humilitatis cuſtodiam nõ habet. ¶ Ad ſecundã reſpondetur: ꝙ licet iactantia ſemꝑ nõ ſit peccatum mortale: ſed quãdoqʒ veniale. iactãtia tamẽ iſtius phariſei fuit peccatum mortale. ꝓ quo notãdũ: ꝙ iactantia poteſt conſiderari vno modo ſm ſe. prout eſt mẽdaciũ quoddã. & ſic quãdoqʒ ẽ peccatũ mortale. quandoqʒ veniale. Mortale quidem: quãdo aliquis iactanter de ſe profert quod eſt cõtra gloriã dei. ſicut ex pſona regis Tyri dicit. Eze: 28. Eleuatum eſt cor tuum: & dixiſti. ego ſum. Vel etiam cũ eſt contra caritatẽ ꝓximi ſicut cum aliquis iactando ſe. prorumpit in contumelias alioꝝ. ſicut fecit iſte phariſeus: qui dicebat. non ſum ſicut ceteri hominũ. raptores iniuſti: adulteri. vel ut etiã hic publicanus. Quãdoqʒ vero eſt peccatũ veniale. quãdo aliquis de ſe talia iactat que nec ſunt contra deum nec

cōtra primum. ¶ Ad tertiū pꝫ reſponſio ex dictis.

D ſecundū ſic proce dit. Et videtur: q̄ cō uenienter formā iu- ſtificationiſ nō dede rit publicanus percutiendo pe- ctus: ⁊ dicēdo: Propitius eſto mi hi peccatori. Ex quibus verbis innuit: q̄ ad iuſtificationem im pii requiratur cōtritio. Cōtra qđ arguitur ſic. ¶ Primo: Luce. 7. dicitur. Dimiſſa ſunt ei pec- cata multa. dicit gloſa. q̄ ardor caritatis rubiginem peccatorꝫ in ea cōſumpſit. Ergo nō opor tet. q̄ ibi ſit dolor ſiue cōtritio de peccato. ¶ Scđo ſic. Cōuer ſio ad deum eſt potentior: q̄ꝫ cō- uerſio ad rem tpalez ad malū. Sed cōuerſio ad rē tpalem ſuf ficienter inducit culpa. Ergo cō uerſio ad deum ſufficienter iu- ſtificat ſiñ alia cōtritiōe. ¶ Ter tio ſic. Poſſibile eſt aliquem auerti a deo nihil cogitando de deo. Ergo ſimul poſſibile eſt ali quem auerti a deo. nihil cogi- tando de eo. Et ſic ſine motu. li. ar. in peñ: liue ſine ꝯtritione iuſtificat̄ impius. ¶ In oppoſi. eſt euangeliū hodiernum. Vñ glo. ſup illud ꝑcutiebat pectus ſuum dicit. Percutit pectus: ⁊ penas de ſe exigit: vt deus par cat. ¶ Reſpondeo dicenduꝫ: q̄ publicanus in oratione ſua con uenientem formam dedit iuſti- ficationis impii in tribus. Pri mo: in humili verecundia: quam oſtēdit cum dicit. publicanus a longe ſtans nolebat nec oculos leuare. Beda Sic humilis nō audet appropinquare: vt deus ad eū appropinquet: nō aſpicit vt aſpiciat. Nihil enim tm̄ pla cet deo in penitente: ſicut dicit. Ber. q̄ꝫ humilis verecundia. Non audebat oculos leuare ad celum: q: cognoſcebat ſe offen- diſſe deuꝫ. ita vt diceret illud ſe cundo. Parali. vltimo. Pecca ui ſuper numerū arene maris ⁊ multiplicata ſunt ſup me pec cata mea. ⁊ nō ſum dignus vi- dere altitudinē celi: pre multitu dine iniquitatis mee. Scđo oſtē- dit formam iuſtificationis im- pii in doloroſa cōtritione pecca torū. quam oſtēdit in percuſſio ne pectoris: in qua reddebat ſe- ipſuꝫ culpabilem: ⁊ oſtendebat dolorē. Huiōi aūt cōtritio ne ceſſaria: eſt ad iuſtificationē im pii. q: ſicut vt in generatiōibus nālibus vna forma expellitur: ⁊ alia introducit: pp qđ genera- tio vnius eſt corruptio alterius opꝫ eē diſpoſitiōes ad vtrūqꝫ: ita in iuſtificatiōe impii quem gracia cōfert. ⁊ culpa expellitur opꝫ eſſe diſpoſitionē volūtatis:

ſm̄ proprium actū ad vtrūqʒ. Et ideo. ſicut per motū li. ar. i deum diſponitur ille: qui iuſtificatur ad gratiā obtinendā. ita per motum. li. ar. in peccatū: ꝙ eſt cōtritio. oportet ꝙ ad culpe expulſionē diſponatur. Et ideo oportet. ꝙ in iuſtificatione qua innocēs iuſtificetur. oportet eē diſpoſitionē ſolū ad gratiā. inducēdā. ſed iuſtificatione. qua iuſtificatur impius oportet eſſe duplicē diſpoſitionē. Vnā ad inducēdā gratiā. ſ. motū. li. ar. in deum Alterā ad expellendū culpā. ſ. motū li. ar. in peccatū. qui eſt ipſa cōtritio. ¶ Ad rōnes i oppo. ¶ Ad primā reſpōdetur negādo ꝯſequētiā. Et rō eſt: quia feruor dilectiōis de neceſſitate cōiunctū hʒ odium cōtrariū: ꝙ ideo feruor dilectiōis ad dimiſſiōeʒ culpe nō operatꝰ ſine peccati deteſtatione: ꝗ directe dimiſſiōi culpe rūdet. ¶ Ad ſcdaʒ rūdetur etiā negādo cōſequētiaʒ. Et rō eſt: quia i peccato ꝯuerſio nō facꝰ culpā ſine auerſione. Et ita opʒ duo eſſe in iuſtificatiōe. ¶ Ad tertiā rūdetur negādo cōſequentiā. Et rō eſt ſm̄ dūm Bonauētu. tū quia receſſus adeo eſt iordinatus. ſʒ regreſſus ordinatꝰ: tū quia plura exiguntur ad bonum ꝗ̄ ad malū.

¶ In dñica. xii. eſt euāgelium. Exiens ieſus de finibꝰ ꝛc. Circa qō poſſūt diſputari ſe. q.

¶ Primo: vtrū ꝯuenīēter xp̄s circa hūc ſurdum ꝛ mutuʒ: de quo in euangelio. miraculū fec.

¶ Secundo: vtrum illi homines facientes contra precepta: chriſti publicando miraculum peccauerunt.

**a** D primam. q. ſic proceditur. Et videtur: ꝙ non conuenienter chriſtus circa hunc mutum ꝛ ſurduʒ miracula fit operatus. ¶ Primo ſic. Chriſtus faciebat miracula virtute diuina: cuius proprium eſt ſubito operari: ꝛ perfecte: ꝛ abſqʒ adminiculo cuiuſcūqʒ. Sed chriſtus non ſubito curauit iſtum. Dicitur enim in euangelio: ꝙ apprehendit eum de turba ſeorſum: ꝛ miſit digitos ſuos in auribus eius ꝛ expuens tetigit linguam eius: ꝛ ſuſpiciens in celuʒ ꝛ ingemiſcens: ait Effeta: quod eſt aperire. ꝛ ſtatim aperte ſunt aures eius ꝛc.

¶ Secūdo ſic. Dei non eſt orare nec reſpicere in celum ꝛ ingemiſcendo. Quom ergo hoc fiebat virtute diuinitatis nō cōuenīēter videtꝰ operatus illud.

¶ Tertio. Miracula xp̄i facta ſūt ad ꝯfirmationē doctrie ipiꝰ ꝛ teſtimoniū diuinitatiſ eiꝰ. Sʒ

nullus debet impedire finē ſui operis. Ergo videtur q̃ inconuenienter xp̄s precepit illis hominibus: qui p̄ntauerant ſurdū: et mutum ad ſanandum: q̃ nemini dicerent. ¶ In oppo. eſt euangeliū in quo dicitur: q̃ bene omnia fecit: et ſurdos fecit audire: et mutos loqui. ¶ R̄ndeo dicendum: q̃ xp̄s conuenientiſſime operatus eſt miraculū circa hunc ſurdū et mutū. Iſta cōcluſio ſic declarat̄. Ea que ſūt ad finem: debēt eē fini ꝓportionata. Chriſt⁹ aūt ad hoc venit in mundum: et docebat: vt homines ſaluos faceret. ſm illud Jo.iij. Non.n. miſit deus filiū ſuū in mundū: vt iudicet mūdū: ſed vt ſaluetur mundus per ip̄m. Et ideo conueniēs fuit: q̃ xp̄s particulariter hoies miraculoſe curando: oſideret ſe eſſe vniuerſalē: et ſp̄ialem oium ſaluatorē: ſanādo nō tm̄ p̄tāte diuinitatis: ſed miniſterio hūanitatis: cū ēēt deus et hō. ¶ Ad rōnes in oppo. dicendū. ¶ Ad primā r̄ndetur negādo ꝯn̄am. Et rō eſt: q̄ xp̄s venerat ſaluare mundū: nō ſolū virtute diuina: ſed ēt p miniſteriū incarnationis ipſius. Et ideo frequēter ēt in ſanatione infirmoꝝ: nō ſolū p̄tāte diuina vtebat̄ curādo per modū imperij: ſed ēt aliqd ad humanitatē ipſius ꝑtinens apponēdo. Vñ ſuper illud Luce.iiij. Singulis manus imponens curabat oēs. dicit Ciri. Quāuis vt deus potuiſſet oēs verbo pellere morbos: tāgit tm̄ eos: oſidens ꝓpriam carnē efficacem ad preſtanda remedia. Sic ergo xp̄s ſanauit hunc ſurdum et mutū: tāgendo eum corporaliter: vt oſideret humanitatem ſuā eſſe diuinitatis inſtr̄m. ¶ Ad ſecundam r̄ndet̄ negando ꝯn̄am. Et rō eſt: q̄ ſicut dictum eſt: nō ſolum p̄tāte vtēdo debuit facere miracula: ſed ēt hūanitate ipſa: qm̄ vtrūq; erat de eo oſidendū: et q̃ deus eſſet: et carne vultus. vñ Criſo. ſuper illud Mat.xiiij. Acceptis quinq; panibus: et duobus piſcibus aſpiciens in celum: bñdixit: etc. Dicit oportebat inquit credere de xp̄o: qm̄ a patre eſt: et qm̄ ei equalis eſt. Et ideo vt vtrunq; oſtendat. nunc quidem cum poteſtate. nunc aūt orans miracula facit. Dicimus ergo. q̃ xp̄s in curatione huiuſmodi infirmi: ipſe ſuſpiciens in celum ingemuit: vt oſtenderet ſe verū hominem: a deo querēs auxilium. ¶ Ad tertiā reſpondetur negando ꝯn̄am. Et rō eſt: q̄ hoc fecit: vt dicit Criſo. volens nos erudire: prohibere eos: qui

volũt nos ꝓpter nos laudare. Si dr ad dei gloriam refertur non debemus prohibere. ſed magis iniungere.vt hoc fiat:ſicut illud Mat.v. Vade in domum tuam ad tuos.⁊ annũcia eis quanta dominus tibi fecit.

Ad ſcd̃am.q.ſic ꝓcedit.⁊ vr.ꝙ illi hoies publicãdo miraculũ xp̄i:peccauerunt. ¶Et vr ꝙ ſic.q2 deo eſt in oibus obediendũ.ſm illud Exo. 24:Oia q̄ locutus eſt dñs faciemus.⁊ erimus obedientes. Sed iſti nõ obedierũt ꝓcepto xp̄i:q ꝓceperat eis:ne cuiq̄ʒ dicerent. Ergo ⁊c. ¶Scd̃o ſic. Aut xp̄us voluit fieri illud. qđ dixit eis.aut nõ:Si noluit.ſequit ꝙ fecerũt ɔtra ꝓceptum eius.⁊ ſic peccauerũt.aut voluit.ſeqtur.ꝙ xp̄s eſſet mendax: vel duplex in vbo.qđ ẽ ĩpoſſibile. ¶In oppo.vr.ꝙ nõ peccauerũt.q2 nõ fuiſſent digni ſalutione. ¶Rñdeo dicendũ.ꝙ illi hoies ꝓdicando miracula xp̄i nõ peccauerũt.q2 xp̄s cũ precepit eis.vt nõ dicerent:nõ intẽdit eos per virtutẽ precepti obligare.vt dicit Greg.ix.Moral. ſed ſeruis ſuis ſequẽtibus exẽplũ dedit.vt ipſi qdẽ virtutes ſuas occultare deſiderẽt:⁊ tñ vt alii eoꝝ exẽplo ꝓficiant: ꝓdant inuiti. Et ſic patʒ rñſio ad primũ argumentũ: ¶Pro rñſione ad ſcd̃m. Eſt ſciendũ: ꝙ in xp̄o ponit duplex volũtas ſicut ⁊ duplex natura. Vna diuina:⁊ eſt duplex.vna ſigni ⁊ altera beneplaciti. Voluntas.n. beneplaciti eſt. qua vult aliqđ ſimpliciter ⁊ abſolute. Et ſic xp̄s voluit miraculũ publicari. cõtra volũtatẽ beneplaciti nihil fit:ſed bñ fit cõtra voluntatem ſigni. Alia fuit volũtas humana. Et ſic xp̄s voluit quodãmõ:⁊ quodãmõ noluit miraculũ publicari.q2 voluit: ad dei gloriã.noluit: aũt vt oñderet humanã laudẽ fugiẽdam. Sicut.n.ſunt aliqua ptim voluntaria ⁊ ptim inuolũtaria.vt dr.iii. Ethi.de eo qui proiicit merces in mari:vult ⁊ nõ vult diuerſis reſpectibus.q2 nõ vult abſolute:vult tñ in tali caſu poſitus ⁊c.

¶In dñica.xiii.eſt euangeliũ. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident que vos videtis ⁊c. Luc.x. Circa qđ poſſunt diſputari ſe.q.

¶Primo vtrũ ſit verũ.qđ dictũ eſt apoſtolis.ſ.Beati oculi q vidẽt que vos videtis.

¶Scd̃o:vtrũ iſta vita deus poſſit immediate a nobis amari.

¶Tertio.vtrũ modus de dili

gēdo toto corde ꝛc. q multipli-
catur in precepto predicto poſ-
ſit in via ſeruari.

D primā. q. ſic ꝓce
dit. Et videtur ꝙ nō
ſit verū ꝙ beati ocu
li q vidēt que vos vi
detis. ¶ Primo ſic. Jo. vlt. ſcri-
bitur. Beati q non viderunt ꝛ
crediderūt. Scdo ſic. Aut loq
tur de viſiōe interiori ꝑ fidē: ꝛ
hoc non: q: multi ꝓphete: ꝛ re
ges viderūt: hoc mō viſiōis xp̄z
Vñ Jo. 8. Abraā vidit diē me
um: ꝛ gauiſus eſt nō aūt de ex-
teriori. q: exteriori viſione etiā
viderūt iudei: ſacerdotes: ꝛ pha
raſei. Vnde Jo. 15. De iudeis
nūc aūt viderūt ꝛ oderūt me: ꝛ
p̄rēz meū. Sz oculi eoꝝ. ¶ Ter
tio Beatitudo dicit̃ ſtatus oī-
um bonoꝝ cōgregatiōe pfect⁹.
Sz apoſtoli vidētes xp̄m hic i
terra non cōſequebant̃ beatitu
dinē: q: vt dicit̃. Exo. 33. Nō
videbit deū ꝛ viuet. Ergo non
erāt dicēdi oculi eoꝝ beati. In
oppo. eſt euāgeliū pn̄s. ¶ Rñ-
deo dicendū: ꝙ beatitudo. ē du
plex. Vna rei: q̄ ꝯſiſtit pricipa
liter in aſpectu ꝛ fruitōe diuini
tatis: ꝛ ex ꝯſequenti in viſiōe hu
manitatis xp̄i: ꝛ ſic habet̃ i pa-
tria. Alia eſt beatitudo in ſpe. q̄
in p̄nti vita cōſiſtit: ꝛ ſic habet̃ i
via: in viris excellētibus virtu
te. Et de iſta loquit̃ hic. Scdo
notādū: ꝙ ſicut ꝙ duo oculi dr̄
cunt̃ in hoīe. ſ. interiores: ꝛ exte
riores. ita duplex dicit̃ viſio. ſ. vi
ſio interior q̄ fit per internā ſpi
rationē: de qua dr̄ ad. Ephe. i.
Deus det vobis ſpiritū ſapiē-
tie: ꝛ reuelationis i agnitionē. Il
luminatos oculos cordis veſtri
De iſta viſiōe dr̄ Jo. 8. Abraā
vidit diē meū ꝛ gauiſus eſt: ꝛ
horū quidē oculi beati beatitu
dine ſpei. De qbus dicitur Jo.
vlt. Beati qui non viderunt. ſ.
corporaliter: ꝛ crediderūt. ſ. p fidē
per dilectionē operantē: xp̄m i
carnandū. ꝛ paſſurū: pro huma
ni generis ſalute. Alia eſt viſio
pure corporalis que cōmunis
ſunt apoſtolis: ꝛ iudeis ꝛ de iſta
non loquit̃. Alij aūt ſunt: qui tra
q: viſione viderūt xp̄m. ſ. ꝛ inte-
riori viſione fidei: ꝛ exteriori: vi
dētes eū inter hoīes ꝯuerſantē
ꝛ miracula ſoli deo ꝓpria ope
rantē. Et de tali viſione dicit̃.
Jo. i. Vidimus gloriā eius: q̄ſi
vnigeniti a patre. Vtrū qz eniz
modū vidēdi habuit. Jo. ꝛ alij
apoſtoli: q: cū eo fuerūt corpo-
raliter cōuerſati: ꝛ ſic viderunt
ſenſibiliter opera virtutem to-
tius creature excedentia. ſicut
ſuſcitatio mortuorum: illumi-
natio cecī: ꝛ conſimilia. Ex qui
bus viſu mentis ceperunt eius

diuinitatē: in carne latentē. Et hoc mō oculi vidētes xp̄m bea ti.ſ. qui.ſ. vt dicit magn⁹ Alber tus: q ſic xp̄z exteri⁹ aſpexerūt: ꝙ interius diuinitatē per fidē: in eo ex exterioribus miraculis itellexerūt. Vel ſic ecōuerſo: q .ſ. interiora diuinitatis xp̄i itel lexerūt: vt cū vnitā humanita ti: quā videbāt crediderūt. Et tali modo nunꝗ̄ eſt viſus niſi a p̄ntibus deitatem ⁊ humanita tē eius cognoſcētibus. ⁊ hoc eſt qđ dicit beati oculi qui vident que vos vidiſtis. ¶ Ad ratiōes in oppo. ¶ Ad primā reſponde tur: ꝙ nō opponuntur. Vnde ē notandum: ꝙ duplex dicit̄ bea titudo etiam in via quedā rei: que cōſiſtit in munere diuino: ſiue per participationē diuini muneris: de quo quanto alicui plus cōceditur: tāto beatior eſt Et ſic ꝗ̄tū ad hoc dicitur hic: beati oculi qui vident ⁊c. Quia hoc munus gratie habuerunt. Alia eſt beatitudo ſpei que ꝯſi ſtit in merito. Vñ ſ᷑m hāc: tan to quis eſt beatior: quanto pōt plus mereri. Plus aūt meret̄ qui credit. ⁊ non vidit: ꝗ̄ qui vi dens credit. ¶ Ad ſcđam rūde tur: ꝙ loqtur de viſiōe vtraqꝫ. ſicut dictū ē. ¶ Ad tertiā rūde tur. ꝙ nō loquit̄ de beatitudine patrie. ſed de illa que dicit̄ ſpei q̄ habet̄ in via. Vel dicēdū ꝙ tales dicunt̄ beati. ⁊ nō ꝓphete qꝛ lꝫ ꝓphete aliq viderūt xp̄z. p̄ fidē. a lōge ꝓſpiciēdo. nō tn̄ vi derunt eum p̄ntem. iter eos cō uerſando. ſicut viderunt apo ſtoli. Et ideo dicūtur beati. qꝛ in eis fuit completum. quod an tiquis patribus fuerat promiſ ſum.

Q Secūdā. q. ſic ꝓce dit̄. Et videt̄ ꝙ de⁹ in ſtatu vie nō poſſit ime diate a nobis amari.

¶ Primo ſic. Incognita. ama ri non poſſunt. vt dicit. Augu. x. đ trini. ⁊ philoſoph⁹. 9. Ethi. Sed nos in ſtatu vie nō vide mus īmediate deū: qꝛ non per eſſentiā. ſed p̄ ſpeculū i enigma te vt dicitur. i. Cor. 13. ergo nec ipſum imediate p̄ eſſentiã ama re poſſum⁹. ¶ Secūdo ſic. Co gnitio patrie excedit cognitio nē vie. inquātū homo videt in patria deū p̄ eſſentiā. Si ergo ī via hō imediate per eſſentiam amaret deū caritas patrie nō excederet caritatē vie qđ eſt fal ſuꝫ. ¶ Tertio: Nō a deo diſiū gitur p̄ peccatū. ſ꜄ illđ Iſa. 59. pctā veſtra diuiſerūt iter vos ⁊ deū veſtrū. Sꝫ peccatū magis eſt in voluntate: ꝗ̄ in intellectu Ergo minus hō pōt i ſtatu vie diligere deū imediate. ꝗ̄ ime

diate eum videre. ¶ In oppoſi. eſt euangelium preſens vbi dr. Diliges dominum deũ rc. Se cundo ſic. Cognitio vie per hoc qđ eſt mediantibus creaturis: dicitur enigmatica: et euacuat in patria. i. Cor. xiii. Sed cari tas nunꝗ̃ excidet vt ibidẽ dicit apoſtolus: ergo caritas nõ dili git deũ mediante creatura: ſed immediate: ideo adheret. ¶ Re ſpondeo dicendum: ſub iſta cõ cluſione: ꝙ deus in ſtatu vie im mediate põt amari: r amat a ſectis. Unde Augu. in libro cõ feſſ. Ve illis qui diligũt mutuo tuos pro te. Mutuo aũt diuini dicunt participatio diuine bo nitatis in creatura: Ergo deus a ſectis: amat in ſtatu vie imme diate: non ſm ꝙ eius bonitas i creaturis pticipatur. ¶ Pro q̃ cõcluſione notandũ iuxta ſciũ Tho. in tertio ꝙ in potẽtiis: or dinatio ita eſt: ꝙ vbi terminat opatio prioris potentie: ibi inci pit operatio ſequentis. ſicut pꝫ ꝙ ſenſus terminatur ad imagi nationẽ: qui eſt motus factus a ſenſu: ſm actum intellectus: n termino imaginationis inci pit q: fãtaſmata accipit, p obie cto vt dicitur tertio de anima. Et ideo illarꝫ rerũ. que non ha bent fantaſmata: cognitionem nõ poteſt accipere. niſi ex rebus quarum ſibi repreſentant fanta ſmata. Vñ in ſtatu vie. in qua accipit a fantaſmatibus. nõ po teſt immediate videre. ſed opꝫ ꝙ ex viſibilibus. quorum fanta ſmata capit ad eius cognitionẽ deueniat. Quamuis aũt ipſaꝫ dei eſſentiã nõ videat immedia te. tñ cognitio intellectus ad ip ſum deũ terminatur q: ipſum eſſe ex effectib⁹ cõprehẽdit. vn de operatio voluntatis circa ip ſum deum immediate eſſe põt nullo medio interueniente. qđ ad voluntatem pertineat. mini ſtris tamen mediis precedentib⁹ ex parte intellectus. qbus in de um cognoſcendum peruenit.

¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primã rũdetur negando pñam. Et ratio eſt. q: quãuis incognita amare nõ poſſumus Opꝫ enim ꝙ amor ſit cogniti r niſi aliqualiter. tamen nõ opꝫ ꝙ ſit ideꝫ ordo cognitiõis r di lectiõis. Nã dilectio eſt cogni tiõis terminus. Et ideo vbi de ſinit cognitio ſcilicet in ipſa re. que per aliam cognoſcitur. ibi ſtatim dilectio incipere poteſt. Et ita illđ quod cognoſcitur in alio. põt in ſe ipſo amari. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negãdo conſequentiam. Et rõ eſt quia quanto bonum plenius cogno ſcitur tanto magis eſt amabile

& precipue illud bonum: quod eſt finis. & in quo non inuenitur aliud quo offendatur affectus. Et ideo qꝛ deus plenius cognoſcitur in patri: qꝫ etiam nunc: plenius amabitur. Sed iſta diuerſitas ex parte cognitionis erit per id quod eſt propriuz cognitioni: ſcz cognoſcere per ſe. & in alio. Et ideo non erit vnius rationis cognitio vie & patrie. In affectu autez erit per diuerſitatem: non eius per quod ad eam pertineat. ſed per diuerſitatem cognitionis. & tamē erit eadem ratio amoris. ſed differri amor per maius. & per minꝰ. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. qꝛ per charitatem tollitur auerſio a deo: que eſt ꝑ peccatum: non autem per ſolaz cognitionem. Et ideo charitas ē que diligendo animam immediate deo coniungit ſpirituali vinculo vnionis.

D tertiam. q. vtrū modus ille de diligēdo deum toto corde: qui implicatur in precepto predicto: poſſit in via ſeruari. ſic proceditur. Et videtur: qꝫ non poſſit in via obſeruari. ¶ Prio ſic. Nō poſſumus in hac vita ſine peccato manere. i. Jo. i. Sed cum quis peccat. non diligit deum toto corde. Ergo illud̄ preceptū non poteſt totaliter in via adimpleri. ¶ Secundo ſic. Non pōt ſimul cor ad multa ſe habere. Sed oz dū in hac vita ſumus qꝫ cor rebus tpalibus aliqſi apponamus: ergo non pōt homo in hac vita toto corde deum diligere. ¶ Tertio ſic. Nō pōt deus a nobis totaliter diligi: ergo per ꝯñs toto corde nō poſſumus diligere. Cōſequentia videtur bona. Añcedēs pz. Deus non pōt intellectu comprehendi. vt totaliter videatur: ergo non pōt cōprehendi affectu. vt totaliter diligatur. Conſequentia eſt bona. qꝛ amor ſeqtur cognitionem. ¶ In oppo. ē preſens euangelium. Dicit eñ Hiero. Qui dicit deum aliqd impoſſibile precepiſſe homini: anathema ſit. Sed hoc deꝰ ꝑcepit omnibus in ſtatu vie exiſtentibus: ergo hereticuz eſt dicere: qꝫ predictū preceptū non poſſit in via obſeruari. ¶ Reſpondeo dicendū iuxta ſanctum Tho. qꝫ totū & perfectū idē eſt vt phil. dicit. Nō aūt perfecti ī hoc ꝯſiſtit. vt nihil ei deſit. ſed hoc ꝯtingit dupliciter. aut ita: qꝫ nihil deſit eoꝝ: q̄ natū ē habere: aut ita qꝫ nihil deſit eorū: q̄ dz habere: ſicut aliqs hz pfectā q̄titatē: q̄tū requirit hūana

natura.et ſi nõ habeat quantitatem gigantis: quã poſſibile eſt eẽ in humana natura. Prima ergo perfectio humane nature eſt in ſtatu glorie: quãn homo habebit totũ hoc: qđ poſſibile eſt eſſe in humana natura. Sed ſcđa pfectio eſt nature condite. quando ſcilz homo habeat totum hoc: quod deberet habere: ſm tempus illud. Et ſm hoc etiam duplex totalitas in dilectione dei attenditur. Una qua nibil deerit de his: que poteſt homo expendere in amorem dei: quem in dilectione ponat. et de prima totalitate ponitur iſta concluſio: q hec quidem perfectio: ſiue totalitas non percipitur. vt facienda. ſed magis oſtenditur. vt ſciatur: quo perueniendum eſt. vt dicit Augu. ſed ſic impletur in patria. q ibi mens fertur in deum totaliter et pfecte: quãtum ſibi eſt poſſibile. et ſine aliqua interruptione. Alia autem eſt totalitas ſm quã: nibil homo ſubtrahit de his: que debz ponere ſm tps illud in amore dei. et hec totalitas excludit oẽ: quod eſt contrarium repugnãs dilectioni diuine: non autez id quod ad tempus actũ dilectionis intercepit: q ſemper agere ſm actum virtutis: non eſt niſi eorum: qui ſunt in ſtatu beatitudinis: que perfectio felicitatis eſt in operatione. perfectio virtutis eſt in habitu. et ita adimpletur via. quando nihil diligitur contra deum. Iſta enim perfectio eſt que debet ineſſe ex debito neceſſitatis. vtputa: q diligatur deus toto corde. i. intellectu ſine errore: quod non faciũt infideles: et ſortilegi tota aĩa. i. voluntate ſine contradictione. quod non faciunt: qui poſt concupiſcentias ſuas currunt ex oĩbus viribus. i. operibus: que explentur per vires anime et corporis: quod non faciunt q mẽbra ſua exhibent ſeruire iniquitati ad iniquitatem: et tota mẽte. i. iugi memoria: quod nõ faciunt cupidi et auari. q vbi eſt theſaurus tuus ibi et cor tuum eſt. Albertus ſic toto corde diliges. vt motus vite ad ipſum referas: ex tota anima vt intelligentiam et voluntatez et memoriam cum corporalibꝰ organis ad ipſum conuertas. ex omnibus viribus. vt nibil tibi de viribus tuis retineas vel attribuas tibi. ex omni mente tua. vt omnia ordines caritatis ordine. vt nibil inordinatum relinquas. Sic enim attingit caritas a fine vſq ad finem fortiter. et diſponit omnia ſuauiter.

¶ In dominica decimequar-

ta eſt euangelium. Dum iret ieſus in Hieruſalem ꝛc. Luce. xv. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtrum ad ſanandũ lepram peccati ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti.

¶ Secundo: vtrum nouem leproſi non reddentes grãs xpo: de eorum curatione: peccauerunt mortaliter.

Ad primam.q. ſic ꝓceditur. Et vr̃ q ad ſanandũ lepram peccati: non ſit neceſſariũ confiteri ſacerdoti. ¶ Primo ſic. Curatio lepre peccati precedit confeſſionẽ. Dũ in euangelio. dr̃: q iſti de decem leproſi dũ irent ad oſtendendũ ſe ſacerdotibus: mũdati ſunt. ꝛ ita anteq̃ ſe oñderent. ergo vr̃ q ad curationẽ lepre peccati cõfeſſio non ſit neceſſaria. ¶ Scdo ſic. Aliqbus eſt peccatũ dimiſſum ſine hoc: q cõfeſſi legunt: ſicut pz de Petro. ꝛ Magdalena etiã de Paulo. Sz nõ minoris efficatie ẽ grã remittẽs pctm nunc. quã tũc fuerit. ergo nec nũc eſt de neceſſitate ſalutis confeſſio. ¶ Tertio ſic. Dato q neceſſariũ ſit cõfiteri. nõ vr̃ q ſacerdoti penitẽtia eſt ſacrm̃ neceſſitatis. ſicut et baptiſmus. Sed in baptiſmo ꝓpter ſacri neceſſitatem: eſt miniſter quilibz homo Ergo in penitẽtia ſufficit cuilibet confiteri. ¶ Quarto ſic. Ad cõfeſſionẽ non obligamur: niſi ex diuina inſtitutione. Sed diuina inſtitutio nobis proponitur Jacobi. v. Confitemini alterutruz peccata vr̃a. vbi nõ fit mẽtio de ſacerdote. Ergo cuiſi confitendum eſt: non eſt neceſſarium cõfiteri ſacerdoti. ¶ In oppo. eſt euangelium preſens. vbi dominus decem leproſis precipit ſe pñtari ſacerdotibus vbi ponitur ſignum mundationis lepre peccati per ſacramentum penitentie. Ergo vr̃: q ſolis ſacerdotibus ſit fienda confeſſio. ¶ Rñdeo dicendum ſub duabus concluſionibus. Prima eſt: q confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis ei: qui peccati mortalis lepram incurrit. Iſta concluſio declaratur ſic iuxta ſanctum Tho. Paſſio xpi ſiue cuius virtute nec actuale. nec originale peccatuz dimittit in nobis operatur ꝑ ſacrm̃ ſuſceptionem: que ex ipſa efficaciã hñt. ꝛ ideo ad culpe remiſſionem ꝛ actualis: ꝛ originalis requirit ſacramentum eccleſie: vel actu ſuſceptũ. vel ſaltem voto: qñ articulus neceſſitatis nõ cõtẽpt ſacrm̃ excludit: ꝛ per cõñs illa

ſacramēta: que ordinant cōtra
culpam: cū quia ſalus eſſe non
pōt: ſunt de neceſſitate ſalutis.
Et iō ſicut baptiſmus quo de-
letur peccatū originale: eſt de
neceſſitate ſalutis: ita ꝛ peniten
tie ſacramentū. Sicut aūt ali-
quis per hoc ꝙ baptiſmum pe
tit: ſe miniſtris eccleſie ſubiicit.
ad quos pertinet diſpenſatio ſa
cramenti ita etiam per hoc ꝙ
cōfitetur peccatum ſuū ſe mi-
niſtro eccleſie ſubiicit: vt per ſa
cramentū penitentie ab eo diſ-
penſatū: remiſſionem cōſequa
tur: qui congruum remediū ad
hibere nō pōt: niſi peccm̄ cogno
ſcat. quod fit per confeſſionem
peccantis. Et ideo confeſſio eſt
de neceſſitate ſalutis eius: q in
peccatum mortale cecidit. Se
cunda cōcluſio: ꝙ neceſſario ſa
cramentalis confeſſio facienda
eſt ſacerdoti: ſi adeſt vel haberi
poteſt. Probatur concluſio.
Abſolutio penitētis propter ꝗ
fit confeſſio: nō pertinet niſi ad
ſacerdotes: quibus claues eccle
ſie cōmiſſe ſunt: Ergo cōfeſſio
dum fieri ſacerdoti. Preterea
ſic. Gratia que in ſacramētis
datur: a capite in mēbra deſcen
dit. ꝛ ideo ſolus ille eſt miniſter
ſacramentorū in quibus gratia
datur qui habet miniſteriū ſu-
pra corpus chriſti. Verū quod
ſolius ſacerdotis eſt quia con-
ſecrare euchariſtiā pōt. ꝛ ideo
cum in ſacramento penitentie:
gratia conferatur: ſolus ſacer-
dos ē miniſter huius ſacramē-
ti. ideo ſoli faciēda eſt ſacramē
talis cōfeſſio: que miniſtro eccle
ſie fieri dꝫ. Diximus ſi adeſt vel
haberi poteſt. quia alias confeſ
ſio fieret laico: vt infra dicetur.
¶ Ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad primam rūdetur negādo
conſequentiam. Et ratio eſt: qꝛ
cū irent ad oſtendendū ſe ſacer
dotibus iam propoſitum intel-
ligebantur habere confitendi: ꝛ
hoc ſufficit ſic dictū eſt. ¶ Ad
ſecūdā reſpondetur dupliciter.
Primo qꝛ licet illorum non le
gatur ꝯfeſſio potuit tamen eſſe.
Multa enī ſunt facta: que nō
ſunt ſcripta. Secundo reſpon-
detur negando conſequentiā.
Et ratio eſt: quia nō eſt idē de
aliis miniſtris eccleſie: et de
chriſto. Chriſtus enim habuit
poteſtatem excellentie in ſacra
mentis. Unde ſine his que ad
ſacramentum pertinent potuit ꝛ
poteſt rē ſacramenti conferre.
¶ Ad tertiā reſpondetur negā-
do conſequentiam: regulariter:
in caſu tamen neceſſitatis con-
ceditur. Unde ſicut baptiſmus
eſt ſacramentū neceſſitatis. ita
ꝛ penitentia. Baptiſmus autē

quia eſt ſacramentum neceſſita
tis.habet duplicem miniſtruȝ.
Unum cui ex officio baptiza
re incumbit:ſicut ſacerdotem.
Et aliū:cui ratione neceſſitatis
diſpenſato baptiſmi committi
tur. Et ita etiam miniſter peni
tentie cui confeſſio eſt facienda
ex officio:eſt ſacerdos. Sed in
neceſſitate etiam laicus vicem
ſacerdotis ſupplet.& ei confeſſio
fieri poteſt. Unde de pe.di.vi.
dicitur. Tanta eſt vis confeſſio
nis.vt ſi ſacerdos deeſt:cōfiten
tur homo proximo ſuo qui licet
poteſtatem abſoluendi non ha
beat efficitur tamen dignus ve
nia ex deſideratio ſacerdotis.
¶Ad quartam rūdetur negan
do conſequentiaȝ. Et ratio eſt:
qui Jacobus loquit̃ et ſuppoſi
tione diuine inſtitutiōis. Et qa
diuinitus inſtitutio preceſſerat
de confeſſione ſacerdotibus fa
cienda:per hoc ꝙ eis poteſtatē
remittendi peccata in apoſtolis
dedit:vt patȝ Jo.xx. Et ideo in
telligendum eſt:ꝙ Jacobus cō
feſſionem eſſe faciendam ſacer
dotibꝰ monuit in vbis ꝑdictis.
Ad ſecundam .q.ſic
pceditur. Et vide
tur ꝙ leproſi nō re
deuntes ad dandū
gloriam deo:et gratias referen
do de curatione eorum.nō pec
cauerūt mortaliter. ¶Primo
ſic. Quia ingratitudo non ſem
per eſt peccatum mortale vel po
te quando procedit ex quadam
negligentia:aut ex aliqua indiſ
poſitiōe hominis apud virtutē.
Iſti autem potuerunt aliqua
huiuſmodi occaſione non redi
re ad dandum gloriaȝ deo. Er
go videtur peccaſſe mortaliter.
¶In oppoſitum . videtur eſſe
euangelium:ꝙ illos nouem vi
detur reprobare de hoc. ¶Re
ſpondeo dicendum noſtro iudi
cio ꝙ illi peccauerunt mortalr:
quoniam in illa eorum negligē
tia videtur incurriſſe ingratitu
dinis vitium .non recognoſcen
tes beneficium ſuſceptum nec
laudantes & glorificantes dūm
que magis clamoribus & preci
bus propulſarunt vt eorum mi
ſeretur ſanando eos a lepra.
Unde ſunt ſicut illi de quibus
Apoſtolus ad Ro.i. Non ſi
cut deum glorificauerunt : aut
gratias egerunt quo circa mer
uerunt de ſuſcepto beneficio
priuari.niſi quia dominus altiſ
ſimus benignus eſt ſuper gra
tos et malos. Lu.vi. ¶Ad ra
tionem in oppoſitum reſponde
tur : qꝛ ingratitudo illa videtur
proceſſiſſe non ex ſimplici qua
dam negligentia .ſed ex interio
ri cōtemptu gratie ſuſcepte. Ere

dicitur enim falſſe deceptos: a ſacerdotibus: quibus ſe preſẽtauerũt qui detrahe chriſti 7 miraculis detrahebãt 7 ſm eorũ informationem attribuebãt ſuam ſanationem obſeruationi legis: 7 non virtuti chriſti: licet a principio fideliter: 7 deuote potuiſſent ab eo ſanari.

¶ In dominica decimaquinta eſt euangelium. Nemo poteſt duobus dominis 7c. Mat. vi. Circa quod poſſunt hec diſpu.

¶ Primo: vtruʒ homo poteſt duobus dominis ſeruire.

¶ Secundo: vtruʒ poteſt quis deuʒ odio habere:

¶ Tertio: vtrum omnis ſolicitudo temporaliũ ſit ꝓhibita.

Ad primam ſic proceditur. Et videtur ꝙ homo poteſt ſeruire duobus dñis.

¶ Primo ſic. Quia poteſt ſibi conſtituere duos fines. temporalem. 7 eternum non referendo vnum ad alterum: Ergo 7c. Conſequentiam videtur bona: qa inde non poteſt duobus dominis ſeruire: quia non poteſt ſimplicitas: 7 vnitas intentiõis anime manere. Añs probatur multipliciter. Primo ſic. Nihil prohibet eundem motũ eſſe gratie 7 nature: ſicut diligere: qꝫ beneficus. quod reſpicit naturam. et diligere. quia bonus quod reſpicit gratiaʒ. Ergo nihil prohibet eundem actum referri ad finem nature. 7 finem gratie. Sed finis nature ſemꝑ eſt in creatura. finis gratie in creatore. Vnius ergo 7 eiuſdẽ actus potuerunt conſtitui duo fines nõ referendo vnum ad alterum. ¶ Secundo ſic. Quoʒ ratio ſit vna potentia habens partem ſuperiorem: 7 inferiorẽ: ratione ſuperioris: poteſt moueri in deum. ratione inferioris que coniuncta eſt ſenſibilitati: in id quod eſt neceſſariũ. ita tamen ꝙ nec hunc finem ponat ordinatum ad alium. ¶ Tertio ſic. Poteſt quis ire ad ſanctuʒ Jacobum ex voto facto ex caritate. Item poteſt ire ex naturali pietate ad videndum fratrem ſuum ergo eadẽ actio poteſt eſſe ex caritate 7 ex naturali pietate. Sed caritas refertur ad fineʒ eternum. naturalis pietas ad finem temporalem: Ergo ſunt duo fines vnius actionis: temporalis: et eternus.

¶ In oppoſitum eſt euangeliũ preſens. Vnde Auguſtinus in ſermone dñi de mõte exponẽs illud ſi oculus tuus fuerit ſimplex 7c. Niſi cor ſimplex fuerit: munduʒ non erit. Simplex autem quõ. erit ſi duobus domi

nia ſeruiatur: nec vna intentione rerum eternarum purificet actionem ſuam: ſed eam mortalium rerum amore. obnubilet. Non poteſt ergo mundum ⁊ ſimplex cor eſſe: ſi diuidatur intentio: ⁊ conſtituantur duo fines in temporalibus ⁊ eternis. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta Albertum magnum. ꝙ nemo i. nullus homo cum ſit vnitus: ⁊ omnia ſua ratio in corpore: quam in anima reducantur ad vnum: poteſt eſſe diuiſus in duos dominos. Sicut enim vnum membrum non eſt duorum corporū nec vna auis facit duos nidos nec vnus bos in duobus trahit agris. ſic nec vnus indiuiſus homo duobus dominis ſeruire poteſt. Duobus dicit. Ecce in quo notatur dominij diuerſitas. Unde vterqꝫ terminus ē formaliter accipiendus. Duo enim formaliter acceptus: principium eſt alteritatis. ſicut dicit Pithagoras: eo ꝙ eſt primus receſſus ab vnitate: domini autem formaliter ſunt domini. forma dominationis differētes. ⁊ horum vnus: non eſt ſub altero. quia quorum vnus eſt ſub altero. materialiter ſunt plures ⁊ ſm formam dominij ſūt vnus ſolus. Duo ergo formaliter domini non conueniunt in legibus ⁊ preceptis. Et ſi vnus eſt vrbane poteſtatis in ꝑceptis: alter eſt tyrannus. Et ideo dicit glo. de contraria operantibus dominis. Pro reſponſione ad argumenta iuxta Alexan. de ales in. iij. eſt notandum: ꝙ cōſtituere duos fines. ſ. temporalem ⁊ eternum: contingit ita: ꝙ ſint ordinati. vt vnus propter aliū. Hoc contingit dupliciter: ita ꝙ ponatur eternum: finis vltimus: temporale vero finis proximus. Uel econuerſo: vel ita: ꝙ non ſint ordinati: ſed vtrūqꝫ principaliter intendatur: temporale ⁊ eternum. Si ponatur eternum finis vltimus ⁊ temporale finis ordinatus ad finē. diſtinguunt alij ſic. quia aut eſt actio ſpiritualis: aut corporalis Si ſpiritualis: vt predicatio ⁊ oratio. ⁊ huiuſmodi: non poteſt referri ad temporalem finem. veluti ad pecuniam: ⁊ per conſequens ad finem eternum. ſcꝫ deum. Unde phas non eēt vt aliquis predicaret: aut celebraret diuina iſto fine: vt acquireret temporalia. de quibus ſuſtētaretur ad ſeruitium dei. Si vero ſit actio temporalis: ſicut eſt laborare in vinea. dicunt: ꝙ poteſt referri ad finem corporalem: dum tamē referat poſt modum ad deū. vt fodere in vi-

nea ad pecuniam acquirendaʒ qua ſuſtentetur ad ſeruitiū dei Si autem econuerſo finis proximus ponatur deus.⁊ finis vltim⁹ temporale :peruerſiſſimū eſt. Nam vt dicit Auguſtinus hūane peruerſitas eſt fruendis vti:hoc eſt diuina ad alium finem referre. Et ſm̄ hoc ei ponitur illud Eccleſiaſti.v. ingredienti terram duabus viis dicit gloſa. Duabus viis ingreditur:qui quod dei eſt opere exhibet:⁊ ꝙ mundi eſt cogitatione querit. Si vero conſtituantur duo fines comprincipales:temporale ⁊ eternum:accidit puerſitas. de qua dicit Auguſtinus ꝙ peruerſitas eſt vtendis frui. hoc eſt temporalia quibus vtēdum eſt:non referre ad eterna: quibus fruendum eſt. Secundum hoc accipitur illud eccleſiaſtici primo. Non acceſſeris ad illum duplici corde. Et illđ Jacobi.i. Vir duplex aīo : inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Gloſa. Duplex eſt animo qui vult gaudere cum ſeculo:⁊ vult gaudere cum deo. Iſtis habitis dicendum eſt ad argumēta ſingula. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia motus nature ordinatur ad motū gratie. Gratia enim perfectio nature eſt. Unde in ordine quodam ſe habent natura ⁊ gratia. Unde ad illud quod dicitur finis nature eſt in creatura:intelligendum eſt:ꝙ aliter finis non eſt in creatura:⁊ aliter finis voluntatis peruerſe. Voluntas enim peruerſa proponit finem in creatura excludendo finem ſummum. Natura autem ponit finem ſummum in creatura ordinabilem ad finem ſummum. Non ergo erit ſimile de nature:⁊ gratie.⁊ motu voluntatis. in finem temporalem ⁊ eternum. ¶ Ad ſecundum reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt:q2 ratio non poteſt ordinate moueri: ſi ſm̄ deliberationem equaliter conſtitueret finem deū:⁊ id quod eſt nature neceſſarium. Nam motus inferioris partis rationis:quia aliter perueteretur. ¶ Ad tertium reſpondetur negando conſequentiaʒ. Et ratio eſt:q2 cum ratio deliberat de fine naturalis pietatis.⁊ de fine charitatis:ad hoc ꝙ ſit ordinatus motus.⁊ meritorius:neceſſe eſt.vt finis principii:ſit finis charitatis. Bene poteſt tamen finis pietatis naturalis:ſcʒ viſio fratris apud ſanctum Jacobum eſſe cauſa accelerationis motus:non tamen ex hoc cōſti

tueref duplex finis principalis.

a. ¶ Secundum.q. ſic p̄ceditur. Et videtur: q̄ homo deuz odio habere non poſſit. ¶ Primo ſic. Dicit Dionyſius de di.nominib⁹ q̄ omnibus amabile et diligibile eſt primum bonū et pulchrū. Hoc autem deus eſt. Ergo a nullo odio habetur. ¶ Secūdo ſic. Nullus poteſt ipſam bonitatez odio habere. ſicut nec malitiam velle. Malum enim eſt omnino voluntarium. vt dicit Dionyſius quarto de di. noībus. Deus autem eſt bonitas ipſa. Ergo nullus poteſt eum odio habere. ¶ Tertio ſic. Odium eſt aduerſio quedam. Sed ſicut dicit Dionyſius primo.c. de di.nominibus. De⁹ omnia ad ſeipſum cōuertit. Ergo nullus euz odio habere pōt. ¶ In oppoſitum eſt preſens euangelium.z. Illud.ps. Superbia eorum qui te oderunt: aſcendit ſemper. Et Joannis.xv. Nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta ſanctum Thomam. Odium eſt motus appetitiue potentie: que non mouetur niſi ab aliquo apprehenſo. Deus autem dupliciter apprehendi poteſt ab homine. Vno modo ſm̄ ſeipſum. puta cum per eſſentiaz videtur. Alio modo per effectus ſuos: cum.ſ. inuiſibilia dei p̄ ea que facta ſūt intellecta conſpiciuntur. Iſta diſtinctione poſita ſit iſta prima concluſio. Deus in ſeipſo odio haberi non poteſt: qm̄ ipſe per eſſentiam eſt ipſa bonitas: quā nullus odio habere poteſt q̄ꝛ de ratione boni eſt q̄ ametur. Vnde impoſſibile eſt: q̄ aliquis videns deum per eſſentiam: cum odio habeat. Secūdo poteſt comprehendi per effectus ſuos. Et q̄ꝛ eorum aliq̄ ſunt: qui nullo modo poſſunt eē contrarii voluntati humane: ſicut ſunt eſſe viuere: et intelligere. Et concluſio ſecunda iuxta Albertum. q̄ deus ſit principium dans eſſe: et continens in eſſe: et gubernans ad optimum ſue nature: vnumquodqz. et cū omnia appetant: eſſe ſicut: et bonum a nullo poteſt haberi odio ſed in iſta conſideratione: omnia aut naturali: aut animali: aut intellectuali motu amant deum. Sin autem quidam effectus dei qui repugnant inordinate voluntati: ſicut inflictio pene. et etiam cohibitio peccatorum. et per legem diuinam: que repugnāt voluntati deprauate per peccatum. et ſic eſt tertia concluſio. Et ſm̄ hanc con-

ſideratione talium effectuū ab aliquibus deus odio haberi poteſt inquantū.ſ.apprehenditur peccatorū prohibitor.et penarū inflictor. ¶Ad rōnes in opposi. ¶Ad primā rūdetur.q dictū Diony.ō appetitu naturali intelligitur qui tñ in damnatis puertitur per id quod addit ex ō liberata voluntate. Uel dicendū q ratio illa procedit ꝗ̃tum ad illos qui vident dei eſſentiam.que eſt ipſa eſſentia bonitatis. ¶Ad ſecundaȝ rūdetur eodem modo. ¶Ad tertiā reſpōdetur.q deus conuertit omnia ad ſeipſum.inquātum eſt eſſendi principium.q omnia inquātū ſunt tendunt in dei ſimilitudinem.qui eſt ipſum etc.

D tertiam.q.ſic procedit. Et videtur q non omnis ſolicitudo tpalium ſit prohibita ¶Primo ſic ex illo Luc.x. Maria ſollicita es erga plurima. ¶Secundo ex illo ad Ro. xii. Qui pest i ſollicitudine: ¶Tertio ex illo.i.Cor.7. Qui cū vxore eſt:ſolicitus eſt.que ſunt mūdi.quomō placeat vxori. ¶In oppo. videtur euangeliū pſens. ¶Rūdeo iuxta dominum. Albertū dicendū:q duplex eſt ſolicitudo. Una eſt ſuffocās. et eſt quando vitalis ſpiritus.q nobis lucet fide. et calet caritate ſolicitudine preſentis ſeculi.ſic ſtringitur.vel extinguitur.q ad deum ſe extendere non poteſt nec habere virtutem ad obſequium chriſti. nec ſpirare auras ſpiritus ſancti.tunc fit omnino quod dicitur in Mat.13. q verbum inter ſpinas cadens a ſolicitudinibus et curis ſeculi ſuffocatur.et non fert fructum. Et hec ſolicitudo eſt quando tanta cura mundanorū hētur. q mundana lucra preponuntur diuinis et hoc ſolicitudo hic interdicitur.alia ſolicitudo ſpiritum vitalem non ſtringēs. nec operiens:vt extinguat.ſed potius dilatans. vt ille qui totus aſcendit per deuotionem ad deum.dilatatur.et in prouidentia commiſſorum. Et hoc modo dicitur ad Ro.12. Qui preeſt in ſolicitudine etc. Et hec non interdicitur.ſed conceditur. Et illis quibus incumbit precipitur.i.Thi.5. Qui ſuorum et maxime domeſticorum curā non habet etc. Eſt etiam ſolicitudo circa temporalia bona:non tamē ꝗ̃ circa finem vltimum.et principalia bona.ſed ſicut circa organa. et inſtrumenta perueniendi ad conſequendum ſpiritualia bona. et talis ſolicitudo eſt licita.ſicut illa q ſunt Mar

the. Et ex his patet reſponſio ad obiecta.

¶Dominica 16. eſt euangelium. Ibat ieſus in ciuitatem q̃ ᷓc. Luc. 7. Circa quod mouetur tale dubium.

Vtrum hoc miraculũ quo reſuſcitauit filiũ vidue. fuerit ſufficienter oſtenſiuum diuinitatis chriſti: ſiue ꝙ chriſtus eēt verus deus. Et videtur ꝙ nõ. ¶Primo ſic. Eſſe deũ hoīez eſt ꝓprium xp̄i. Sed aliis multis tam veteri q̃z noui teſtamẽti ſanctis cõmune fuit reſuſcitare mortuũ. Ergo illa reſuſcitatio mortui: non fuit ſufficiẽs ad oſtendendũ diuinitatẽ chriſti. ¶Scdõ ſic. Virtute diuinitatis nihil eſt maius. Sed aliqui fecerunt maiora miracula: q̃ xp̄s. Dicitur. n. Jo. 4. Qui credit in me opera que ego facio: ꝛ ipſe faciet ꝛ maiora horuz faciet. Ergo videtur ꝙ hoc miraculum: nec alia que xp̄s fecerit fuerunt ſufficientia ad oſtendẽdum diuinitatez xp̄i. ¶Tertio ſic. ex particulari non ſufficienter oſtenditur vniuerſale. Sed iſtud miraculum fuit quoddaz particulare opus. Ergo ex illo nõ ſufficienter demonſtrata ē eſt diuinitas chriſti. ¶In oppoſitum: eſt euangeliũ: in quo ex magnitudine miraculi: dicitur: ꝙ accepit omnis timor ſcilicet admirationis: ꝛ glorificabant deum. Item patet ex illo, Joan. 5. Opera que dedit mihi pater: vt faciam: ipſa teſtimonium perhibent de me. ¶Reſpondeo dicendum ſub iſta cõcluſione. Miraculum hoc: qḋ chriſtus fecit: ſufficienter oſtendit diuinitatem chriſti: ſiue chriſtum eſſe deum. Iſta concluſio patet: quia ſuſcitatio mortui ſecundum ipſam ſpeciem operis tranſcendit omnem poteſtatem create virtutis. Et ideo non poterat fieri: niſi virtute diuina. ¶Secundo patet propter modum obſeruatum in faciendo hoc miraculum. quia non orando ſed imperando propria virtute fecit. Vnde dicit Luc. 6. ꝙ virtus exibat de illo: ꝛ ſanabat omnes. Per hoc oſtenditur ſicut dicit Cirillus: ꝙ non accipiebat alienam virtutem: ſed cum eſſet naturaliter deus propriam virtutem: ſuper īfirmos oſtendebat. Alii autem ſancti: qui fecerunt miracula faciebant hec implorando diuinam potentiam: ꝛ clementiam: non imperando. Et

ſi aliquando in talibus impera bant: hoc non erat propria vir tute. ſʒ exprimẽdo virtutẽ xpi tã ꝗ̃ miniſtri ⁊ nõ domini. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã rñ detur negando conſequẽtiã. Et rõ eſt qꝛ chriſtus operatus eſt hoc miraculũ: ⁊ alia: ꝓpria vir tute: quod nõ fecerũt alij: ſʒ vir tute diuina. Vñ quiſqʒ alꝰ ho mo aliquid eoꝝ fecit: ipſo faciẽ te fecit. hoc aũt ipſe. nõ aliis fa cientibus fecit. vt dicit Augu. ¶ Ad ſcðaʒ rñdeꝛ negando cõ ſequẽtiã. Et rõ eſt qꝛ lʒ xps de derit apoſtolis ptãtem miracu la faciendi: ⁊ maiora ꝗ̃ ipſe fe cerat: per ſeipſum. Maximum eñi iter miracula chriſti fuit ꝙ ad tactũ fimbrie eius ſanaban tur infirmi. vt habetur Math. 9. ſed de Petro legitur. Act. 5. ꝙ ad eius vmbrã ſanabantur ĩ firmi. Maius aũt eſt ꝙ ſanet vmbra: ꝗ̃ fimbria. ñ tñ apoſto li fecerunt miracula virtute ꝓ pria. ſed virtute Chriſti. Et iõ rõ non procedit. ¶ Ad tertiam reſpondetur etiã negando cõſe quentiã Et ad probationẽ re ſpondetur. ꝙ qñ aliquod parti culare opus propriũ eſt alieniꝰ agentis. tunc per id particula re opus probatur tota virtus agentis. ſicut cum rõnari ſi ꝓ priũ hoĩs. oſtẽditur aliquis eẽ homo. ex hoc ipſo. ꝙ rõcinatur circa quodcũqʒ particulare ꝓ poſitum Et ſiliter cuʒ propria virtute miracula facere ſit ſoli us dei: ſufficienter oſtenſuʒ eſt xpm eſſe deũ. ex quocunqʒ mi raculo. qđ propria virtute fecit

¶ In dñica decimaſeptima: ẽ euãgeliũ Cũ intraſſet ieſus do mũ ⁊c. Luc. 14. Circa qđ poſ ſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo. vtꝝ appetere prelã tionem ſit peccatum.

¶ Secundo. vtrum ambitio ſit peccatum.

Ad primã. q. ſic ꝓcedi tur. Et videꝛ ꝙ appe tere ꝑlationẽ vt epa tum ſit licitũ. ⁊ nõ ſit pctm̃. ¶ Primo ſic. Dr̃. i. Thi. 3. Qui epatuʒ deſiderat. bonũ opus deſiderat. Sʒ licitũ ⁊ lau dabile eſt bonũ opus deſidera re. Ergo licitum eſt deſidera re prelatiõem. ſiue epiſcopatuʒ ¶ Secundo ſic. Status epiſco patoruʒ eſt perfectioꝛ ꝗ̃ ſtatus religioſorum. Sed laudabile ẽ ꝙ aliqs deſideraret ad ſtatũ re ligioſorum tranſire. Ergo etiã laudabile eſt. ꝙ aliquis appe tat ad epiſcopatum: vel prela tionẽ promoueri. ¶ Tertio ſic. Facta ſanctorum. que in ſcri ptura narrantur. proponuntur nobis in exemplum. Sed legi

tur Iſaie.6.q᷑ Iſaias ſe obtuli ad officium predicationis. quod precipue conuenit prelatis. Ergo videtur q᷑ appetere prelationem. ſiue epiſcopatum ſit laudabile. ⁊ ita non ſit peccatum. ¶ In oppo. eſt euangelium preſens. vbi dominus reprehendit. eos. qui primos accubitus eligebant. Secundo eſt illd quod dicit Augu.9. de ciuitate dei. Locus ſuperior. ſine quo populus regi non poteſt. ⁊ ſi ad miniſtretur: vt decet tamen indecenter appetitur. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta ſanctum Thomam. in ſecunda ſecunde. q᷑ in epiſcopatu tria poſſunt cõſiderari. quorum vnum eſt principale ⁊ finale. ſcilicet epiſcopalis operatio. qua vtilitati proximorum intendit: ſecundũ illud Joannis vltimo. Paſce oues meas. Aliud eſt altitudo gradus. q᷑ epiſcopus ſiue prelatus ſuper alios conſtituitur. ſecundum illud Mathei.25. Fidelis ſeruus ⁊ prudens. quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Tertium autem eſt. q᷑ conſequenter ſe habet iſta ſcilicet reuerentia. ⁊ honor. ⁊ ſufficientia temporalium. ſecundum illud.1.Thi.5. Qui bñ preſũt p̃ſbyteri. duplici honorẽ digni habeantur. Qua conſideratione habita. reſpondetur per cõcluſiões. Prima eſt appetere epiſcopatum. ratione huiuſmodi circunſtantium bonorum. ſcilicet reuerentie honoris. ⁊ ſufficientie temporalium. eſt illicitũ. Patet q᷑ hoc pertinet ad cupiditatem vel ambitionem. Unde contra phariſeos dominus ait Mathei.23. Amant p̃mos accubitus in cenis. ⁊ primas cathedras in ſynagogis ſalutationem in foro. ⁊ vocari ab hominibus rabi. Secunda concluſio. quantum ad ſecundam ſcilicet ad celſitudinem gradus appetere prelationem. ſiue epiſcopatum eſt illicitum ⁊ peccatum. Patet. q᷑ hoc eſt preſumptuoſum. Patet. Nullus debet appetere ſupra ſuas vires. non ſibi proportionatum. aliter enim eſſet ſtultus. Oratius q̃ neſcit campeſtrib⁹ abſtinet ab armis. Sed ad epiſcopatum nullus eſt idoneus. niſi qui ſecũdum gradum ⁊ conuenientiã omnes alios excedit in conuerſatione ⁊ contemplatione ita vt in conſpectu ſui. alii ſint grex. Unde hanc idoneitatem de ſe preſumere. maxime ſuperbie eſt. Unde dominus Mathei. 2. arguit diſcipulos primatum querentes dicens. Scitis quia principes gentium dominan-

tur comni. &c. vbi Criſo. dicit. Per hoc oſtendit: q gentile ē primatus capere. Et ſic gentium comparatione: eorum animam eſtuantē conuertit. Tertia concluſio. Appetere proximis prodeſſe eſt: ſecundum ſe laudabile: & virtuoſum. Verū quia hoc prout eſt epiſcopalis actus habet annexum gradus celſitudinem. Eſt concluſio quarta. q videtur preſumptuoſum: q aliquis preeſſe appetat: ad hoc q ſubditis proſit: niſi manifeſta neceſſitate iminente: ſicut Gregori. dicit in paſtorali q tunc laudabile erat epiſcopatum querere quando per hoc quemq dubium non erat ad ſupplicia grauiora peruenire. bene tamen abſq preſumptione poteſt qlibet appetere talia opera facere: ſi enim contigerit in tali officio eſſe: ita q opus bonum cadat ſub deſiderio. non autem principatus dignitatis. Vnde Criſo. dicit ſuper Mat. Opus quidem deſiderare bonum: bonum eſt. primatum autem honoris concupiſcere: vanitas eſt: Primatus enim fugientem ſe deſiderat. deſiderantem ſe horret. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur: q Apoſtolus illud dixit: vt dicit Grego. in paſtorali: illo preerat: prius ad martyrium ducebatur. Et ſic nihil aderat in epiſcopatu q appeti poſſet: niſi bonum opus. ¶ Ad ſecundam rūdetur negando ꝯñam. Et rōē. qa nō ē eadē rō de ſtatu religiōis & de ſtatu epiſcopali propter duo. Primo. quidē q ad ſtatum epiſcopalem preexigitur vite perfectio: ſ ad ſtatum religionis non preexigitur Et huiuſmodi debere ratio eſt q ſecundum Diony. perfectio pertinet actiue ad epiſcopum. ſicut ad perfectionem. Ad monachum autē paſſiue: ſicut ad perfectum. Requiritur autem q ſit perfectus ad hoc, q poſſit alios ad perfectionem adducere quod non preexigitur in eo: qui debet ad perfectionem adduci. Eſt autem preſumptuoſum: q aliquis perfectum ſe reputet non autem q aliquis ad perfectionem tendat Secundo quia ille qui ſtatum religionis aſſumit: ſe alijs ſubijcit: ad ſpirtualia capienda. & hoc cuilibet licet. Vnde Augu. 13. de Ciui. dei. A ſtudio cognoſcende veritatis nemo prohibetur quod ad laudabile pertinet ocium. Sed ille qui tranſit ad ſtatum epiſcopalem: ſublimatus: ad hoc: q alijs prouideat: & hāc ſublimationē nullus debet ſi-

bi aſſumere ſecundum;illud ad Hebre.5. Nemo aſſumit ſibi honorem.ſed qui vocat a deo. Et Criſo. dicit ſuper Mat. Primatum eccleſie concupiſcere non iuſtum eſt nec vtile. Quis enim ſapiens vult vltro ſe ſubijcere ſeruituti: ⁊ periculo tali: vt decet.pro omni eccleſia.niſi forte qui non timet dei iudicium abutens primatu eccleſiaſtico ſeculariter: vt ſcilicet conuertat ipſum in ſecularem. ¶Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia ſicut dicit Grego.in paſtora. Jſaias qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatum: vidit ne non purgatus adire quiſq̃. ſacra myſteria audeat. Qr ergo valde defficile. eſt purgatum ſe quemlibet poſſe cognoſcere: predicationis officium tutius declinatur.

a D ſecundam queſtionē ſic proceditur Et videtur ꝙ ambitio non ſit peccatū. ¶Primo ſic Ambitio importat cupiditatem honoris. Sed honor de ſe quoddam bonum eſt maxime inter exteriora bona Unde ⁊ illi: qui de honore non curant vituperantur: ergo ambitio non eſt peccatum.ſed magis aliquid laudabile.ſecundum ꝙ bonum laudabiliter appetitur. ¶Secundo ſic. Quilibet abſq; vicio poteſt appetere,quod ſibi debetur Sed honor eſt premium virtutis primo: Ethi.⁊ octauo.ergo ambitio honoris: non eſt peccatum. ¶Tertio. Jllud per quod homo prouocatur ad bonum.⁊ reuocatur a malo non eſt peccatum. Sed per honorem homines prouocantur ad bona facienda.⁊ mala vitanda.ſicut philoſophus dicit tertio. Ethi. Et Tulius in libro de tuſculanis queſtionibus: ꝙ honor alit artes. Ergo ambitio non eſt peccatum. ¶Jn oppoſi.eſt euangelium preſens in quo manifeſte reprobat ambitionem honoris in hominibus. ¶Reſpondeo dicendum. ꝙ ambitio ſemper eſt peccatum. Jſta concluſio primo patet ex illo. i.Cor.2. Caritas non eſt ambitioſa.non querit que ſua ſūt. Nihil autem repugnat caritati.niſi peccatum.ergo ambitio eſt peccatum. Pro qua cōcluſione plenius oſtendenda notandum eſt iuxta ſanctum Tho.in ſecunda ſecunde ꝙ honor importat quādā; reuerentiā; alicui exhibitam in teſtimoniū excellentie eius Circa aūt excel-

lentiam hominis: duo ſunt attendenda. Primo quidem: quod illud ſm quod homo excellit: non habet homo a ſeipſo: ſed eſt quaſi diuinum in eo. Et ideo ex hoc non debetur principaliter ſibi honor. ſed deo. Secundo conſiderandum eſt: quod id in quo excellit datur homini a deo vt ex eo aliis proſit. Tripliciter ergo appetitum honoris contigit eſſe inordinatum. Uno modo per hoc: quod aliquis appetit teſtimonium de excellentia: quam non habet: quod eſt appetere honorem: ſupra ſuam proportionem. Alio modo per hoc: quod honorem ſibi cupit non referendo in deum. Tertio modo per hoc: quod appetitus eius in ipſo honore quieſcit non referens honorem ad vtilitatem aliorum. Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris. Unde manifeſtum eſt quod ambitio ſemper ſit peccatum. ¶ Ad rationem in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia appetitus boni debet regulari ſm rationem: cuius regulam ſi tranſcendat: erit vicioſus. Et hoc modo vicioſum eſt: quod aliquis appetat honorem non ſm ordinem rationis. Vituperantur autem: qui non curant de honore ſm quod ratio dictat. vt ſcilicet vitent ea. que ſunt contraria honori. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando minorem. Dicimus enim: quod honor non eſt premium virtutis: quo ad ipſum virtuoſum. vt. ſ. hoc pro premio expetere debeat. Sed pro premio expetit beatitudinem que eſt finis virtutis. Dicitur autem eſſe premium virtutis ex parte aliorum: qui non habent aliquid maius: quod virtuoſo tribuant quam honorem: qui ex hoc ipſo magnitudinem habent: quod perhibet teſtimonium virtuti. Unde patet: quod non ſufficiens premium. vt dicitur. 4. Ethi. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt quia ſicut per appetitum honoris quando debito modo appetit aliqui prouocantur ad bonum. et reuocantur a malo. ita etiam ſi inordinate appetatur: poteſt eſſe homini occaſio: multa mala faciendi: dum ſcilicet non curat qualitercunque honorem conſequi poſſit. ſiue dolis. ſiue fallaciis. Dicitur etiam: quod illi qui ſolum propter honorem vel bona faciunt: vel mala vitant: non ſunt virtuoſi. vt patet per phm. 3. Eth. vbi dicit. quod non ſunt vere fortes: qui propter honorem fortia faciunt.

¶In dominica decimaoctaua est euangelium. Audientes pharisei. Math.xxi. Circa qd possunt disputari se.q.

¶Primo: virum de caritate fuerint danda duo precepta.

¶Secundo: vtruz homo ex caritate debeat diligere proximũ: plusq̃ seipsum.

¶Tertio: vtrum christus sufficienter probauit phariseis in se habere diuinam naturam. d. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum.

a Ad primam questionem sic proced.f. Et videtur q̃ de caritate non fuerint dãda duo precepta. ¶Primo sic. Precepta legis ordinantur ad virtutem. Sed caritas est vna virtus. ergo de caritate nõ fuit dandum nisi vnum preceptuz. ¶Secundo sic. Dicit August. in primo de doctrina christiana. Charitas in proximo nõ diligit nisi deum. Sed ad diligẽdum deum sufficeret ordinatio per hoc preceptum diliges dominum deum. Ergo non oportuit dari aliud preceptuz de dilectione proximi. ¶Tertio sic. Apostolus dicit ad Romanos. xiii. Qui diligit proximum: legem impleuit. Sed non impletur lex: nisi per obseruantiam omnium preceptorum. Ergo omnia precepta includuntur in dilectione proximi. Sufficit ergo hoc vnum preceptum de dilectione proximi. Non ergo debuerunt dari duo precepta caritatis. ¶In oppositũ est xps in euangelio presenti: qui duo precepta ponit caritatis. ¶Respondeo dicendum sub aliquibus conclusionibus. Prima ẽ q̃ duo precepta charitatis posita a christo in euangelio presenti: sunt sufficientia. Ista conclusio probatur sic. Precepta in lege se habent sicut propositiones in scientiis speculatiuis in quibus conclusiones virtute continetur in primis principiis. Unde qui perfecte cognosceret principia ſm suam totam virtutem: non opus haberet: vt ei conclusiones seorsum proponerentur. Sed quia non omnes: qui cognoscũt pñcipia sufficiunt considerare quid in principiis virtute continentur: necesse est propter eos. vt in scientiis ex principiis conclusione deducantur. In operabilibus autem in quibus precepta legis nos dirigunt: finis habet rationem principii. dilectio autem dei: finis est ad quem dilectio proximi ordinatur. Et idõ non solum oportet dare prece-

ptum de dilectione dei: ſed etiam de dilectione proximi: propter minus capaces: qui nō de facili conſiderarent vnum horum preceptorum ſub alio contineri. Secunda concluſio inter iſta duo precepta. Primum dignitate et maximum eſt preceptum de dilectione dei. Patz iſta concluſio: ex illo verbo chriſti dicentis. hoc eſt primum et maximum mandatum in lege: maximum capacitate. Illud .n. eſt in quo omnia continentur: quia in iſto dilectio proximi cōcipitur: ſm quod in Jo. dicitur Qui diligit deum: diligit et proximum. Et ideo maximuz. Itē eſt primum origine. Tertia concluſio. q in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet: et prophete. i. tota doctrina legis. et ꝓphetaꝝ dependet ab eis. Iſta ꝯcluſio probatur de verbo xp̄i. Secundo rōne oſtenditur ſic. Finis enim in appetibilibꝰ ſe habet ſicut principium in ſpeculatiuis. Procedit enim ſcientia ex principiis. ad concluſiones. et ſicut tota ſcientia ex principiis iudicatur: ſic ꝗ in omnibus operationibus totum dependet a fine. Quia ergo dilectio eſt finis. finis precepti eſt charitas. vt dicit Augu. ideo ab iſtis dependent omnia alia. Et hec eſt expoſitio Auguſt. Origenes ſic exponit. In his. i. in obſeruantia iſtorum: pendet intellect legis. et prophetarum. qꝛ qui hec obſeruat: meretur intelligentiā legis et prophetarum. Eccle. 2. Qui timet's dominum: diligite illum: et illuminabuntur corda veſtra. ps. A mandatis eius intellexi. ¶ Nunc ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiaz. Et ratio eſt. qꝛ licet charitas ſit vna virtus: quem habet tamen duos actus: quorum vnus ordinatur ad alium: ſicut ad finem: precepta autem dantur de actibus virtutum: et ideo oportuit plura eſſe precepta charitas. ¶ Ad ſecundam reſpondet negando conſequentiam. Et ratio eſt. qꝛ licet deus diligatur in proximo: ſicut finis in eo: quod eſt ad finem: tū oportuit d vtroqꝫ explicite dari precepta: rōne iam dicta. ¶ Ad tertiam reſpōdetur eodem modo.

Diſcēdam. q. ſic ꝓceditur. Et vr̄ q hō ex caritate debeat plus diligere proximū qꝫ ſeipſum. ¶ Primo ſic. Principale obiectum caritatis eſt deꝰ. Sed quīqꝫ hō hꝫ ꝓximū magis deo ꝯiunctū qꝫ ſit ipſe. Ergo magis dꝫ aliquis talem diligere: qꝫ ſeipſuz.

¶ Secundo ſic. Detrimentuz illius magis vitamus:quē magis diligimus. Sed hō ex charitate ſuſtinet detrimentū pro primo. ſm illud Prouer.xii. Qui negligit damnuz propter amicuz:iuſtus eſt. Ergo homo ex caritate magis alium diligere:q̄ ſeipſum debet. ¶ Tertio ſic. Conformando id quod magis quis diligit in ſeipſo:eſt vivere. Sed caritas facit ponere vitam corporalem pro fratrib9 Ergo caritas facit magis diligere proximum:q̄ ſeipſū. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. vbi dicitur diliges proximū ſicut teipſum. Ex quo videtur:q dilectio hominis ad ſeipſum. et ſicut exemplar dilectionis:que habetur ad alterū. Sz exemplar potius eſt q̄ exēplatum. Ergo ex charitate magis debet homo diligere ſe: q̄ proximum. ¶ Reſpondeo dicēdū q in homine duo ſunt:ſcz natura ſpiritualis:et natura corporalis. Plus homo debet ſe diligere:quantum ad naturam ſpūalem:ſiue interiorem :q̄ quantum ad naturam corporalem ſiue exteriorē. Et ideo ea que ſūt bona nature:ſpūali ſiue interiori plus dz optare:q̄ e. que ſūt bona ſibi ſm naturā exteriorē. Iſto premiſſo ſit iſta concluſio Homo ſm naturā ſpiritualez magis debet poſt deum diligere ſeipſum:q̄ quen cūqz aliū. Iſta concluſio patet ex ipſa ratione diligendi. Nā deus diligitur vt principium boni.ſuper quo fundatur dilectio caritatis Homo autem ſe diligit ex caritate:ſm rationem:qua eſt pticeps predicti boni. Proximus autem diligitur ſm rationem ſocietatis. In iſto bono:conſociatio autem eſt ratio dilectionis:ſm quādam vnionez in ordine ad deum. Unde ſicut vnitas potior eſt q̄ vnio. ita q homo participet bonum diuinuz eſt potior:ratio diligendi :q̄ q alius aſſociet ſibi in hac participatione. Et ideo ex charitate debet magis ſeipſum diligere: q̄ proximum: Et huiuſmodi ſignum eſt ; q homo non debet ſubire aliquod malum peccati: contrariatur participationi btītudinis. vt proximum liberet a peccato. Secunda concluſio ē: q homo ex caritate magis debet diligere proximum : q̄ ſeipſum. ſm naturam corporalem. Patet concluſio . q: illud eſt magis diligendum quod habz pleniorem rationem diligibilis ex charitate. vt dictum eſt. Cōſociatio autem in plena participatione beatitudinis:qu e eſt

ratio diligendi proximum: eſt maior ratio diligendi: q̄ȝ participatio beatitudinis per redundantiã: que eſt rõ diligendi proprium corpus: ſiue naturã corporalẽ. Et ideo proximum quantuȝ ad ſalutẽ anime plus debemus diligere q̄ȝ propriũ corp⁹. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: q2 dilectio charitatis non ſolum habet quantitatem ex parte obiecti quod eſt deus: ſed etiam ex parte diligentis: qui eſt ipſe homo charitatem habens. Sicut ꝛ quantitas cuiuſlibet actionis dependet quodaȝ modo ex ipſo ſubiecto: ꝛ ideo licet proximus melior ſit deo propinquior: q2 tamen non eſt ita propinquus chritatem habenti. ſicut ipſe ſibi: non ſequitur. ꝙ magis debeat aliquis proximum q̄ȝ ſeipſuȝ diligere. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio ē: q2 homo debet detrimẽta corporalia pati: ꝛ ſuſtinere propter amicum. ꝛ hoc ipſo magis ſeipſum diligit ſecundum ſpiritualem mentem. q2 hoc pertinet ad perfectionem virtutis. que eſt bonum mentis: Sed in ſpiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando: vt proximum liberet a peccato: ſicut dictum eſt. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequẽtiam. Et ratio eſt: q2 tradere ſe morti propter amicum eſt perfectiſſimus actus virtutis. Unde hunc actum magis appetit virtuoſus: q̄ȝ vitã propriã corporalem. Unde ꝙ aliquis vitam propriam corporalem propter amicum ponat: non contingit ex hoc ꝙ aliquis plus amicũ q̄ȝ ſeipȝ diligat. ſȝ q2 in ſe plus diligit bonum virtutis: q̄ȝ bonum corporale.

a

D tertiam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ chriſtus non ſufficienter probauit phariſeis in ſe habere diuinam naturam ex illo: quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum dominũ. ¶ Primo ſic. q2 vt dicit Iſa. 53 generationẽ eius quis enarrabit: Si ergo generatio eterna eſt ineffabilis. de illa non poteſt intelligi textus ille. Ergo ex illo non potuit capi ſufficiẽs argumentum: ¶ Secundo ſic. Textus ille non videtur poſſe intelligi de chriſto. q2 dicitur ſede a dextris meis. q2 dextera ꝛ ſiniſtra ſunt differentie poſitionum corporalium. Sed nihil corporale conuenit deo q2 deus ſpiritus eſt. Jo. 4. Ergo

ſedere a dextris non conuenit filio dei. ¶ Tertio idem arguitur ex illo quod ſequitur. donec ponam inimicos: ⁊ cetera Ex quo videtur: ꝙ poſtꝙ poſuerit inimicos: ꝙ vltra non ſedebit a dextris dei. ¶ In oppoſi. eſt euangelium: vbi dicitur: ꝙ nemo poterat ei reſpōdere verbum. ¶ Reſpondeo dicendum chriſtus ſufficienter probauit in ſe naturam diuinā eſſe ex illo loco. Pro cuius euidentia conſiderandum: ꝙ licet phariſei legis periti cognouerunt ieſuꝫ eſſe verum chriſtum. ⁊ per conſequens deum ⁊ hominem qꝛ tamen conceperunt contra eum odium: ⁊ rancorē. hec vera eſtimatio corrupta ē in eis aliquo modo. Et ideo inceperunt euꝫ negare: ⁊ perſequi tanꝙ blaſſemum: qꝛ dicebat ſe eſſe dei filium. Et per conſequens incipiebat corrumpere ſcripturas. ⁊ damnare. que loquebantur de eius diuinitate Propter quod dominus fecit eis illaꝫ queſtionem de chriſto Cuius filiꝰ eſt Dicunt ei Dauid. Solum ſcilicet diuinitatem negando. Sꝫ chriſtus ait illis arguendo ī cōtrariū: quō Dauid in ſpiritu. i. in ſpiritu ſancto inſpiratus: vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo ⁊c. Quod enim ſcriptura ītelligatur de chriſto patet: qꝛ ipſi phariſei non negauerūt hec: ſed cōceſſerunt. ſede a dextris meis. Sedere a dextris vno modo accipitur pro equalitate: ſicut ſupra circa aſcenſionē dictum eſt. Et ſic chriſtus: ſecundū ꝙ deus ſedet ad dexteram. Alio modo eſt: eſſe in potioribus bonis. Et hoc modo cōuenit chriſto. ſecundum humanitatem. qꝛ vt ſic i gloria preeſt angelis donec ponam inimicos tuos ⁊c. iſtud complebitur in iudicio quando omnia perfecte ſubiicientur homini chriſto. Si ergo Dauid vocat eum dominum quomodo eſt filius. quaſi dicat cum ſecundum naturaꝫ humanā ſit filius Dauid ⁊ per conſequens eo inferior oportet ponere in eo aliam naturam ꝑ quaꝫ ſit dominus eius: ⁊ eo ſuperior Hoc autem eſſe non poteſt: niſi ſit diuina. Et ſic i chriſto ſūt due nature ſcilicet diuina: ⁊ humana. Et qꝛ ſufficienter probauit hoc ſequitur. nemo poterat reſpondere. qꝛ non poterāt ſcripturā negare. nec auſus fuit qſꝙ ex illa die amplius interrogare. Conſiderandum tamen: ꝙ vt dicit magiſter Nicolaus de lyra ꝙ iudei moderni diuinitatem chriſti negantes: dicūt

predictam auctoritatem eē ad litteram de Abraam: et Eliazar diſpenſator domus Abrahe fecit hunc pſalmum: agens deo gratias de victoria. quam habuit Abraam de quinqz regibus: vt patet Gene 14. poſt quam victoriam apparuit dominus Abraam dicens. Noli timere Abraam. Ego protector tuus ſum. et merces tua magna nimis. Dicunt ergo q Elizar loquitur ſic dixit dominus. i. deus celi. qui eſt dominus omnium dixit domino meo. Abraam ſede a dextris etc. qz confortauit eum: vt viſum eſt: promittendo ei auxilium et premiuz. Sed iſta expoſitio patet eſſe falſa ex multis. Primo p titulum. Pſal. vbi ponitur. Pſal Dauid etiaz in hebreo. qz non ponitur in pſalmis factis ab aliis. Secundo per illud quod ſcribitur in Pſal. eodem. Ex vtero ante luciferum genui te. Quod nō poteſt dici de Abraā: q ſit genitus ex vtero dei: vel ſubſtantia. et ante luciferum. i. ante mundi creationem ſed ſolum poteſt verificari de filio dei. Et iterum in fine pſalmi dicitur. Tu es ſacerdos etc. Quod non poteſt verificari de Abraam qui non fuit ſacerdos. Et dato q fuiſſet. tamen ſacerdotium eius non potuiſſet eſſe eternum: ſed ſolum ſacerdotium chriſti eſt eternū:

¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. qz licet generatio eterna ſit ineffabilis hominibus: non tamē deo: qui de ea loquuntur in ſacra ſcriptura.

¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiaz. Et ratio eſt: qz per dexteram non intelligitur aliqua ſedes localis: ſed equalitas glorie et honoris: ſicut dictuz eſt: in qua eſt equalis chriſtus patri: ſm q deus.

¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiaz. Et ratio eſt: quia li. donec: aliquādo importat tempus determinatum aliquando infinituz. Hic vero importat infinitum.

¶ In dominica decimanona eſt euangelium. Aſcendens ieſus in naviculam Mat. 9. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrum chriſtus ſecundum q homo habuit poteſtatem dimittendi peccata.

¶ Secundo. vtrū a chriſto fuerit aliqua poteſtas collata miniſtris eccleſie ad expulſionem vel remiſſionem peccati.

¶ Tertio: vtrum eque facile ſit paraliticum curare: et peccata dimittere.

Ad primum.q.ſic ꝓceditur. Et videtur q christus ſecunduz q homo: habuit poteſtatem dimittendi peccata. ¶ Primo ſic ex preſenti euangelio vbi dicitur. vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata dixit paralico. Surge et ambula. Sed non oportebat oſtendere ſignum ad probanduz: q deus haberet poteſtatem dimittẽdi peccata: q3 hoc iudei confitebantur. Ergo etiã ſm q hõ habuit poteſtatẽ dimittendi peccata. ¶ Secundo ſic. Chriſtus ſecunduz homo: eſt redemptor noſter. Sed nõ poteſt aliquis liberari a ſeruitute peccati niſi ſibi peccatum dimiſſum eſt. Ergo xp̄s ſecundum q homo: habuit poteſtatẽ dimittendi peccata. ¶ Tertio ſic. ſup illud Jo. 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos rc. dicit Auguſt. Judicat et ſuſcitat corpora: non pater: ſed filius ſecundũ humanitatis diſpenſationẽ: que minor eſt patre. Sed ſuſcitatio corpoꝝ atteſtatur ſuſcitationi animaꝝ que fit per remiſſionez peccati: Ergo chriſtus ſm q homo: potuit dimittere peccata. ¶ In oppo. ſic. Illud q eſt ſolius dei: nõ conuenit xp̄o ſm q hõ. Sed dimittere peccata eſt huiuſmodi ſecundũ illud Jſa. 43. Ego ſum: q deleo iniquitates tuas: ꝓpter me. Ergo nõ ↄueńit xp̄o ſm q homo. ¶ Secundo ſic. Nulli remittitur peccatũ: niſi per ſpiritum ſanctũ. Sed xp̄s ſm q homo: nõ poterat dare ſpiritũ ſanctuz. Ergo non poterat remittere peccata ſm q homo. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta ſanctũ Tho. q triplex eſt poteſtas abſoluendi a peccato Una eſt poteſtas auctoritatis. Et hec ſolius eſt dei: qui propria virtute peccata dimittit: q̄ ſi principalis cauſa remiſſionis peccati. Unde de tali poteſtate ſit iſta concluſio. Chriſtꝰ remittere peccata non potuit ſm q hõ. Patet cõcluſio ſic. Jlle ſolus põt peccã dimittere ꝓpria poteſtate: q põt aias viuificare. Sed ſolius dei ẽ animas viuificare. vt dicit Augu. ſuper Jo. Ergo rc. Alia poteſtas eſt miniſterij. Et de tali ẽ ſecunda cõcluſio. q talis ptãs cõuenit his qui ſacramẽta miniſtrant: vel diſpenſant. Jn quibus diuina virtus ſecretiꝰ operatur ſalutem. Tertia poteſtas eſt media: que dicitur poteſtas excellentie. Et de iſta eſt tertia concluſio. q hanc Chriſtus pre aliis habuit. ¶ Attenditur

autem hec poteſtas: quantum ad tria. Primo: quantum ad hoc: ꝙ ex merito paſſionis eius baptiſmus efficaciã habet: nõ autem ex merito alicuius baptizantium. Secundo quantum ad hoc: ꝙ xp̃s ſine ſacramento ſacramentorum effectum conferre poterat: quaſi dominus et inſtitutor ſacramentorum: qḋ de aliis non dicitur ꝛc. Tertio quantum ad hoc. ꝙ ad inuocationem nominis eius: dabatur remiſſio peccatorum in baptiſmo: in prima eccleſia. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſeqñtiam. Et ratio eſt. q2 filius habebat poteſtatem auctoritatis dimittendi peccata: non ſm ꝙ homo: ſed ſm ꝙ deus. Et ideo per miraculum oſtenſum hoc probatur. ꝙ ille homo eſſet deus: cui natura obediebat quaſi proprio creatori. ¶ Ad ſecundã reſpondetur negãdo conſequẽtiam. Et ratio eſt. q2 redẽptor vno modo dicitur propter vſũ poteſtatis auctoritatiue in abſoluendo a peccato. et ſic xp̃s: ſcʒ ꝙ deus redemptor eſt. Alio modo dicitur propter officium humilitatis, et ſic competit xp̃o eẽ redeptorem. ſm ꝙ homo: inq̃ʒ tum per humilitatem paſſiõis nobis remiſſionem meruit peccatorum. et hoc pertinet ad poteſtatem excellentie. vt dictum eſt. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiaʒ. de poteſtate auctoritatiua. Dicimꝰ enim ꝙ poteſtas quã xp̃s habuit ſuſcitandi corpora: nõ fuit poteſtas tm̃ miniſterii. ſicut ẽt Petrus mortuos ſuſcitare. Nec eſt iterum poteſtas auctoritatis. q2 hoc ſolius dei eſt. ſʒ eſt poteſtas cuiuſdam excellentie. que ei competit ex vnione ad deum vt ſcʒ imperio nõ prece mortuos ſuſcitare. et ſimul habuit ptãtem excellentie in remittendo peccata.

Ad ſecundam. q. ſic procedttur. Et videtur. ꝙ a xp̃o ſi erit aliqua poteſtas collata miniſtris ad expulſionem ſiue remiſſionẽ peccati. ¶ Primo. Data eſt miniſtris aliqua poteſtas ſp̃ualis. ſed ad emundationem corporalem non requiritur aliqua poteſtas ſpiritualis: ſed ſufficit corporalis. Ergo miniſtris collata eſt aliqua poteſtas ſp̃ualis ad emundationeʒ interiorẽ. ¶ Secundo ſic. Secundum Dionyſ. vi. cele. Jerarchie. ad miniſtros eccleſie pertiet purgare illuminare et perficere. Sed purgatio in eccleſia fit a ſo dib. is mẽtis Ergo miniſtris eſt data pote-

ſtas cooperandi ad interiorem emundationem. ¶ Tertio ſic. Plus eſt expellere demonem q̃ ſemina um per ipſum .ſ. peccatum. Sed deus dedit hominibus poteſtatem: demones expellendi. vt patz Luce. x. Ergo multo fortius potuit dare poteſtatem expellendi peccatum. ¶ In oppo. arguitur ſic. Maius eſt iuſtificare impiū. q̃ creare celum ⁊ terraz. Sed in creatione celi ⁊ terre nihil deo cooperatur. Ergo nec in iuſtificatione impii. ¶ Reſpondeo dicendum ſub certis concluſionibus iuxta triplicem poteſtatez determinatam in ſuperiori q̃one. Prima poteſtas auctoritatis expellendi peccati: ſiue emūdandi animas a peccatis non poteſt creature alicui, cōmunicari. Iſta concluſio patet ſic. Quicquid enim cōmunicatuz alicui: traberet ipſum extra terminos ſpeciei: non poteſt communicari ei: ſicut equo non poteſt cōmunicari q̄ habeat rōnē q̃uis hoc cōmunicatum ſit homini. q̄ autem cōmunicatum alicui traberet ipſum extra terminos creature non poteſt alicui creature cōmunicari. Poteſtas autem auctoritatis ē huiuſmodi. q: non pōt eſſe: q̄ creatura ſit principale agens reſpectu nobiliſſimi effectus: quo vltimo fini coniungitur anima rationalis: cuius eſt gratia p quā fit remiſſio peccatorum. Secūda concluſio. Poteſtas miniſterii cooperationis ad emundationem interiorem: collata ē miniſtris: non ſicut cauſans. ſz ſicut diſponens ad eam. Ipſi enim ſacramenta conferūt: que ad gratiam diſponunt: per quā fit remiſſio peccatorum. Jo. ii. Dicitur diſcipulis. Quorū remiſeritis peccata remittuntur eis. Nec hoc dicitur: quantuz ad manifeſtationem tm̄. ſicut aliqui volunt dicere. q: ſic ſacerdos noui teſtamenti. Ergo opz itelligere: q̄ aliquo modo cooperemur ad emūdationem culpe inſtrūaliter ⁊ diſpoſitiue ſicut dictū eſt. ¶ Tertia ꝯcluſio. Ptātem excellentie deus hoī paro ꝯferre potuit: ⁊ ita miniſtris eccleſie. Potuit enī tante grē plenitudinē ꝯferre. vt eorū meritū cooperareſ ad ſacramentoꝝ effectus. vt ad inuocationez nominū ipſoꝝ ſanctificarentur ſacrā. ſed tm̄ nō fuit decens. vt ꝯferrent: ne ſpem in hoīe ponerent. ⁊ vt eccleſie verum caput eē oñderetur. a quo oīa mēbra ſpūalem ſenſum ⁊ motū recipe rent: qd̄ eſt xp̄s. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primū rñdetur

q potestas ſpūalis q̄ miniſtris eccleſie cōceditur: ad aliquid interius ſe extēdit ſicut virtus ſacram entalis: ſed non ad collatio nem gratie: per quam eſt remiſſio peccatorum. directe et principaliter pertingendo ſeu diſponēdo ſicut dictū eſt. ¶ Ad ſecūdā rūdetur: q purgatio de qua Dionyſius loquitur: eſt a tenebris ignorantie ſicut ipſemet dicit. Unde magis ptinet ad intellectum q̄ȝ ad effectum ¶ Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptum. Et rō eſt: q̄r poteſtas data hominibus expellēdi demones: eſt quantum ad effectuȝ nocumenti corporalis quē in vitatis faciūt. nō quantū ad effectū nocumēti ſpūalis quod eſt peccatum: q̄r hoc ſolius dei eſt peccatū expellere: a ſeruitute dmones liberare. Jo. 8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis.

D tertiam. q. ſic ꝓceditur. Et videt q nō eque facile ſit curare paraliticū: et peccata dimittere. ¶ Primo ſic. Uirtute nature per artem medicine poteſt paraliticus quandoqȝ curari. Sȝ dimittere peccata ſuperexcedit in tm̄ omneȝ virtutem creatam: et humanaȝ et angelicā: vt ſit ſolius dei hoc facere: ſicut patet. Iſa. lxvi. Ego ſum qui deleo iniquitates et pctā ergo et cetera. ¶ Sc̄do ſic. Quanto aīa eſt nobilior corpore tanto peccatum dimittere maius eſt. quaȝ corpus ſanare. ¶ Tertio. ſic. Maius eſt iuſtificare impium. q̄ȝ creare celuȝ et terraȝ. Ergo magis eſt dimittere peccata q̄ȝ ſanare paraliticum. cuȝ iuſtificatio ſit impii peccatoruȝ remiſſio. ¶ In oppoſitum videtur eſſe preſens euangelium.

¶ Reſpondeo dicendum. q iſta comparatio poteſt fieri reſpectu operantis. et ſic ambo ſunt eque facilia. Uel reſpectu operantis. et ſic dimittere peccata eſt difficilius. quia vt dicit Auguſt. magis eſt de impio facere pium: q̄ȝ celum et terram creare: quia deus habet ibi reſiſtentiam. ſcilicet voluntatem prauam. In creatione autem nihil reſiſtens habuit. Uel poteſt fieri comparatō reſpectu noſtre cognitionis. Et ſic facilius eſt dicere remittuntur peccata q̄ȝ dicere paralitico ſurge et cetera. quia illud non videmus. iſtud autem videntes admiramur. Criſo. Quanto anima potior eſt corpore. tanto curatio anime plus eſt: q̄ȝ corporis. quia illud occultum eſt: addit quod manifeſtum eſt. Uel poteſt intelligi reſpectu le

curioſus: Ac ſi dicat. Eque facile eſt dicere: dimittuntur tibi peccata tua. ⁊ dicere ſurge ⁊ ambula. Si ergo videretis ꝙ ad meum dicere ſurge ⁊ ambula ſequitur curatio corporis credatiſqꝫ ad meum dicere: remittuntur tibi peccata tua: ſequitur curatio mentis. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur. ꝙ licet paraliſis virtute nature aliquādo poſſit curari: non tamen ſubito. Nec ita perfecte: ꝙ ſtatiꝫ homo poſſit lectum in quo iacet portare ſicut dicitur hic. Unde per imperii tanꝗ̄ propria virtute ſanare paraliticuꝫ eiuſdem poteſtatis eſt: ſicut dimittere peccata: Propter qđ dicit. quid eſt facilius dicere ⁊c. Quaſi diceret. Equalis ſūt poteſtatis. vtrumqꝫ: et quo cōcludit virtutem ſue diuinitatis perfectam. dicens vt autē ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata vt deus: non vt homo purus: tunc ait paralitico ſurge ⁊c. Unde verbo imperatiuo curauit quod eſt propriuꝫ dei ⁊c. Ps. Dixit: ⁊ facta ſunt. Tria habebat īfirmus: iacebat in lecto: portabatur ab alijs. ⁊ ire non poterat. Quia ergo iacebat: dixit ſurge. quia in lecto portabatur: dixit. tolle lectum tuum. quia ire non poterat: dixit. ⁊ ambula. Dei enim perfecta ſunt opera: Deutro. xxii. Sicut autem per litteram habentem ſigillum declaratur voluntas ipſius ſcribentis: ſic per ſignum quod eſt virtutis diuine manifeſtiſſimum: oſtenditur veritas diuine virtutis. Alii autem ſancti qui fecerunt miracula faciunt hoc implorando diuinam potentiam ⁊ clementiam ⁊ non imperando. Et ſi aliquādo in talibus imperabant: hoc non erat virtute propria: ſed exprimendo virtutem chriſti: tanꝗ̄ miniſtri non domini. ſicut aliquando imperabant demonibus: vt recederēt ab obſeſſis corporibus in nomine chriſti ⁊ auctoritate eius. ¶ Ad ſecundam dicitur: ꝙ licet ſanare animam ſit maius ꝗ̄ ſanare corpus: tamen vnius ⁊ eiuſdeꝫ poteſtatis ſunt. ¶ Ad tertiam patet reſponſio ex dictis.

¶ In dominica. xx. eſt euangelium. Dicebat Jeſus turbis in p[ar]abolis? [illegible]rum ⁊c. Mathei. xx. Circa [qu]od poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtruꝫ pater celeſtis fecit nuptias filio quando nature humane coniunxit.

¶ Secundo vtrum caritas ſit veſtis nuptialis.

¶ Tertio: v. cum nõ habens veſtem nuptialem. ſ. caritatem. finaliter proiiciatur in tenebras exteriores vbi erit fletus et ſtridor dentium.

a D primum ſic procedunt. Et videtur  pater nõ fecit nuptias filio ſuo: quãdo humane nature coniunxit.

¶ Primo ſic. Matrimonium eſt viri et mulieris coniunctio: indiuiduam vite conſuetudinem retinens. xxvii. q. paragra. primo. extra de preſump. illõ: et inſtitu. de nuptiis paragra. ſecundo. Sed coniunctio filii cum humana natura nõ eſt coniunctio viri et mulieris. Ergo etc. ¶ Secundo ſic. Conſenſus facit matrimonium vi. xxvii. q ii. c. matrimonium. Sed in coniunctione iſta filii dei cum natura nullus videtur preceſſiſſe cõſenſus. Ergo etc. ¶ Tertio ſic. In matrimonio ſunt due perſone diſtincte: ſcilicet maritus et vxor. Sed in iſta coniunctione nõ diſtincte perſone: ſed vnio humane nature facta eſt in perſona filii dei. Ergo nõ poteſt dici matrimonium ſine nuptie. ¶ In oppoſitũ eſt euangelium preſens.

¶ Reſpondeo dicendũ  tres nuptie dicuntur ſpirituales filii dei. ſcilicet in natura in ſpiritu. in gloria. In natura. quando ſibi noſtram naturam vniuit. In ſpiritu quando ſpiritum hominis ſibi coniunxit. In gloria quando hominem totum luce ſue diuinitatis impleuit. Prime facte ſunt in vtero virginis. Secũde in cõſcientie thalamo. Tertie in faciei dei ſecreto. De primis dicitur in pſalmo. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. De ſecundis. O ſee. Quinto. Spõſabo te mihi i fide in ſempiternũ. De tertiis. Apocalyp. xix. Venerunt nuptie agni. etc. De primis hic dicitur. Simile eſt regnũ hominum regi. q fecit nuptias filio ſuo. Per iſtas nuptias intelligitur verbi incarnatio. Tunc enim deus: vt ait Gregorius. Pater fecit nuptias filio ſuo: quando naturam humanam copulauit diuine in vno ſuppoſito: Que quidem nuptie celebrate ſunt in vtero virginali de quo chriſtus exiuit tãquã ſponſus procedens de thalamo ſuo. Ad quas nuptias inuitauit omnes fideles: ad quos inuitandos miſit ſeruos ſuos primo ſcilicet pphetas: qui populos exhortarentur: expectare chriſti aduentum et credere in

ipſum per fidem: et opera bona et nolebant venire. quia nolebãt verbis prophetarum obedire. Unde Iere.xxv. Miſit dominus ad vos ſeruos ſuos prophetas. Et ſequitur infra. Et non audiſtis. Inclinaſtis aures vr̃as ut audiretis: cũ dicerent reuertimini reuertimini vnuſquiſq; a via ſua mala. Item miſit alios ſeruos: qui de propinquo anũciarunt aduentũ chriſti. ut Joãnes baptiſta et diſcipuli chriſti miſſi ab eo in omnem ciuitatẽ et locum quo ipſe erat venturus: ut habetur Luc.x. In quibus nuptiis prãdium paratum erat. Illud prandium erat ſpiritualis refectio anime. Vñ ait. Prandium meum paraui: videlicet ſacramẽta eccleſie et doctrinam: quibus reficitur anima et potiſſime ſacramentũ eucharistie in quo datur nobis caro chriſti in cibũ. et ſanguis eius in potum. Admirabile certe cõuiuiũ in quo chriſtus ſumitur: mens impletur gratia: et future glorie nobis pignus daſ. Thauri et altilia occiſa ſunt. Thauri ſũt p̃cepta moralia: et altilia ſũt conſilia ſuperaddita. Merito ergo dicit feciſſe pater nuptias filio ſuo. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur: q̃ illa eſt diffinitio matrimonii carnalis. hoc autẽ matrimoniũ eſt ſpirituale. Et ſufficit: q̃ hic ſit vnio inſeparabilis inter filiũ dei: et naturã aſſumptaẽ in vnitate perſone: et ita eſt quedã indiuiduitas vite in perſona. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando: q̃ non interuenit cõſenſus. im mo interuenit: quoniam annunciante angelo beate virgini propoſitum patris celeſtis de nuptiis huiuſmodi faciendis filio ſuo: beatiſſima conſẽſit loco totius hũane nature. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Ratio enim habere ceᵗ locum in matrimonio carnali. In ſpirituali autem non ſequitur: quia in hoc matrimonio et ſi due nature diſtincte coniungantur: tamen in vna pſona vniuntur. Et ita nõ poteſt eſſe dualitas perſonarũ q̃ natura humana aſſumpta eſt ad perſonalitatẽ diuinã.

Ad ſecundam queſtionem ſic proceditur. Et videtur q̃ non. ¶ Primo ſic. [C]aritas nõ eſt excellentiſſima [vi]rtutum. Ergo non eſt nominanda tanquam omnium digniſſima veſtis nuptialis. Conſequentia patet. Aſſumptum probatur ſic. Altioris potentie

alior eſt virtus: ſicut et altior operatio. Sed intellectus eſt altior voluntate: et dirigit ipſam. Ergo fides que eſt in itellectu excellentior eſt caritate que eſt in voluntate. ¶ Secundo ſic. Id quod aliquid operatur: videtur eo eſſe inferius: ſicut miniſter: per quem dominus operatur: eſt inferior domino. Sed fides per dilectionem operatur: vt dicitur Gala. quinto Ergo fides excellentior eſt caritate. ¶ Tertio ſic. Id quod ſe habet ex additione ad aliud videtur eſſe perfectius. Sed ſpes videtur ſe habere ex additione ad caritatem. Nam caritatis obiectum eſt bonum ſpei autē obiectum eſt bonum arduum. Ergo ſpes eſt excellentior caritate. ¶ In oppoſitum eſt euangelium: vbi caritas vocatur veſtis nuptialis vt dicit Grego. Secundo eſt illud .i. Corin. 4. Vbi enumeratis. virtutibus theol. dicit apoſtolus: maior bonum eſt caritas. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ caritas merito dicitur veſtis nuptialis. Tū quia ipſa eſt que diuidit inter filios regni. et perditionis. vt dicit Augu. Tum quia ſecundū Gre. ipſa eſt. qua chriſtus indutus venit ad nuptias. quoniam ex caritate incarnari voluit. Hiere. 31. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te. miſerans. Tum tertio caritas dicitur veſtis nuptialis. qa vniuerſa delicta operit caritas. Tum quarto quia ornat omnia opera Sine caritate enim opera noſtra non placent deo i. Corin. 13. Si deſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. caritatem autem non habeam. nihil mihi prodeſt Tum quinto dicitur veſtis nuptialis: quia matrimonia fiunt propter amicitiam reformandam. In matrimonio autem filii dei cum natura humana amicitia inter nos et deum eſt reformata ad Ephe. i. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnū etc. Tum ſexto dicitur caritas veſtis nuptialis. quoniam eſt excellentiſſima virtutum. Quod ſic patet. Quum bonum in humanis actibus attēdatur. ſecundum ꝙ regulatur debita regula nec eſſe eſt. ꝙ virtus humana. que eſt principium bonorum actuum. conſiſtat in attingendo humanorum actuum regulam. Eſt autem duplex regula humanorum actuum ſcilicet ratio humana et deus. Sed deus eſt prima regula. a qua etiā humana ratio regulanda eſt: Et ideo virtutes theologice

que conſiſtunt in attingendo il lã regulã primã.eo q eaꝝ obiectũ eſt deus. excellẽtiores ſunt moralibus virtutib⁹.vel intellectualibus.que conſiſtũt in attigendo rõnem humanã. ꝓpter quod opꝫ vt etiam inter ipſas virtutes theologicas.illa ſit potior.que magis deum attingit Semper autem id quod eſt per ſe magis eſt eo.quod eſt ꝑ aliud. Fides autem ⁊ ſpes attingunt quidem deũ ſecundũ q ex ipſo ꝓuenit nobis vel cognitio veri.vel adeptio boni. Sed caritas attingit ipſum deum vt in ipſo ſiſtat.non vt ex eo aliquid nobis ꝓueniat Et iõ caritas eſt excellẽtior fide.⁊ ſpe. Et per conſequens omnibus aliis virtutibus. Sicut etiaꝫ que attingit rationem ſm ſe.eſt excellentior.q̃ȝ alie virtutes morales que attingunt rõnem:ſm q ex ea:medium cõſtituitur in operationibus.vel paſſionibus humanis. ¶Ad rationes in oppoſitum. ¶Ad primam rñdetur negãdo conſequentiam. Et rõ eſt.q: operatio intellectus completur ſm q res intelligitur .ẽ in itelligente. Et ideo nobilitas operatiõis intellectualis attenditur ſm menſuram intellect⁹ opatio aũt voluntatis. ⁊ cuiuſlibet virtutis appetitiue ꝑficit in inclinatione appetitus ad rem: ſicut ad terminum. Ideo dignitas operationis appetitiue attẽditur ſꝫ rẽ.que eſt obiectũ operationis. Ea aũt que ſũt infra aiam nobiliori modo ſunt in aia: q̃ȝ in ſeipſis.q: vnũquodqꝫ qđ eſt in alio:ẽ ꝑ modũ ei⁹:in quo eſt.vt habet in libro de cauſis Que vero ſunt ſupra aiam:nobiliori mõ ſũt in ſeipſis:q̃ȝ ſint in aia: Et ideo eoꝝ que ſunt infra nos:nobilior ẽ cognitio q̃ȝ dilectio. Propter qđ phil. ſexto. Ethicoꝝ pretulit virtutes itellectuales virtutibus moralibus. Sed eorũ que ſunt ſupra nos:⁊ precipue dilectio dei:cognitioni ꝓfert. Et ideo caritas eſt excellẽtior fide ¶Ad ſcđam reſpondetur negando cõſequẽtiam. Et rõ eſt.q: fides nõ operatur per dilectionem: ſicut ꝑ inſtrumẽtũ:vt dñs per ſeruũ ſed ſicut ꝑ formã ꝓpriam . Et ideo rõ nõ ꝓcedit. ¶Ad tertiã rñdetur negando ꝯñam. Et rõ eſt:q: idẽ eſt obiectũ caritatis ⁊ ſpei. Sꝫ caritas iportat vnionem ad illud bonũ.ſpes aũt diſtantiã quandam ab eo:⁊ inde eſt q caritas non reſpicit illud bonũ:vt arduũ:ſicut ſpes. Qđ eni iaꝫ vnitũ eſt non hꝫ rõnem ardui. Et ex hoc apparet q caritas ſit perfectior ſpe.

Ad tertiam ſic procedi tur. Et videtur: q non habens veſtem nuptia lem.i.carnatem. finaliter non proiicietur in tenebras exterio res.i.corporales. vbi erit fletus et ſtridor dentium. ¶ Primo ſic. In inferno nõ ſunt tenebre corporales. Ergo etc. Aſſump ptũ probatur: q damnati: po tentiam habebũt viſiuam poſt corporum reſumptionem. Sꝫ fruſtra in eis eſſet niſi aliquid viderent. Ergo cũ nihil videa tur: niſi in lumine: videtur q nõ ſit omnino in tenebris. ¶ Se cundo ſic. Damnati vident pe nam ſuam. Hoc enim eſt eis ad augmentum pene. Sed ni hil videtur ſine lumine. Ergo nõ ſunt ibi tenebre corporales. ¶ Tertio ſic. Lux naturaliter ſequitur igneꝫ. vbi ergo erit ag gregatio ignis: erit et luminis. Sed in inferno erit ignis: ergo etc. ¶ Quarto arguitur: q non erit fletus corporalis; nec ſtri dor dentium ſic. Fletus corpo ralis fit per quandaꝫ reſolutio nem lachrymarum. ſed a cor poralibus damnatorum nõ po teſt fieri perpetua reſolutio q̃ nihil in eis per cibum reſtaure tur. Omne enim finitum conſu mitur: ſi aliquid ab eo cõtinue abſtrahatur. ergo in damnatis nõ erit corporalis fletus. ¶ In oppo. eſt euangelium preſens. ¶ Reſpondeo dicendum primo circa tenebras corporales ſm Iſidorum. Ignis gehenne ha bet lucem ad aliquid. et ad ali quid nõ habebit. Pro quo no tandum iuxta ſanctum Tho. q diſpoſitio inferni erit talis. vt maxime miſerie damnatorum competat. Unde ſm hoc ſunt ibi lux et tenebre: prout maxime expectat ad miſeriam damna torum. Ipſa autem viſio. ſm ſe eſt delectabilis. Ut enim di cit 2. Metha ſenſus oculorum eſt maxime diligibilis; eo q per ipſum plura cognoſcimus. Sꝫ per accidens contingit: viſionẽ eſſe afflictiuam: inquantum vi demus aliqua nobis nociua: vel voluntati noſtre repugnan tia. Et ideo in inferno locus ita debet eſſe diſpoſitus ad viden dum: ſm lucem et tenebras: q nihil ibi perſpicue videatur. ſꝫ ſolummodo ſub quadam vm brofitate videantur illa. que af flictionem cordi ingerere poſ ſunt. Unde ſimpliciter loquen do locus eſt tenebroſus: ſed ta men ex diuina diſpoſitione eſt ibi aliquid luminis: quantum ſufficit ad videndum illa: que animam torquere poſſunt. Ad hoc ſatiſfacit naturalis ſitus lo

eſt:q2 in terre medio vbi infernus ponitur:nõ poteſt eē ignis niſi feculẽtus ⁊ turbidus.⁊ quaſi fumoſus. Vñ circa hoc notat dominus Bonauẽ.ꝙ ignis eſt in triplici differentia. Eſt.n. ignis purus.vt ē in propria materia:⁊ ignis incorporatus.vt ē in materia aliena.vt in terrea. vel in aerea.⁊ eſt ignis.nõ eniꝫ incorporatus.ſed etiam pmixtus.vt ignis ſulphureus. ⁊ fumoſus. Primus eſt lux.⁊ pure lucet ⁊ abundanter. Secundus eſt ignis carbo ⁊ flamma. Hic autem lucet:⁊ tenebras expellit. Tertius eſt ignis fumoſus. ⁊ talis eſt tenebroſus.⁊ iſte erit in inferno. Ex iſtis patet reſpõſio ad tria obiecta. ¶ Ad quartam reſpondetur.ꝙ in fletu corporali duo inueniuntur. quarũ vnum eſt lachrymarum reſolutio:⁊ quantum ad hoc flet⁹ corporalis in damnatis eſſe nõ poteſt.q2 poſt diem iudicii quieſcente motu primi mobilis non eſt aliqua generatio vel corruptio vl̄ corporalis alteratio. In lachrymarum reſolutione opꝫ eſſe alicuius humoris generationem.qui per lachrymas diſtillat. Vnde quantuꝫ ad hoc corporalis fletus in damnatis eē non poteſt. Aliud quod inuenitur in corporali fletu:eſt quedã cõmotio ⁊ turbatio capitis et oculorum. Et quantũ ad hoc fletus in damnatis eſſe poterit poſt reſurrectionem corporum damnatorum:qui non ſolũ ab exteriori affligentur.ſed etiam ab interiori:ſm ꝙ corpus immutatur ad paſſioneꝫ anime in bonum vel malum. Et quantum ad hoc:fletus reſpondet delectatiõi.que fit in anima.⁊ in corpore. Et ita patet reſponſio ad obiectum.

¶ In dominica.xxi.eſt euangelium. Erat quidam regulus. Jo.x. Circa quod poſſũt diſputari ſequentes.q.

¶ Primo:vtrum regulus iſte: cuius filius infirmabatur:iuſte fuit reprehenſus a chriſto dicẽte. niſi videritis ſigna ⁊ prodigia non creditis.

¶ Secundo:vtrum miraculũ hoc ſit idem cum miraculo illo:de quo ſcribitur Mat.viii. De cẽturionis ſeruo ſanato a chriſto.

¶ Tertio:vtrum hora ſeptima qua filius reguli ſanatus eſt a febre:aliquid ſignificet in ſpũali curatiõe aīe a febre peccati.

a

D primam.q.ſic ꝓceditur. Et videtur. ꝙ non iuſte ſiue conuenienter fuit reprehenſus iſte regulus a xp̄o dñte

ei: niſi videritis ſigna ⁊ prodi/gia non creditis. ¶ Primo ſic Niſi enim xp̄m credidiſſet ſal uatorem non petiuiſſet ab eo ꝓ ſ[illegible] ſuo ſaluationem. Ergo vi/detur ꝙ credebat. ⁊ ita incon/uenienter reprehendebatur ꝙ non credebat. ¶ Secundo ſic. Non veniebat reprehendēdus in eo: ꝙ querebat ſigna. Nam fides per ſigna ꝓbatur. ¶ Ter tio. Iſte cum eſſet gentilis non veniebat reprehendēdus: ſi nō credere tecum nec per ſacram ſcripturam: quā non viderat: nec per rationem naturalem: poterat ad fidē peruenire. Vñ apoſtolus dicit ſigna data ſunt infidelibus. prime Corin. xiiii. ¶ In oppoſitum eſt euangeli/um in quo reprehendit eum di cens niſi videritis ⁊c. ¶ Reſ/pondeo dicendū. ꝙ iuſte eſt re prehenſus iſte regulus a chriſto Pro qua concluſione notificā da: eſt notandum iuxta ſanctū Thomam ſuper Ioā. ꝙ aliter trahuntur ad fidem chriſti infi deles. ⁊ aliter fideles. Nam in fideles non poſſunt trahi: nec duci auctoritate ſacre ſcriptu re. ꝗ ei non credunt nec per ra tionem naturalem. ꝗ fides eſt ſupra rationem. Et ideo indu/cendi ſunt per miracula. pme. Corin. xiiii. Signa data ſunt in fidelibus nō fidelibus. Fideles autem ducendi ſunt. ⁊ dirigen di auctoritate ſacre ſcripture: cui acquieſcere tenent. In hoc ergo iſte regulus redarguitur. ꝗ cum eſſet nutritus inter iu/deos. ⁊ inſtructus de lege: non per ſcripture auctoritatem. ſed per ſigna credere volebat. Et ideo dominus reprehendit eū dicens. niſi ſigna ⁊ prodigia: id eſt miracula. que dicuntur ali/quando ſigna: inquantum ſunt demonſtratiua diuine virtutis Prodigia vo ꝗ certiſſime in dicent. vt ſic dicatur prodigiū. quaſi procul oſtendens aliquē effectum futurum. ¶ Ad ratio nes in oppo. ¶ Ad primam re ſpondet. ꝙ regulus iſte adhuc non credebat perfecte. Erat. n. in eo duplex defectus fidei. Primus ꝗ licet crederet chri ſtum eſſe bonum hominē: nō tamen credebat eū habere di uinam naturam: aliās crediſſet etiam abſente poſſe curare: cum deus vbiꝗ ſit pñs. Hie/remie. xxiij. Celum ⁊ terram ego impleo. Et ſic non rogaſſet eum vt deſcenderet in domū ſuam. ſed quod mandaret tan/tum. Secundus defectus fuit ꝗ ſm Criſo. dubitabat: vtrum chriſtus ſanare poſſet filium ſu um. Nam ſi pro certo hoc cre

didiſſet: non expectaſſet aduentum xp̄i ad terram ſuam. quia ipſe potius iuiſſet in iudeam. ſ3 modo quaſi deſperatus de ſalute filii: nolens negligere quicq̄3. quod circa hoc facere poſſet adiit ad eum more parentum. qui deſperantes de ſalute filiorum: etia3 imperitos medicos conſulunt. ¶ Ad alia duo pat3 reſponſio ex dictis.

a D ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ idem ſit miraculū hoc ⁊ quod deſcribitur. Mat. viii. de Centurione. ¶ Primo auctoritate Criſo. ¶ Secundo auctoritate Theophyli. ¶ In oppoſi. ſunt doctores. ¶ Reſpondeo iuxta ſanctum Thomam Nicolaum de lyra ſuper Jo. qui ambo ex quatuor oſtendūt ꝙ non ſit idem hoc miraculu3 cum illo. Primo ex perſona infirmi. q: hic dicitur filius: ibi autem dicitur ſeruus. Secundo ex infirmitate. q: hic dicitur febris. ibi autem dicitur paraliſis. Unde ibi dicit. ſeruus meus iacet in domo paraliticus. Tertio ex modo rogandi. quia iſte rogabat vt veniret preſentialiter. credens q: non poſſet curari aliter. Propter quod fuit reprehenſus a chriſto. Jlle autem Centurio preſentiam chriſti repellebat: reputans ſe indignum tanto hoſpite. dicens non ſum dignus ⁊c. Credebat chriſtum etiam abſentem poſſe ſanare infirmum ſolo imperio. Propter quod dicebat. Dic tantum verbo. ⁊ ſanabitur puer meus. Propter: qđ fuit a deo commendatus dicēte non inueni tantam fidem in Jſrael: Et ſic pat3 ex modo rogandi. quia iſte regulus fuit alius ab illo Centurione. Quarto patet ex loco, quia ipſe erat in capharnaum. quando rogatus fuit a Centurione. hic dicitur. ꝙ erat in chana galilee. qū fuit rogat⁹ a regulo. Et ſic iſte regulus non eſt idem ꝙ Centurio. ſed fuit quidam de familia Herodis tetrarche: ſiue nuncius: ſiue officialis imperatoris ⁊c.

a D tertiam queſtionem ſic proceditur. Et videtur iuxta Albertum: ꝙ ſignificāt ille ſeptem hore: quibus reſurgit anima ō peccato. ⁊ ſanatur feb[illegible] peccati per penitentiam. ¶ [illegible] Prima quidem hora in cō[illegible] p[illegible]ctione cordis: qui quatuor h[illegible] momenta: quo⁊ vnū ē mo[illegible] t[illegible] liberi arbitrii. in deum. Al[illegible]terum eſt motus liberi arbitrii

in peccatum deſtinando illud. Tertium eſt dolor de cõmiſſo. ⁊ quartum eſt ſpes venie d̃ mi ſericordia dei .p̃s. Cõmouiſti terram ⁊c. Cõmouiſti dicit ꝓ pter motum in deum. Contur baſti propter motum deteſtati onis in peccatum. Sana cõtri tiones eius dicit: propter motũ doloris de cõmiſſo. Quia com mota eſt dicit: propter motum ſpei in miſericordiam remiſſiõ nis. Hec ergo quatuor momẽ ta: faciunt vnam horam. Con feſſio autem habet horas tres. q2 cõfeſſio debet eſſe pura. ſim plex. ⁊ integra. Puritas habꝫ quatuor momenta. Primum ſcilicet vt fortiter dicat. Secũ dum vt ſicut fecit dicat. Terti um vt excuſationem non inqui rat. Quartum. vt cum verecũ dia. quã turpitudo peccati exi git. confiteatur. De primo hoꝝ dicit. Iſa.xliii. Dic tu iniquita tes tuas. vt iuſtificeris. De ſe cundo Joſue.vii. Da gloriam deo ⁊ confitere peccatum tuũ: ⁊ indica mihi quid feceris. Nõ enim confitetur: niſi dicat ſi cut fecit: De tertio in .p̃s. Nõ declines cor meum ad excu ſa das excuſa ⁊c. De quarto Je re.v. Confuſi ſunt. q2 fecerunt Simplex autem confeſſio ha bet quatuor momẽta. Prima eſt: q2 ſit ſine plica hypocriſis. Plicam habet hypocriſis: qui per confeſſionem intendit iuſti ficare ſeipſuꝫ Luce.xvi. Quid iuſtificatis vos coram homini bus. deus autem ⁊c. Unde ibi dem comparantur de albis ſe pulchris. Et de iſti dicit. p̃s. Sepulchrũ patens eſt guttur eorum: qui ſic confitentur. Se cundum momentum eſt: quã do confeſſio eſt ſine plica vani tatis. Vanitati autem permix ta eſt confeſſio quãdo id quod ad vanitatem ſeculi facit: lete confitetur: quod autem ſm ſe culi confuſionem pretendit de miſſo vultu vix dicit. Prouer. Letantur: cum male fecerint ⁊ exultant in reb9 peſſimis. Ter tium eſt: q2 confeſſio ſit ſine pli ca permixtionis. Plica autem permixtionis eſt: quando inter miſcet plurima: que non ſunt peccata: vt ex illis non in toto i iuſtus appareat. Et in ſignum huius dicitur de ſanctis: q2 ve ſtimenta dicunt eſſe candida: ꝑ totum: ⁊ maculis non aſperſa. Et canti.vi. dicitur. Tota pul chra es amica mea. ⁊ macula non eſt in te. Quartum momẽ tum confeſſionis eſt: q2 ſit ſine plica doloſitatis. Dolo autem permixta eſt confeſſio: quando non habet emendandi propoſi-

tum. In hoc enim viget peccā di voluntas adhuc. et non habꝫ emendandi propoſitū Malachie.i. Maledictus doloſus: q habet in grege ſuo maſculum. et votum faciens īmolat debile domino. In hoc enim debile ē ſacrificium: quod ſic offertur. Sic ergo hec hora: quatuor habet momenta. Integra autem erit confeſſio. ſic hec hora quatuor habet momenta. Primū eſt vt totum ſine diminutione dicatur. Secundum eſt. vt vni totum dicatur. Tertio eſt. vt vna vice quantum recordatur dicatur. Quartuꝫ. vt dimidia venia non ſperetur. De primo: in Pſalmo. Confitebor tibi in toto corde meo. Hoc eſt ex toto corde totum dicendo. quod eſt in corde. De ſcdo. vt vni totum dicatur: ſicut vni medico totus dolor aperitur. Hoc eſt ſignificatum. Luce.x. vbi Samaritanus omnia vulnera ſemiuiuo ligauit infundens oleū. et vinū. De tertio. ꝙ ſimul vna vice dicatur. Iſa.xxxviii. Recogitabo tibi oēs annos in amaritudine anime mee. De quarto ꝙ non dimidia venia ſperetur ps. Qui propitiatur oibus iniquitatibus tuis qui ſanat oēs ī fir.et.c. Iſti ergo ſunt q̄tuor hore tres reſidue: ſūt in ſatiſfactione. ſ. ieiuniū: qđ ſanat peſtes corpis. et oro que ſanat peſtes mētis. et eleimoſina cordis vel opis vtriuſqꝫ: q̄ ſanat peſtes facultatis. Ieiuniū aūt hꝫ q̄tuor momēta. Primū eſt. vt leto vultu exhibeat. Mat.vi. Tu aūt cū ieiunas etc. Scdm ē. ꝙ vſqꝫ ad petulātie corpalis mortificationē pducat. Iohel.ij. In ieiunio et fletu et plāctu ſcindite corda veſtra etc. Tertiū eſt. vt ſobrietas ſenſuū et aie ſeruet: et rōnale ſit: ne natura ōſtruat. Ro.xij. Rationabile ſit obſequiū veſtrum etc. Quartū aūt momētū hmōi hore ē: vt dū ieiunet corpꝰ: mēs cibo dei paſcatur. Deutro.vi. et Mat.ii. Nō in ſolo pane viuit hō. ſed etc. ¶ Oratio aūt eſt ſecūda hora: q̄ ſicut dicit Aug. ē pius effectus mētis in deū directus. Hꝫ aūt hec hora q̄tuor momēta. Primū ē. vt in ſecreto cordis fiat. Tertiū eſt. Scdꝫ eſt: vt deuote fiat. Tertiū eſt. vt ad ſalutē fiat. Quartū ē: vt pſeueraliter fiat. De primo Mat. vi. Tu aūt cū oraueris intra cubiculū tuū etc. Tūc inuocabis et d[illegible] exaudiet. De ſcdo. ſ. deuo[illegible] lat. ps. Dirigat oratio mea [illegible]ut etc. q: oratio dꝫ eſſe ignita [illegible]rnore deuotionis. et condita [illegible]doramentis virtutuꝫ. De tertio. ſ. ꝙ fiat de pertinentibꝰ ad

ſalutem. Math.v. Primum querite regnum dei ⁊ iuſtitiaȝ eius. De quarto.ſcȝ de perſe-uerantia. Luce.vi. Quoniam oportet ſemper orare.⁊ nō de-ficere. Luce.xi. Propter im-probitatem eius ſurget ⁊c. Ele moſyna eſt tertia hora. Et ſu-mitur hic tam pro ſpirituali: ꝙ̄ pro corporali. Et ſic omnis poteſt elemoſynā facere. Hec habet quatuor momenta. ſcilȝ compaſſionem in corde: dulce-dinem in ore: largitateȝ in ma-nu. ⁊ vtilitatem in dato. De primo. ſcilȝ compaſſione. Iſa. lviii. Quom effuderis eſurien-ti animam tuam ⁊c. Mathei vi. Eſtote miſericordes. ſicut ⁊c. De ſecundo.ſcȝ de dulcedi ne oris. Eccleſiaſ.iiii. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tu am ⁊c. De tertio ſcilicet largi-tate manus: Thobie.iiii. Si multum tibi fuerit ⁊c. De q̄r-to.ſcilȝ vtilitate dati. Luce.xi. Quis veſtruȝ patrem petit pa nem.nunquid lapidem dabit il li ⁊c. Hec igitur ſunt ſeptem hore: quarum quelibet habet quatuor momenta. ex qui[illegible]s completur. Quāuis enim i[illegible] computiſtas: hora ex pluribus momentis componitur. tam ſm naturam non componitu[r] niſi ex quatuor. In quorū pri-mo.eius virtus oritur.in ſecun do.proficiendo progreditur: in tertio.ſtat in augmento. in q̄r-to profectam diffundit opera-tionem ſue virtutis. Hoc eniȝ modo res create in ens perfici entur. Et ideo hanc ex quatuor fecimus compoſitioneȝ. Hec Albertus.

¶ In dominica.xxii.eſt euāge lium. Simile eſt regnum celo ruȝ ⁊c. Mat.xviii. Circa quod poſſunt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum ſeruus ille: cui dimiſſa ſunt a domino.x. milia talentorum.peccauit pe-tendo a ſuo ſuo cētū denarios

¶ Secundo. vtrum per ingra-titudineȝ redierunt peccata pri us dimiſſa.

¶ Tertio: vtrum tanta poteſt contritio in aliquo eē.vt omne debitū a deo ſibi dimittatur.

Ad primam.q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ ſeruus ille nō pec cauerit petēdo a ſer uo ſuo debitum. ¶ Primo ſic Ex preſenti euangelio. vbi ait dominus. Serue nequam. oē debitum dimiſit tibi: quoniam me rogaſti: nonne oportebat te cōmiſceri ſui tui: ſicut ego tui miſertus ſum. ¶ Secundo ſic

Dicitur.i.Corin.xiii. Charitas non querit que ſua ſunt. Gloſa. Charitas nō repetit ablata. Ergo nullus habens charitatem poteſt repetere debita.

¶ Tertio magis diligendus ē proximus: q̄ȝ aliquod tempora le. Ergo nullus tenetur repetere ſua: ſi ſciat ſcandalizare proximum. ¶ In oppoſitum eſt illud.i.Corin.ix. Omnia mihi licent: non omnia expediunt: ⁊ exponitur de repetitione ſuorū. Ergo licitū eſt cuilibet ſua repetere. Et per conſequens ſeruus in repetendo ſuum debitū non peccauit. ¶ Reſpondeo dicendum: q̄ ſeruus ille non peccauit in petendo a ſeruo ſuo cētū denarios. ſȝ peccauit vtēdo tāta crudelitate ⁊ ipietate erga illū: exigēdo ab illo debitū. q: vt dr̄ tenebat illū. ⁊ q̄ſi ſuffocabat. ⁊ reſpirare nō ſinebat: qui tū debitū nō negabat. ſȝ dilationē petebat ad reddēdū. Peccauit ergo i hoc attēta marie miſericordia: q̄ dñs vſus fuerat erga eū. ¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad primā pȝ ex dictis r̄ſio: q: debuit cōmiſereri ꝯſerui ſui, ⁊ ſi nō in remittēdo totū debitū: ſaltē in expectādo eū: quouſqȝ eſſet potēs ad reſtituēdū. ¶ Ad ſecūdā r̄ndet iuxta Alexādrū de aleo. in tertio. q: eſt repetere ex cupiditate: ⁊ eſt repetere zelo iuſticie. ⁊ eſt repetere timore caſus. Primo modo non eſt repetere ex charitate. Charitas enim non repetit ablata: cauſa ſcilȝ cupiditatis. Non enim ē amatrix pecunie propter ſe: ſicut ibi dicit gloſa. q: ipa amat bonum incommutabile. ⁊ omnia cōmutabilia refert ad illud: Repeterē zelo iuſtitie: pfectio ē licȝ. Repetere vero timore caſus ne ſcilicet propter paupertatem ⁊ indigentiaȝ ruant in peccatū: cōnenit infirmis ne. ſ. egeſtate cōpulſi furent: ⁊ piurent nomen dñi ſui: vt dr̄ Prouer. 3. ¶ Ad tertiam reſpondet negando conſequentiam. Et rō eſt. oportet. n. tenere qđ certuȝ eſt. Certum eſt aūt: q: raptor ē qui abſtulit: vel debitor qui reddere obligatur incertū. Et ſcandalizabitur ⁊ preterea ſi ſcirem q̄ ſcandalizabitur: ſi repetendo preponderat ſcandalum proprium: q̄ȝ ſcandalum proximi. plus teneor vitare ſcandalum proprium q̄ȝ alterius.

D ſecundam. q. ſic ꝓceditur. Et videt̄ q̄ ꝑ ingratitudinē. peccata dimiſſa redeant.

¶ Primo ſic Ex preſenti euāgelio. vbi dominus ait. Serue nequā oē debitum dimiſi tibi

rc. ⁊ poſt tradidit eum tortori bus. quouſqȝ redderet vniuerſum debitū ⁊c. Ergo domin⁹ debitū: qḋ dimiſerat iterū exigit. ℭ Secundo ſic Dicit Fabianus in glo. ſup p̄ſo euangelium. Neq̄ȝ ſeruum tradidit dominus tortoribus quouſqȝ redderet vniuerſuȝ debituȝ: qꝛ non ſolum homo peccata que poſt baptiſmum egit: reputabūtur ei ad penā: ſed originalia: q̄ et dimiſſa ſunt in baptiſmo. ℭ Tertio ſic. Eze. 18. dicit̄ ſic. Si auerteret ſe iuſt⁹ a iuſtitia ſua omnes iuſtitie q̄s fecerat: non recordabūtur. Ergo in eo ſtatu ē: ac ſi nullā iuſtitiā feciſſ; ſȝ ſi nō feciſſet iuſtitiā penitentie: non eſſent ei peccata dimiſſa. Ergo dimiſſio illa annullat̄. Ergo peccata dimiſſa redeūt. ℭ Quarto ſic. Si ponatur ꝙ aliquis ante completam ſatiſfactionem de peccatis preteritis cadat in culpam cōſiſtat ꝙ ſatiſfacere non poteſt extra gratiam Ponatur ergo ꝙ diſcedat iſte reatum ſecum portat. qui non poteſt ſolui per penaȝ ſatiſfactoriam. Ergo puni ꝛ pena eterna. ℭ In oppoſitū arguitur ex illo. Nauȝ. 1. alii. Iob. 33. Non iudicat de⁹. bis in idipſum. Non ergo bis punit. Si ergo aliquis pro peccato commiſſio penituit. ⁊ ſe puniuit videtur ꝙ amplius ꝓ illo non puniat̄: quātūcūqȝ peccet alias. ℭ Secundo ſic. Nullus incurrit peccati maculā vel reatum: niſi ex commiſſione ipſius peccati. Sed penitens ante q̄ȝ faceret fornicationem: non habebat maculam vel reatum hōicidii qḋ ſibi iā dimiſſū erat nec poſtea fornicando homicidium commiſit. Ergo non redit homicidium: quantum ad culpam nec quantu ad reatuȝ. ℭ Reſpondeo dicendum: ꝙ neceſſe eſt: ꝙ aliquomodo peccata redeant: qꝛ auctoritates hoc expreſſe dicunt. Secundo q̄uo varie aliqui doctores: ſunt locuti. quidam eniȝ dixerunt. ꝙ peccata dimiſſa ſingulariter. quantum ad maculam ⁊ reatum: ſecundum ꝙ cauſantur ex actibus peccatorum: prius dimiſſorum. redeant per peccatum mortale ſequens. Sed iſti opinio vt arguit Albertus magn⁹ ⁊ ſanctus Tho. non poteſt eſſe vera: quia opus dei: per op⁹ hominis irritari non pōt. Remiſſio autem priorum peccatorum eſt opus diuine miſericordie. Unde non poteſt irritari per ſequens peccatuȝ mortale hominis: ſecundum illud. Ro. 3. Nunquid incredulita

ſlloꝝ:fidem dei euacuauit. Et ideo alii ponentes peccata redire dixerunt ꝙ ibi deus non remittit pctã pñiẽtí poſt modum peccatori:ſm:pñtiã: ſed ſolũ ſ3 preſentẽ iuſtitiã. Preſtat enim eum pro his peccans eternaliter puniendũ.⁊ tamen per gratiam facit eum preſentialiter iuſtũ: Sed etiam iſtorum opinio ſtare non poteſt q: ſi cauſa abſolute ponať effectus poniť abſolute. Si ergo abſolute non fieret peccatoru3 remiſſio.ſ3 cũ quada3 conditione.in futuꝝ dependente per gratiam ⁊ grat'e ſacramenta.non eſſet ſufficiens cauſa remiſſionis peccatorum qđ:eſt erroneũ.vtpote derogãs gratie dei Et ideo poniť iſta cõcluſio:ꝙ nullo modo poteſt eſſe ꝙ macula ⁊ reatus precedentium peccatoꝝ redeãt.ſm ꝙ ex talibus actibus cauſabantur ſ3 conuenit:ꝙ ſequens actus peccati virtualiter cõtinet reatum prioris peccati.iquantũ.ſ.aliqs ſecundo peccans:ex hoc ipſo videtur grauius peccare: ꝙ̃ pri⁹ peccauerat. Sic ergo eſt cõcluſio ſecunda:ꝙ peccatũ ſequẽs penitentiã redit quodãmodo reatus peccatoꝝ prius dimiſſorũ:nõ in q̃tum cauſabatur ex illis peccatis prius dimiſſis: ſ3 inquantũ cauſatur ex peccato vltimo perpetrato qđ aggrauatur ex peccatis prioribus ⁊ hoc non eſt peccata dimiſſa redire ſimpliciter.ſed ſm quid:inquantum:ſ.virtualiter in peccato ſequenti contineť. Unde in quarto conformiter ad tertiã partẽ ſanctus Tho. dicit ſic:ꝙ.aliqd poteſt redire dupliciter. Uel iſe:⁊ ſic peccata dimiſſa nullo modo redeunt.quantũ ad culpam:nec per conſequens quantũ ad reatum. Uel in ſuo effectu.Et hoc modo peccata dimiſſa redeunt inquãtum ex peccatis dimiſſis:aliquid in ſequẽtibus relinquitur. Ex hoc eni3 ꝙ hõ deũ offẽdit poſt dimiſſionẽ precedentiũ peccatoꝝ.quandã deformitatẽ ingratitudinis actus ſequentis peccati acquirit. Et ideo dr̃ cõmuniter:ꝙ redeunt q̃tum ad igratitudinẽ Tertia cõcluſio: Per igratitudinẽ peccati ſequentis nõ conſurgit tantus reatus quantus fuerat peccatoꝝ dimiſſoꝝ. P3 ꝯcluſio:q: Deutro.25. dicitur. ꝙ p͛o menſura peccati:erit plaga 3 modus. Ex quo patet:ꝙ e aruo peccato non ꝯſurgit ignus reatus. S3 qñq3 mor le peccatũ ẽ multo min⁹ quo et peccatoꝝ prius dimiſſoꝝ.

. Nõ ergo ex peccato ſequẽti re dit totus reat⁹. quãtus fuit pec catoꝝ prius dimiſſoꝝ. Sʒ bene ꝓportionaliter: quãto peccata cõmiſſa fuerint plura ⁊ maiora tãto redit maior reatus ꝑ qua lecũqꝫ ſequens peccatũ morta le. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã reſpondet: ꝙ peccata re deunt modo iam dicto. ⁊ non aliter. ¶ Ad ſecundũ reſpõdet ꝙ peccatũ originale redit mo do predicto: ſicut mortale iquã tum contemnit dei beneficiuʒ. ¶ Ad tertiam reſpondetur ne gando conſequentiã. Et ad au ctoritatẽ dicendũ: ꝙ verum eſt: quod iuſtitie iuſti rememora buntur: quantũ ad effectũ: q ex eis expectabatur in futuro: qꝛ per eas ad vitã eternã non per venirent: ſed rememorabuntur quantũ ad hunc effectũ: qui eſt peccata ꝑterita abolere: qꝫ in ꝑ ſenti faciebãt. ¶ Ad quartã rñ detur: ꝙ pena cuius eſt aliquis debitor poſt culpã remiſſam: i iferno punietur tpaliter: nec ꝓ pter hoc ſequitur: ꝙ i iferno ſit redẽptio: qꝛ pena que ſoluit nõ redimitur nec eſt icõueniẽs ꝙ quãtuʒ ad aliquid accidens e pena inferni minuatur vſqꝫ diem iudicii: ſicut etiam au getur.

a D tertiũ. q. ſic ꝓcedi tur. Et videtur ꝙ nõ poſſit tanta contritio i aliquo eſſe: ꝙ omne debitum ſibi a deo dimittatur i. ꝙ poſſit tollere totum reatũ. pene. ¶ Primo ſic. Satiſfactio ⁊ confeſſio ordinantur ad libe rationem de reatu pene. Sed nullus ita perfecte conteritur. quũ oporteat eum ꝯfiteri ⁊ ſa tiſfacere. Ergo cõtritio nũqꝫ e tanta: ꝙ deleat reatum totũ. ¶ Secundo ſic. In penitentia dʒ eſſe quedã recõpenſatio pe ne ad culpam. Sed aliqua cul pa per membra corpis exerce tur. Ergo cum oporteat ad de bitam pene recompenſationeʒ vt per que quis peccat per hec torqueatur: videtur ꝙ nũqꝫ poſ ſit pena talis peccati per contri tionem exſolui. ¶ Tertio Do lor contritionis eſt finitus. Sed ꝓ aliquo peccato ſcilicet mor tali debetur pena infinita. Er go nunqꝫ poteſt eſſe tanta con tritio ꝙ totam penam deleat. ¶ In oppo. eſt euangelium: vbi ait dominus. Oẽ debitum di miſi tibi ⁊c. Secundo deus plus accepit at cordis affectum qꝫ exteriorem actum. Sed per exteriores actus abſoluitur hõ a culpa ⁊ a pena. Ergo ſiliter ꝑ cordis affectũ qui eſt contritio.

¶ Reſideo dicendū ſub iſta cō cluſione. q tāta pōt eē ɔtritio alicui9 penitētis: q oēm culpe reatū tollat: ſine q omne debitū a deo ſibi dimittatur. ſcilicet pene et culpe. Patet concluſio exēplariter in latrone cui dictū eſt hodie mecū eris in paradiſo: propter vnicum penitentie actum. Nota iuxta ſanctum. Tho. q intenſio cōtritionis poteſt attēdi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis: que diſplicentiā cauſat. Et ſic ɔtingit tantū intēdi charitatē in actu q cōtritio inde merebit nō ſolum culpe amuotionē: ſed etiā abſolutionem ab oi pena. Alio modo poteſt attendi ex parte doloris ſenſibilis: que voluntas in cōtritione excitat. Et q illa: pena quedam eſt: in tantum poteſt intendi: q ſufficiat ad delectionem culpe et pene. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando cōſequentiam. Et ratio eſt: tum primo q aliquis non poteſt eē certus: q contritio ſua ſit ſufficiens ad delectionē culpe et pene. Et ideo tenetur confiteri et ſatiſſacere. Tum ſecundo: quia contritio vera non fuit niſi propoſitum confitendi habuit annexum: quod debet ad effectū deduci: et propter preceptū eccleſie de confeſſione facienda datum. ¶ Ad ſecundam reſpōdetur negando conſequentiā. Et ratio eſt. q ſicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes: ita et dolor interior ad exteriora mēbra deriuatur. Vnde dicitur. Prouer. 18. Spirit9 triſtis exſiccat oſſa. ¶ Ad tertiam reſpōdetur: q licet dolor contritiōis ſit finitus: quantū ad intenſionem: ſicut pena mortali peccato debita eſt: habet tamē infinitam virtutē ex charitate: qua informatur: et ſecundū hoc poteſt valere ad deletionem culpe et pene.

¶ In dñica vigeſimatertia eſt euāgeliū Abeūtes phariſei et c. Mat. 22. Circa quod poſſunt ſequentes qſtiones diſputari.
¶ Primo: vtrū Ceſari ſiue principi ſeculari ſit cenſum dandū.
¶ Secundo: vtrum oēs teneantur ad ſacrificia deo offerēda
¶ Tertio: vtrum chriſtus conuenienter reprehenderit Phariſeos interrogantes eum: ſi liceret cenſum dari Ceſari: dicens eis. Cur me tentatis et c.

D primam. q. ſic ꝓceditur. Et videtur: q Ceſari ſiue principi ſeculari non ſit cēſū dandū. ¶ Primo ſic. Da-

re cenſum pertinet ad quandã ſeruitutem. Sed per aduẽtum xp̃i: liberi facti ſumus ab omni ſeruitute: ſm illud Jo. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Ergo nulli eſt cenſu; dandũ. ¶ Secundo ſic. Iſti principes nõ videntur eſſe a deo ſecundum illud Oſee.8. Ipſi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterũt ⁊c. Ergo videtur: q̃ non eſt alicui eorũ cẽſus dandus. ¶ Tertio ſic. Nõ faciendum aliquid contra inſtitutionem diuina;. Sed hoc habet inſtitutio diuina: vt homo ſuo arbitrio regatur: ſecundum illõ Eccleſiaſt.xv. Deus ab initio conſtituit hominẽ ⁊ reliquit eum in manu conſilii ſui. Ergo non tenetur homo ſe ſubiicere alteri: tanquam domino aut principi: ⁊ per cõſequens nec cenſum tribuere. ¶ In oppoſitum eſt euangelium. ¶ Reſpondeo dicendu;: vt ſanctus Thomas tangit ſuper epiſtolam Pauli. quidam fideles primitiuam eccleſia dicebãt terrenis poteſtatibus ſe ſubiici non debere propter libertatem: quam conſecuti erant a chriſto ſm illud Jo. viii. Si filius vos liberauit. Sed iſti non bene dicebãt: q̃ libertas per chriſtum conceſſa eſt libertas ſpiritualis: quia liberamur a pctõ ⁊ morte. caro autem adhuc remanet ſeruituti obnoxia: ſed etiam liberabitur in libertate; glorie filiorũ. Et ideo tunc nulli ſubiectiõi homo per Chriſtum liberatus: erit obnoxius: nec ſpirituali ſe; nec carnali. Unde dicitur primo. Corin.v. Quom tradiderit Chriſtus regnum deo ⁊ patri. ⁊ euacuauerit omnem principatum ⁊ poteſtatem. Interim autem dum corruptibilem carnem gerimus oportz nos dominis carnalibus ſubiicere: ⁊ ita per aduentum Chriſti fideles a tributis ſoluedis: ſicut nec ab aliis corporis penalitatib⁹ non ſunt abſoluti: quia nec ipſe Chriſtus ſeipſum ab omnibus huiuſmodi penalitatibus abſoluere voluit. Unde dicit Ambroſius. Et habetur.9.q.i. Si enim filius dei cenſu; ſoluit: quis tu tãtus es: qui non putas eſſe ſoluẽdum. Ponitur ergo concluſio reſpõſalis q̃ ceſari ſiue principi terreno cẽſus eſt ſoluẽdus. Cõcluſio patet ex euãgelio preſenti. Scdõ patet ex illo Apoſtoli ad Roma. tertiodecimo. Omnis anima ideſt homo poteſtatibus ſublimioↄib⁹ ſubdita ſit. Et rõnem aſſignans ait. Omnis poteſtas a deo eſt. Et infra. Ideoq; enim ⁊ tributa preſtatis. Et aſſignans rationem di

cit. Miniſtri enim dei ſunt in hoc .ideſt pro hoc ipſo.ſcilicet tributo recipiendo: ſeruientes ſcilicet deo:⁊ populo. Quaſi diceret: Vniuſquiſq; debet de ſuo miniſterio viuere: et illō.i.Cor. 9. Quis paſcit gregē de lacte eius nō edit. Et ideo cū princi pes nři ſuo regimine deo mini ſtrēt a populo debent tributa ſuſcipere: quaſi ſtipendia ſui miniſterij. Hec aūt tributa ſucipiunt ad ſui ſuſtentationem. Laborant aūt principes ad omnium pacem. Vnde dř.i.Thi.ij. Obſecro primū omnium: fieri obſecrationes ꝑ regibus:⁊ omnibus: q̄ in ſublimitate ſunt cō ſtituti: vt quietam ⁊ tranquillā vitam agamus. Ab hoc tū debito liberi ſunt clerici ex priuilegio principum: quod quidē equitatem hꝫ naturalem. Vñ etiā apud gentiles liberi erant a tributis illi q̄ vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gene.xlvij. q̄ Joſeph ſubiecit Pharaoni totā terrā egypti preter terrā ſacerdotum que a rege tradita erat eis: quibus ⁊ ſtatuta cibaria ex horreis publicis prebant. Et hoc qdē omnino equū eſt: q̄ ſicut reges ſolicitudinē hūt de bono publico in tēporalibus ita miniſtri dei in ſpiritualibus Et ſic ꝑ hoc q̄ deo in ſpiritualibus miniſtrāt: recōpenſant regi: q̄ ꝓ pace eoꝝ laborat. Concludit ergo Apoſtolus. Reddite ergo omnibus debitā. Cui tributum tributū. Cui vectigal vectigal. Ex quo pꝫ: q̄ ex neceſſitate iuſticie tenētur ſubditi iura ꝓncipibus exhibere. Et ideo in euangelio nřo dicitur Reddite que ſunt ceſaris ceſari.

¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad primam patet iſſio ex dictis. Liberauit enī xp̄s pro nūc fideles ſuiture diaboli: ⁊ non a ſeruitute hmōi: vt dictum eſt.

¶ Ad ſecūdā rñdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt: quia nō tm̄ obediendū eſt bonis ⁊ modeſtis: ſꝫ etiā diſcolis.i.Petri. 2. Pro quo notandū: q̄ regia ptās: vel cuiuſcūq; alterius dignitatis pōt conſiderari quantū ad tria. Vno qdem modo quantū ad ipſā ptātem. Et ſic eſt deo: ꝑ quem reges regnant. Quicqd .n. cōuenienter dř de deo:⁊ creaturis: a deo in creaturas deriuat: ſicut pꝫ de ſapiētia. Eccleſiaſti.i. Oīa ſapientia do[min]o deo eſt. Poteſtas aūt a[...]o dicitur ⁊ de omnibus. [...] o.36. Deus potentes non [ab]icit: cū ⁊ ipſe ſit potēs. Vn[de] conſequens eſt. q̄ humana [po]teſtas ſit a deo. Danielis.4. Dominabitur excelſus in re-

gnis dominum: et cuicunqz vo luerit dabit illud Jo. 19. Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam. niſi datum eſſet tibi deſuper. Alio modo poteſt cõſiderari quantum ad modum adipiſcendi poteſtatem. Et ſi quandoqz poteſtas eſt a deo. quando ſcilicet aliquis ordinarie poteſtatem adipiſcitur ſecũdũ illud ad Hebre. 5. Nemo ſibi honorem aſſumat: ſed qui vocatur a deo tanqz Aaron. Quandoqz vero non eſt a deo ſed ex peruerſo hominum appetitu: qui per ambitionem: vel quocunqz alio modo poteſtatem adipiſcitur. Amos. 5. Nũquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua. Tertio poteſt conſiderari quãtum ad vſuz ipſius. Et ſic quãdoqz eſt a deo. puta cum aliquis ſecundum precepta diuine iuſtitie vtitur conceſſa ſibi poteſtate. ſecundum illud Prouer. 8. Per me reges regnant et legum conditores iuſta decernũt. Quandoqz autem non eſt a deo puta cum aliqui poteſtate ſibi data vtuntur contra diuinam iuſtitiam: ſecundum illud Pſal. Aſtiterunt reges terre: et principes &c. Sequitur Aduerſus dominum &c. Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia deus reliquit hominem in manu conſilii ſui: nõ quia liceat ei facere omnia: que velit: ſed quia ad id quod faciendum eſt: non cogitur neceſſitate nature: ſicut creature irrationales: ſed libera electione et proprio conſilio procedente. Et ſicut facienda debet procedere proprio conſilio: ita etiam ad hoc: quod obediat ipſe ſuperioribus. Dicit enim Grego. vltimo moralium. Dicit aliene voci humiliter ſubdimur. noſmetipſos in corde ſuperamus.

O ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur: quod non omnes teneamur ad ſacrificia deo offerenda. Primo ſic. Dicit Apoſtolus. Ro. 3. Quecunqz lex loquitur iis: qui ſunt in lege Sed lex de ſacrificiis non fuit omnibus data: ſed ſoli populo hebreorum. Ergo non omnes ad ſacrificia tenentur. Secũdo ſic. Sacrificia deo offeruntur ad ſignificandum Sed nõ eſt omnium huiuſmodi ſignificationes intelligere. Ergo non omnes tenentur ad ſacrificia offerenda Terno. Ex hoc ſacerdotes dicuntur. quod deo ſacrificant. Sed non omnes ſunt ſacerdotes. Ergo non omnes te

nentur ec. ¶ In oppoſitum eſt euangelium dicens. Reddite que ſunt dei. ¶ Reſpondeo dicendum ſub certis concluſionibus. Prima eſt. ꝙ offerre ſacrificium deo. eſt de lege nature. Patet iſta concluſio: quoniam naturalis ratio dictat hoi: vt alicui ſuperiori ſubdatur ꝓpter defectus quos in ſeipſo ſentit in quibus ab aliquo ſuperiori eget adiuuari: ⁊ dirigi. Et gd i'lud fit: hoc eſt: ꝙ apud homines dicitur deus. Sicut aũt i rebus naturalib⁹ naturaliter inferiora ſuperioribus ſubduntur. ita etiam naturalis rõ dictat homini ſm naturalẽ inclinationẽ: vt ei quod ſupra hominem eſt: ſubiectionẽ ⁊ honorez exhibeat ſecundũ modũ ſuum. Eſt autẽ modus cõueniẽs hoi vt ſenſibilibus ſignis vtatur ad aliqua exprimenda: q: ex ſenſibilibus cognitionẽ accipit. Et ideo ex naturali ratione ꝓcedit ꝙ homo quibuſdã ſenſibilibus rebus vtatur: offerens eas deo in ſignũ debite ſubiectionis ⁊ honoris ſecundũ multitudinẽ eoꝝ: qui dominio ſuis aliqua offerunt: in recognitionẽ domini. Hoc aũt pertinet ad rationem ſacrificii: ⁊ ita oblatio ſacrificii pertinet ad ius naturale. Et in hoc oẽs cõueniũt. Sʒ determinatio ſacrificioꝝ eſt ex inſtitutionem humans vel diuina. Et in hoc non cõueniunt omnes ſed differũt. Secũda cõcluſio. Soli deo eſt ſacrificiũ offerendũ. Pꝫ concluſio. Oblatio ſacrificii fit ad aliqd ſignificandũ. ſignificat autem ſacrificiuʒ quod offertur exterius: iterius ſpũale ſacrificiũ: quo aia ſeipſam offert deo: ſecundum illud. Pſal. Sacrificiũ deo ſpiritus atribulat⁹: q: exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Animam autez ſe offert deo in ſacrificiũ: ſicut principio ſue creationis: ⁊ ſicut fini ſue beatificationis. Sed ſm verã fidẽ: ſolus deus eſt creatoꝛ aiaꝝ nr̃aꝝ: ⁊ in ſolo etiã deo aĩe noſtre beatitudo ꝯſiſtit. Ergo ſoli deo ſummo debemus ſacrificium ſpirituale offerre: ⁊ ita ſoli ei debemus offerre exteriora ſacrificia: ſicut etiã orantes atqʒ laudantes ad eũ dirigimus ſignificantes voces: cui res ipſas i corde quas gerim⁹ offerimus vt dicit Auguſt. x. de C[illegible]. dei. Tertia concluſio. O[illegible]es tenentur ad ſacrificia off[illegible]enda. Probatur cõcluſio [illegible] ſacrificiuʒ offerre: eſt de lege n[illegible]ure: vt dicit prima concluſ[illegible]. Sed ad ea que ſunt legis [illegible]ure oẽs tenentur. ergo oẽs

tenemur ad ſacrificium deo of ferendum. Pro qua concluſione notandum: ꝙ duplex eſt ſacrificium. Quorum primum et principale eſt iterius: ad quod omnes tenemur deo deuotam mentez offerre. Aliud eſt ſacrificium exterius: quod in duo diuiditur. Nam quoddam eſt: ꝙ in hoc ſolum laudem habet ꝙ deo aliquid exterius offeratur in proteſtationem diuine ſubiectionis. et ad hoc aliter tenētur illi: qui ſunt in lege noua vel veteri. et alter qui non ſunt ſub lege. Naz illi qui ſunt ſub lege tenentur ad determinata ſacrificia offerenda: ſm legis ꝑcepta. Illi vero qui non ſunt ſub lege tenebantur ad aliqua exterius facienda in honorem diuinum ſm decentiaz ad eos: iter quos habitabant: iō ſicut determinate ad hoc vel illa. Aliud vero ē exterius ſacrificium: quando actus exteriores virtutum in diuinam reuerentiam aſſumuntur. puta cum aliquis elemoſynam facit de rebus proprijs ꝓpter deum. vel cum aliquis ꝓprium corpus alicui afflic[tioni] ſubijcit propter diuinam r[eue]rentiam. Et ſm hoc: actus [ali]rū virtutum ſacrificia dici [po]ſſunt. Quorum quidam eadu[nt] ſub precepto: ad quos omn[es] tenentur. Quidam vero ſunt ſuper erogationis: ad quos non omnes tenentur. Item nota ꝙ ſm ꝙ eſt triplex hominis bonum: ita poteſt diſtingui triplex ſacrificium. Primum quidez eſt bonum anime: quod deo offertur interiori quodam ſacrificio per deuotionem et orationē et alios huiuſmodi īteriores actus. Et hoc eſt principale ſacrificium. Secundum eſt bonū corporis: quod deo quodāmodo offertur per martyrium: et abſtinentiam ſeu continentiaz. Tertium bonum eſt exteriorū rerum: de quo ſacrificium offertur deo directe quidē: quando imediate res noſtras deo offerimus. mediate autem quando eas cōmunicamus ꝓximis propter deum. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ In primam reſpondetur: ꝙ ad illa determinata ſacrificia: que in lege erant precepta: non omnes tenebantur. tenebantur tamen ad aliqua ſacrificia interiora: ſiue ſpūalia: exteriora. vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio ē: q: licet non omnes ſciant explicite virtutem ſacrificiorum: ſciunt tamen implicite: ſicut etiaz habent fidem implicitam. Vnde magiſter Alexander de ales

ad qõnẽ vtrũ offerẽtes ſacrifi-cia.tenebãt itelligere ſignifica-tiões eoꝝ dicit:ꝙ ſicut nos di-cim⁹ itelligere articulos fidei i-plicite.⁊ explicite. ⁊ intelligere explicite articulos. fidei tenent ꝑlati.ſicut dr̃.i. Petri.iij. Pa rati oĩ poſcẽti reddere rõnem de ea:que in nobis ẽ:fide ⁊ ſpe. Implicite vo tenent ſimplices ſolũ ita in veteri teſtõ ꝓcepti. vt doctores ⁊ ſacerdotes tene-bant itelligere ſignificatiões ſa crificioꝝ hoc ẽ vt itelligerẽt ipa ſacrificia:eẽ ſigna futuri ſacrifi cii redẽptiõis. Simplices vo ſolũ tenebant itelligere:ꝙ ſacri ficia erãt deo ea rõne qua ſibi placuit offerẽda. Et hoc iplici-te ꝯtinebat:ꝙ eẽnt bona. q2 rõ ne ſignificatiõis futuri ſacrificii voluit ea de⁹ ſibi offerri. ¶ Ad tertiã rñdet negãdo ꝯñam. Et rõ ẽ.tũ q2 ſacerdotes ẽt offerũt ſacrificia:que ſũt ſpãliter ordia ta ad cultũ diuinũ:nõ ſolũ pro ſe:ſed ẽt pro aliis.tũ q2 quedam ſunt alia ſacrificia. de quibus poteſt pro ſe deo offerre. vt ex dictis patet.

D tertiã.q. ſic ꝓcedit. ⁊ vr̃.ꝙ xp̃s nõ ꝯueniẽ ter cõphẽdit phariſeos iterrogãtes eũ:ſi ſ3 cẽſum dari Ceſari:dicẽs eis. Cur me tẽta-tis hypocrite. ¶ Primo ſic. Il li dicẽdo:magr̃ ſcimus. q2 ve-rax es.⁊ viã dei in veritate do ces. dixerũt veritatẽ. Ergo ii hoc nõ erãt hypocrite. q2 hypo criſis ſiue ſimulatio opponitur virtuti.que dr̃ veritas. ¶ Secũ do ſic. Hypocriſis eſt ſimula-tio.qua quis ſimulat perſonã alterius.ſicut cũ peccator ſimu lat ꝑſonã iuſti. Sed iſti in hoc actu nõ ſimulauerũt ꝑſonas ali quoꝝ aliorum. Ergo vr̃:ꝙ non erant hypocrite. Ergo incõue niẽter ſic repꝛehẽſi ſunt. ¶ Ter tio ſic. De eo:quod non eſt pec catum:non videtur publice re-darguendum. q2 peccata venia lia oĩbus videntur eſſe cõmũia Sed hypocriſis aut ſimulatio non videtur eẽ peccatũ morta-le ſemper. ſicut nec mendaci um ⁊c. ¶ In oppo. eſt euange-lium.vbi xp̃s ita ad eos loqui tur. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ xp̃s conuenienter eos ſic re-pꝛehendit. Pro quo notandũ ꝙ vt dicit Nicolaus de lyra ſuper hoc euangelio:ꝙ tempo-re [illegible]o xp̃s erat in iudea: red-d[illegible]atur cenſus Ceſari ſiue tri b[illegible]um:ſurrexit quidam nomi [illegible] iudas:natione galileus: qui [illegible]cebat hoc eſſe illicitum d iu-is:ꝙ ſ3 recognoſcerent ali-[illegible]uem dominum in terra.ſ3 ſo-

um deũ:qui in celis eſt.ꝛ multos traxit ad ſe.vt habetur act.v.Et Joſephus idem refert ex libro antiquitatũ.Et extũc aliq adherebant huic opinioni:qꝛ iſta opinio erat ꝓ libertate populi.ꝛ pro honore ipſius dei videbatur.Econtrario autẽ alii aſſerebant:q̄ erat licitum dare tributum Romanis.qꝛ pro defenſione terre militabant.ꝛ ab hoſtibus.ꝛ latronibus defendebant.ꝛ pacem inter homines conſeruabant:ꝛ iuſtitiã.Hanc autẽ queſtionem phariſei malicioſe propoſuerũt xp̄o.vt ſi diceret non eſſe licitum:ſtatim caperetur tanq̃ contrarius Imperatori:ſi autem diceret eſſe licitum:videretur eſſe contrarius libertati populi ꝛ diuino honori.ꝛ ſic incurreret maliuolẽtiam populi.Et ideo xp̄us cognita nequitia eorũ ait.Quid me tentatis hypocrite.Quaſi diceret.Nõ queritis veritatẽ addiſcere:ſed me verbis capere.Et propter hoc eos vocat hypocritas:qꝛ aliud petebant ꝛ aliud intendebant.¶Ad rationes in oppoſitum.¶Ad primam reſpondetur negando cõſequentiam.Et ratio eſt,q[illegible] xp̄us non reprehendebat e[illegible] de verbis illis:qꝛ vera erãt.ſ[illegible] per ea aliud pretendebant.[illegible] eum in verbis capere:ſicut dictum eſt.¶Ad ſecundam reſpondetur negando minorem:qꝛ iſti ſimulauerunt perſonas volentium addiſcere veritatem:ꝛ cum tamen ipſe eſſent perſone:non que quererent veritatẽ ſed que vellent decipere:ꝛ verbis capere hominẽ.¶Ad tertiam reſpondetur negando cõſequentiam.Et ratio eſt.qꝛ licẽ non omnis ſimulatio.aut hypocriſis ſit peccatum mortale.Iſta tamen erat ſicut dicimus de mendatio:quod eſt peccatũ mortale:quando eſt pernitioſũ ſic hypocriſis eſt peccatũ mortale:quando eſt pernitioſa:cedens in nocumentum alterius perſone:cuius erat iſta phariſeorum hypocriſis:cum cederet in nocumentũ perſone xp̄i.qꝛ ad capiendũ eum verbis ordinata erat.

¶In dominica.xxiiii.eſt euãgeliũ.Loquente ieſu ꝛc.Mat.ix.Et quia in euangelio fit mẽtio de duob⁹ miraculis:poteſt diſputari de vtroq̃.

¶Circa primum:vtrũ ſine tactu diuine gratie:poteſt anima ſuſcitari de morte peccati.

¶Secundo:vtrum tactus ſine infuſio gratie precedat expulſionem peccati.

¶Circa tertium: vtrum conue nientius attribuatur fidei opa rio miraculoꝝ: q̄ alteri ꝟtuti.

Ad primam queſtio nem ſic proceditur. Et videtur. ꝙ ſine tactu ac inſuſiōe gra tie: poſſit anima reſuſcitari de morte peccati. ¶Primo ſic. Minus videtur eſſe reſuſcita re animam de morte peccati ad vitā: q̄ eſt creare de nouo animam. Sed deus creat ⁊ dat vitam anime naturalem ſine medio. Ergo piter hic. ¶Se cundo ſic. Iſa.xliii. Dicit do minus. Ego ſum: qui ſum: qui deleo iniquitates ⁊ peccata ꝓ pter me. Ergo expulſio mortis peccati eſt ante omnem inſuſio nem gratie. ¶Tertio ſic. Aba cuc. Et iuſtus ex fide viuit. Er go viuificare conuenit fidei. Non ergo eſt effectus gratie proprius. ¶In oppoſitum ar guitur ex euangelio. vbi dicitur Pone manum ſuper eam. ⁊ viuet. Et ſequitur. Tenuit ma nū eius. ⁊ ſurrexit puella. ¶Re ſpondeo dicendū. ꝙ ſine tactu ſiue inſuſione diuine gratie nō reſuſcitatur anima a morte pec cati. Patet ſic iſta concluſio. Deus in creatura rationali eſt principiū vite ſpiritualis. Vn de Act.xvii. In quo viuimus ⁊ mouemur. ⁊ ſumus. Sed pri mum quo viuit anima rationa lis per deum: eſt gra[tia]. Erg[o] gratia viuificat. Item. Culpa mortificatur anima. Ergo viui ficatur a contrario illius. ſcilicet gratia. Ergo ⁊c. Vbi notan dum iuxta Alexandrū de ales quia gratia eſt ſimilitudo pri me veritatis. ⁊ ſimilitudo ſum me bonitatis. Secundum eſt ſi militudo prime veritatis com paratur ad animam vt lux. Se cundum ꝟo ꝙ eſt ſimilitudo ſumme bonitatis: comparatur ad animam: vt vita. Et ita ha betur in Ioanne: Io.i. ꝙ ver bum erat vita: ⁊ lux hominum lucēs in tenebris. Et ideo gra tia: que eſt ſimilitudo eius: com paratur ad animam: vt lux ⁊ vi ta. Inquantum autem gratia vt lux comparatur ad animā. Primo: remouet ab ea diſſi militudinem lucis eterne. Et quantū ad hoc: eſt effectus eiꝰ purgare. Secundo diſponit eā ſimil[i] diſpoſitione: vt poſſit ſi mil[is] eſſe in actu. Et tunc dici tu[r i]pſum illuminare. Vltimo in[for]mat ipſam. Et tunc dici t[ur] eam perficere. Secundum [ve]ro ꝙ gr̄a eſt ſimilitudo ſūme [bo]nitatis: cōpaꝛ ad aīaꝫ. vt vita ſic comparatur ad eam. vt

amor.ꝛ ille amor impreſſus:vi ta eſt:qua iam viuit deo Et ſꝫ hunc modum actus gratie eſt viu[illegible]. ¶Ad rõnes in opp. ¶Ad primam rñdetur negando conſequentiã. Et rõ eſt. cũ primo.q2 preſupponi videtur ĩ argumento.ꝙ gratia ſe habeat in viuificatione anime:ſicut agens medium. Et hoc non eſt verum ſꝫ ſe habet.vt cauſa formalis.qua pccm̃ expellit. ſicut ignis frigus aufert calore in tã to ſubiecto.non ſicut inſtrumẽ to.ſed ſicut forma cõtraria.tuꝫ ſecundo non eſt verum:qꝺ dr̃ ĩ mmori.q2 in creatiõe ẽt forma naturalis eſt:qua res formata eſſe formaliter accipit.vel etiaꝫ ipſum:quo eſt ꝗcquid ſit illud. ¶Ad ſecundaꝫ rñdetur negã do conſequentiam. Et ratio ẽ. q2 ſolus deus delet peccata effectiue formaliter deletur ipſa gratia. Deus autem nullus ẽ forma perfectiua. ¶Ad tertiaꝫ reſpondetur negando conſequẽ tiam. Et ratio eſt.q2 vita ſpiri tualis ipſi⁹ anime eſt ipſi⁹ gra tie effectus. ¶Per ſe. Ipſi[illegible] au teꝫ fidei ꝛ charitatis:rõne [illegible]ra tie in quibus manifeſtatur [illegible]a quaſi per ſenſum :ſicut ma[illegible] ſtatur vita in corpore per ſe ſum:ꝛ motum:ſic vita gr̃e n[illegible] nifeſtatur per motũ fidei : ſic[illegible] per ſenſum.ꝛ per motum charitatis:ſicut per motum.

a D ſecundam.q.ſic ꝓ ceditur. Et videtur. ꝙ remotio ſiue expulſio culpe precedat tactum ſiue in fuſionẽ gratie. ¶Primo ſic.ex preſenti euãgelio:vbi primo ꝙ̃ xp̃s tactu ſue manus reſuſcitaret puellam:expulit turbam tumulantem. Unde Grego. li. moralium. dicit. Foris autem turba eiicitur.vt puella ſuſcitetur.q2 niſi prius a ſacerdotibus cordis expellatur ſecularium multitudo curarũ:anima que intrinſece latet mortua :non reſurgit.ꝛ ita vt glo.hic innuit:nõ intreducitur gratia:niſi expulſa culpa. ¶Secundo ſic. Remiſſio culpe : ꝛ infuſio gratie : ſe habẽt ſicut illuminatio ꝛ purgatio. Sed purgatio precedit illuminationem:ſm Diony. Ergo ꝛ remiſſio ſiue expulſio culpe precedit gratie infuſionem. ¶Tertio ſic. In quolibet motu receſſus a termino a quo:ꝓ cedit acceſſum ad terminuꝫ ad quem:vel tempore ſi eſt mot⁹ ſucceſſiu⁹: vel natura:ſi ſit mutatio ſubita. Sed iuſtificatiõis ſiue viuificationis terminus a quo:eſt culpa:terminus ad quẽ eſt gratia :qua viuificatur aĩa

Ergo expulſio culpe precedit infuſionem gratie. ¶ In oppoſitum arguitur. Cauſa naturaliter precedit effectu. Sed infuſio gratie eſt cauſa expulſionis culpe: q2 infundendo gratiam deus: peccata dimittit: infundendo vitam: fugat mortem. Ergo infuſio gratie precedit. ¶ Reſpondeo dicendum: ſm aliud. et aliud reſpectum infuſio gratie precedit: et ſequitur. Pro quo notandum iuxta ſanctum Tho. q, omnis prioritas ſcdm ordinem nature: aliquo modo reducitur ad ordinē cauſe: et cauſati. q2 principium. et cā idem ſunt: In cauſis autem cōtingit: q, idem eſt cauſa et cauſatum: ſm diuerſum gen9 cauſe. vt pz. 2. Phyſi. et v. Meth. Sicut ambulatio eſt cauſa efficiens ſanationis: et ſanatio eſt cā finalis ambulationis. et ita ſimiliter de habitudine: que eſt inter materiam et formam. q2 ſz genus cauſe materialis: materia eſt cauſa forme: quaſi ſuſtentans ipſam. et forma eſt cauſa materie. quaſi faciens actū. ſm genus cauſe formalis. Ex parte autem cauſe materialis. quando ſe tenet ſm quandam reductionem. omne illud per quod materia efficitur propria huiuſmodi forme. ſicut diſpoſitiones et remotiones impedimentorum. et ideo in generatione naturali. quando corruptio vnius eſt generatio a... p hoc q, forma vna introducitur et alia expellitur: remotio forme preexiſtentis ſe tenet ex parte cauſe materialis. Et ideo ſm ordinem cauſe materialis precedit naturaliter introductiōez alterius forme. ſed ſm ordinez cauſe formalis: econuerſo quia forma finis et agens coincidunt in idem numero. vel ſpecie: idō etiam in ordine cauſe efficientis introductio forme prior eſt: q2 forma introducta eſt ſimilitudo forme agentis: per quam agens agit. et ſimiliter in ordine cauſe finalis: q2 natura principaliter intendit introductionem forme. Et ad hanc ordinat expulſionem omnis cum quo non poteſt ſtare forme introductio. Unde cum gratie infuſio et remiſſio culpe ſe habent ſicut introductio vnius forme: et expulſio alterius conſtat q, ſz ordinem cauſe materialis remi[illegible]o culpe precedit infuſionez gr[illegible]ie: ſed ſm ordinem cauſe f[illegible] nalis efficiens finalis infu[illegible] gratie natura prior eſt. ſz ex[illegible]patio viciorum dicitur ope[illegible]ri ad virtutum ingreſſum: p[illegible]oduz cauſe materialis. ¶ Ad

Nones in opp.pȝ rñsio er dictis ad tertiam.q.sic ꝓceditur. Et videt.ꝙ nō attribuatur conueniēter fidei operatio miraculoꝝ. ¶ Primo sic. Gratie enim gratis date a virtutibus dicuntur eo ꝙ virtutes scitis omnibus sunt cōes gratie gratis date diuersis distribuū tur secundum illud.i.Corin.xii. Diuersiones gratiarum sunt. Sed facer miracula est gratie gratis date. Unde in eodē capitulo dicitur. Alii datur operatio virtutum ꝛc. Ergo facer miracula nō est attribuendum fidei:si dicatur ꝙ attribuit fidei sicut merenti. Gratie aūt gratis date tanq̄ ꝯ erequentis. Contra est quod dicit glosa super illud Mat.7. Nōne in nomine tuo prophetamus.ꝛc. Quod ꝓphetare.virtutes facere. demones eiicere:interdū nō est meriti illius:qui operatur sed inuocatio noīs xpī. Ergo nec sic est fidei attribuendū. ¶ Scdo sic. Caritas est principium ꝛ radix merendi:q: fides in formi ... mereri non pōt: Si ergo fide ... ꝓpter meritum attribuit operatio miraculoꝝ magis est attribuēda caritati. ¶ Tertio si Posita causa ponitur effect Si ergo fides est causa facien di miracula: omnes qui fidem habēt miracula fecerent:quod patet esse falsum: Ergo non est fidei miracula facere. ¶ In oppositum est euangelium:vbi dicitur. Fides tua te saluā fecit. ¶ Respondeo dicendum ſuꝫ sanctum Thomam in libro de potentia dei:ꝙ conuenienter virtuti fidei attribuitur operatio miraculoꝝ. Patet cōclusio ex illo Mat. vltimo signa autē eoꝝ q crediderunt hec sequuntur ꝛc. Item Math.xvij. dicit dñs. Si habueritis fidē:sic granū synapis dicetis monti huic transi hinc ꝛ transibit. Pro cuius conclusionis declaratione notandū:ꝙ scti miracula fecerunt dupliciter secundū Gregorium in secundo dyalogoꝝ scilicet orōne impetrādo vt miracula diuinitus fiant.ꝛ per potestatem. Utroqꝫ autem modo fides ydoneū reddit hominem ad miracula facienda. Ipsa enim meretur proprie:vt oratio exaudiatur de miraculis faciendis:quod hac ratione videri potest. Sicut enim in rebus naturalibus videmus:ꝙ a causa vniuersali omnes particulares cause sumunt efficatiā agēdi ꝛñ effectus particularis ꝛ ꝓprius attribuit cause particularis sic pȝ de virtutibꝰ actiuis in

feriorum corporũ: reſpectu virtutis celeſtis corporis. ⁊ de orbibus inferioribus: qui ⁊ ſi ſequantur motum primi orbis: habent tamen ſinguli proprios motus.: ita eſt ⁊ de virtutibus quibus meremur. Nam omnes habent efficatiam merẽdi a charitate: que nos vnit deo: a quo meremur. ⁊ voluntate .pſi cit per quam meremur: ſingule tamen virtutes merentur ſingularia quedam premia eis ꝓportionabiliter reſpondentia: ſicut humilitas meretur exaltationem: ⁊ paupertas regnum. Vnde quandoqꝫ charitate ceſſant per actum aliarum virtutum: etiam ſi aliquis nihil mereatur ex condigno: ex quadaꝫ tamen diuina libertate aliqua congrua beneficia retribuit ꝓ huiuſmodi actibus: ſaltem in hoc mundo. Vnde dicitur: ꝙ per ea que ſunt ex genere bona extra charitatem facta: merentur aliqui ex congruo interduꝫ bonorum temporalium multiplicationem. Per hunc auteꝫ modũ fides meret miraculorũ opationẽ: lꝫ radix merẽdi ſit ex charitate: cuius rõ põt aſſignari triplex. Primo qdẽ. qꝛ miracula ſunt quedã argumẽta fidei quã per ea que naturã excedũt: illorũ veritas cõprobat: que naturalem tranſcendunt rõnem. Vnde Mat. vlti. vꝭ. Illi profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante. ⁊ ſermo[illegible] confirmante: ſequentibus ſignis. Secunda ratio eſt: qꝛ fides potiſſime diuine potentie innititur quã accipit vt rationeꝫ. vel medium ad aſſentiendũ his: q̃ ſupra naturam eſſe viderentur. Et ideo diuina potentia in operatione miraculorum: precipue fidei conſiſtit. Tertia ratio eſt. qꝛ miracula preter naturales cauſas fiunt: fides autem eſt: q̃ non ex rationibus naturalibus ⁊ ſenſibilibus argumentum aſſumit. ſed ex reb⁹ diuinis. Vñ ſicut paupertas rerum temporalium meretur diuitias ſpirituales ⁊ humilitas meretur celeſtem dignitatem. ita fides q̃ſi contemnendo ea: que naturaliter fiunt quodãmodo miraculorũ operationem meretur: q̃ preter naturalem virtutem fit. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primã rñdet negãdo ꝯñaꝫ. Et rõ ẽ. qꝛ facẽ miracula attribuit g[illegible]ie grãs date: ſicut pn̄cipio [illegible]ino fidei. aut ſicut diſponẽ[illegible] ad huiuſmodi gratiam con[illegible]quendam. ¶ Ad ſecundaꝫ reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: qꝛ lꝫ caritas ſit maior virtus fide: largit ta-

men fidei efficaciam merendi: Dei tamen magis cōgruit ad particulariter merendū mira- culorum operationem: vt patet ex ſupradictis. ¶ Ad tertiā dicendum negando cōſequentiā. Et ratio eſt: q2 fides nō eſt ſufficiens cauſa ad miracula faciē da: ſed diſpoſitio quedam. Fiunt autem miracula ſecunduz ordinem diuine prouidentie. q̄ hominibus congrua remedia pro variis cauſis diuerſimode diſpenſat.

¶ In feſto beati Andree eſt euangelium Ambulās. Jeſus ꝛc. Math. 4. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes q̄ſtiōes

¶ Primo: vtrum chriſtus cōuenienter vocauit ad predicationis officium Petrum: ꝛ Andream ꝛ Jacobum zebedei: ꝛ Joannem.

¶ Secundo. vtrum oporteat ſequentes chriſtum omniū temporalia relinquere.

¶ Tertio: vtrū beatus Andreas: ꝛ alii qui ſecum ſunt vocati hac vocatione. fuerit vocatus ad apoſtolatum.

Ad primā. q. ſic procditur. Et videtur: q2 xp̄s nō conuenienter vocauit ad predicationis officium petrum ꝛ Andreā ꝛ Jacobū zebedei ꝛ Joannē: q2 quib9 in euāgelio: q2 ſimplices ꝛ indocti prohibentur eligi vt. 39. di. de Petro: Sz iſti Apoſtoli erant ſimplices: ꝛ indocti. Ergo conuenienter non debuerunt eligi. ¶ Secundo ſic. Electio ad officium: quod reſpicit vniuerſum orbē debet eſſe de pſonis de omni natiōe: ꝛ nō de vna ſpeciali: ergo xp̄s eligens apoſtolos de vna gente: ſcilicet de iudea videtur inconuenienter elegiſſe. ¶ Tertio queritur: quare magis ꝺ arte piſcatoria que videtur vilior eſſe īter omnes elegerit eos: q̄z de alia.

¶ In oppoſitum eſt euangeliū cui non pōt ſubeſſe falſum nec in operibus chriſti aliqꝺ inconueniens. ¶ Reſpondeo dicēdū q2 chriſtus conuenienter elegit Petrum ꝛ Andream ꝛc. ad p̄dicationis ꝛ diſpenſationis diuini verbi miniſteriuz. Patet q2 chriſtus eſt virtus ꝛ ſapientia. i. Corin. i. Ergo ipſe ſapienter omnia fecit ꝛ virtuoſe. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primam rñdetur: q2 iſti apoſtoli cum a Chriſto fuerunt deputati predicationis officio. ipſe fecit ipſos ydoneos. ꝛ doctos: ꝛ suppleuit omnes defectus in eis. quibus ait. ego dabo vobis os: ꝛ ſapiētiam: cui non poterunt reſiſtere oēs aduerſarii veſtri. No-

luit aũt hos ſimplices ⁊ indoctos aſſumere ad predicationis officiũ: ⁊ ne aliquis eoꝝ gloriaretur ſe ſua virtute aut ſapientia dicere ſe eligi meruiſſe. Hec ratio aſſignatur a Paulo Apoſto. i. Cor. i. dicente. Videte vocationem veſtram fratres. quia nõ multi ſapientes ſecundum carnẽ. nõ multi potẽtes non multi nobiles: ſed que ſtulta ſunt mundi: ideſt eos q̃ ſecundum mundũ ſtulti videbantur elegit dominus ad predicationis officiũ: ſcilicʒ piſcatores illiteratos ⁊ hoc vt confundat ſapientes. ideſt eos: q̃ de ſapiẽtia mundi confidunt: ⁊ infirma mundi: ideſt hoies impotẽs ſecundũ mundum ideſt ruſticos ⁊ colonos elegit deus ad predicationis officium: Et hoc ideo vt confundat fortia: ideſt potentes huiuſmodi. Item elegit ad predicationis officium ignobilia mundi: ideſt eos. qui ſecundum mundum ſunt ignobiles: ⁊ contemptibiles: ideſt eos. q ſecundum mundum ſunt contemptibiles. vt pauperes. ⁊ ea que non ſunt ideſt eos. qui non videntur eſſe in ſeculo aliquid. elegit ad predicationis officium. Et hoc ideo: vt ea que ſunt ideſt eos qui ſal⁄e in mundo aliquid eſſe videntur. Et aſſignãs rationem hominum. d. Ideo non elegit excellẽtes in ſeculo: ſed abiectos. vt non glorietur omnis caro in cõſpectu eius. ideſt vt nullus pro quacunqꝫ carnis excellentia glorietur. per comparationem ad deum. Et hoc enim q: mundum ſue fidei ſubiecit. non per ſublimes in mundo. ſiue ſeculo. ſed per abiectos non poteſt homo gloriari. q' p aliquam carnalem excellentiã ſaluatus ſit mundus. Nota tamen q licet Chriſtus a principio vocauerit ad predicationis officium ſimplices homines. nõ tamen ita. q nullum vocauerit litteratum. q: Nathan aelem ⁊ Nicodemum vocauit vt patet Jo. primo. ⁊ tertio. quia ſi ſolos ſimplices vocaſſet. credi poſſet: q fuiſſent ex ſimplicitate decepti. Verũtamen ſimplices magis conſtituit apoſtolos ⁊ predicatores euangelii: q̃ litteratos: vt fides euangelii magis attribueretur ſapientie diuine: quam humãe: ſicut dictũ eſt. ¶ Ad rationes in oppoſitũ. ¶ [illegible] primam patet reſponſio ex [illegible] ctis. ¶ Ad ſecundam re[illegible] ndetur negando conſequen[illegible] m. immo conuenienter de [illegible] ſola gente iudaica aſſumen[illegible] erant apoſtoli: de qua aſſumti fuerant prophete: cui erat ſi

des vnius veri dei: qui fecit celum et terram. Unde beatus Augu. libro de conſenſu euangeliſtarum aſſignans hanc rationem quod dicit ſic: quod gens hebrea tantum deputata eſt a chriſto ad prophetizanduz illa: que de illo futura erant: non quidem quin per ſibillas. et vates ipſorum gentilium multa vera de Chriſto dicta et multa in libris eorū leguntur. que pro noſtra chriſtiana religione teſtimonium ducunt: que a ſanctis angelis: vel ab ipſis prophetis. Judeorum audire potuerunt ſicut etiam ipſum Chriſtum in carne preſentem demonia coacta ſunt confiteri: quia tamen illius gentes hebree ad prophetizandum: et predicandum deputate erant: vnius deus verus: qui fecit celum et terram: et omnia que in eis ſunt: quo offenſo ſepe ſuis hoſtibus ſubdebatur: merito ſolum de gente illa prophetas: et apoſtolos habere voluit. Quod etiam magnum beneficium fuit: quod preſtitit eccleſie ſue vbiqz per terram diff[illegible] et gēs hebrea: que inimica r[illegible] nebat. Chriſti nominis: vb[illegible] ſam diſperſa: et dilata: ne illa de Chriſto per prophetas et apoſtolos dicta ſunt: ficte a nobis putarentur eſſe compoſita. codices Prophetarum et Apoſtolorum de gente eorum vbiqz portaret. et ſic fieret vt gens inimica fidei noſtre teſtis fieret veritatis noſtre. ¶ Ad tertium reſpondetur: quod triplex ratio ex dictis ſanctorum poteſt colligi: que oſtendit congruum fuiſſe Apoſtolos: hos maiores de arte piſcatoria fuiſſe vocatos magis. quam de alia. Prima ex ipſius artis vtilitate: et paupertate. Dicit enim Auguſtinus: quod ideo dominus non elegit reges. aut ſenatores: aut philoſophos ad apoſtolatum. ſed elegit indoctos pauperes. et piſcatores. quia ſi doctos vel oratores elegiſſet: fortaſſis. quilibet eorum diceret: ſe electum. quia doctrina ſua elegi meruit. Propter quod deus noſter volens ſuperborum frangere ceruices: non queſiuit per orationem piſcatorem. ſed per piſcatorez lucratus eſt imperatorem. Secunda cauſa ſequitur ex ipſius artis congruitate. Dicit enim Criſoſtomus ſuper hunc paſſum. Congrue deus noſter per loca piſcatoria tranſit. piſcatores piſcaturus. qui piſcatores future dignitatis gratiam ſui operis artificii prophetabant: quia ſicut qui retia iactat in aqua: neſcit quos piſces cōprehenſurus

ſit ſic ⁊ doctor: quādo diuini ſermonis retia iactat ſup populū. neſcit q ſunt acceſſuri ad dominum. ſed quoſcunqꝫ dn̄s excitauerit: illi adherent eius doctrine. ¶ Tertia ratio ſequit̃ ex illius artis a peccati immunitate. Querit eni Gregorius quare Petrꝰ poſt eius ↄuerſionē ad piſcationē rediit. ⁊ nō Matheus ad theolonei negotium non reſedit. ſoluit. ꝙ qꝛ negotiū qḋ ante conuerſionē ſine peccato extitit. hoc etiā poſt conuerſionem repetere culpa non fuit.

Ad ſecundam. q. ſic p̄ceditur. Et videtur. ꝙ nō oporteat ſequētes Chriſtum omnia temporalia relinquere. ¶ Primo ſic. Paupertas non requiritur ad perfectionem. Ergo ⁊c. Antecedens probatur. qꝛ relinquere omnia videtur eſſe illicitum. Apoſtolus enim prime Corin. 8. dat formam fidelibus faciendi elemoſinas. dicens. Si voluntas prompta eſt. ſecū dum illud. quod habet accepta eſt. i. vt neceſſaria retineatis. Et poſtea ſubdit. Non vt aliis ſit remiſſio. vobis autem tribulatio. gloſa ideſt paupertas. ¶ Secundo ſic. Quicūqꝫ ſe exponit periculo peccat. Sed ille qui omnibus ſuis relictis voluntariā paupertatē ſectatur. exponit ſe periculo. ſecundū illud Prouerbioꝝ. 30. Ne forte egeſtate compulſus: furer. ⁊ periurem nomen domini. ¶ Tertio ſic. Virtus i medio ↄſtituit vt dicitur ſecundo. Ethi. Sed ille. qui omnia dimittit per voluntariam paupertatem. non videtur in medio conſiſtere. ſed magis in extremo. Ergo non agit virtuoſe. ⁊ ita hoc non pertinet ad vite perfectionē. ¶ In oppoſitum. videtur eſſe euangelium preſens. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ſequela. Chriſti duplex poteſt diſtingui. Una ē cōmunis ⁊ neceſſaria omnibus ad ſalutem. in qua conſiſtit perfectio vite chriſtiane. ad quā p̄tinet perfecta obſeruantia preceptoꝝ caritatis. De qua ſequela habetur Jo. 8. vbi. dicitur. Qui ſequitur me. ſcilicet credendo. ⁊ amando. non ambulabit in tenebris. ſed habebit lumen vite. De quo. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Alia eſt ſequela Chriſti ſupra communem [illegible] um: ſaluti neceſſarium. [illegible] ſequela. Chriſti p̄ imitationem vite in paupertate. ⁊ auſteritate. ⁊ huiuſmodi. aut in paſſione. De qua ſequela dicitur in preſenti euāgelio. ꝙ apoſto-

li iſti vocati ſecuti ſunt xp̄m. et Mat. 19. dicitur: Uende omnia que habes. ⁊ ſequere me. Et Petrus apoſtolus dicit. Quid erit nobis: qui reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te: Iuxta hanc duplicem ſequelã diſtinguitur duplex perfectio: vt tangit ſanctus Thomas in ſecunda ſecunde. q. c. 84. ar. 3. vbi ita dicit: ꝙ ſicut homo habet quãdam perfectionem ſue nature ſtatim cum naſcitur: q̄ pertinet ad rationem ſpeciei. Eſt autem alia perfectio: ad quam per augmentum adducitur: ita eſt quedam perfectio caritatis: pertinens ad ipſam ſpeciem caritatis: vt ſcilicet deus ametur ſuper omnia: ⁊ nihil cõtra eum ametur. Eſt autem alia perfectio caritatis, etiam in hac vita. ad quam aliquis ꝑ aliquod ſpirituale augmentum peruenit: vtpote cum hõ etiam a rebus licitis abſtinet: vt liberius diuinis obſequiis vacet. Et hoc modo religio dicitur quędam diſciplina ſiue exercitium ad apprehendendum [illegible] perfectionis augmentum. [illegible] de in collationibus patrum [illegible] cit abbas Moyſes de religioſis loquens: ieiuniorum medicinam. vigilias. labores corporis nuditatem. lectionem: ceteraſq̄ virtutes debere ſuſcipere: nos nouerimus vt ad perfectionem caritatis poſſimus conſcendere. Iſtis diſtinctionib⁹ prehabitis ſit iſta concluſio prima. Ad ſequelam primã Chriſti ⁊ ad habendam primam perfectionẽ nõ eſt neceſſarium omnia relinquere temporalia per voluntariam paupertatẽ: ſed ſufficit vt ſuper omnia deus diligatur ⁊ nihil contra eum ametur: ſiue ꝙ p̄cepta caritatis obſeruentur. Iſta cõcluſio eſt manifeſta. Nam vt dicit ſanctus. Thomas. ſumma perfectio poteſt eſſe cum magna opulentia Nam Abraam: cui dictum eſt Gen̄. 17. Ambula corã me: ⁊ eſtote ꝑfectus. Regiſ diues fuiſſe. ⁊ ſic reges. ⁊ p̄cipes xp̄iani. p̄lati: ⁊ alii xp̄iani minores: q̄ nõ renũciauerũt bonis t̄palib⁹ quoꝝ multi ſũt i ſtatu gratie Scd̄a ꝯcluſio. Ad ſequelã ſecũdã ⁊ ſcd̄am ꝑfectionẽ req̄ritur renũciatio: ſiue dimiſſio t̄paliũ vt pꝫ Mat. 19. Si vis ꝑfect⁹ eẽ ⁊c̄. Et Luc. 9. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſũ: ⁊ ſequatur me. Iſta ꝯcluſio: pꝫ: q̄ ſicut dictũ eſt: ſtatus religiõis eſt q̄dã diſciplina. ſiue exercitiũ per qd̄ ꝑuenit: ad ꝑfectionẽ caritatis: ad qd̄ neceſſariũ ẽ: ꝙ aliq̄s affectũ ſuũ totalr̄ abſtrahat a reb⁹

mundantis. Dicit enim Auguſti
nus lib. x. confe. ad deū loquēs.
Minus te amat: qui tecum ali-
quid amat quod nō propter te
amat. Unde et in libro. lxxxiii.
q. dicit Auguſtinus q̄ nutrimē
tum caritatis eſt diminutio cu
piditatis: Profectio eſt vbi nul
la eſt cupiditas: ex hoc autē q̄
aliquis res mūdanas poſſidet:
allicitur animus eius ad earū
amorē. Unde Auguſtinus in
epiſtola ad Paulinum et The
raſiam: q̄ terrena diliguntur ar
ctius adepta q̄ concupita. Et
Criſ. dicit ſuper Mat. q̄ appo
ſitio diuitiarum maiorem ac-
cendit flammam: et vehemen-
tior fit cupido. Et inde eſt q̄ ad
perfectionem caritatis acquirē
dā primum fundamentum eſt
voluntaria paupertas: vt abſq̄
proprio viuat dicente domino
Mat. xix. Si vis perfectus eſſe
vade: et vēde omnia: que habes
et da pauperibus: et veni ſequere
me. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū.
¶ Ad primam reſpondetur ne
gando conſequentiam. Et ad di
ctum apoſtoli dicendum: q̄ lo-
quitur infirmis: quos ſic dare
monet vt egeſtatem non patiā
tur. Et ſimiliter ex alia glo. nō
eſt intelligendum q̄ non liceat
omnia temporalia obijcere: ſed
q̄ hoc non ex neceſſitate requi-
ratur. ¶ Ad ſecundam reſpon
detur negādo minorē. Dicim⁹
enim q̄ ille: qui ꝓpter Chriſtū
omnia dimiſit: non exponit ſe
periculo ſpirituali: vel corpora-
li. Spirituale quidem periculū
prouenit ex paupertate: quādo
non eſt voluntaria. Periculū
autem corporale non imminet
illis que intentiōe ſequendi chri
ſtum. omnia ſua relinquunt: di
uine prouidentie ſe committen
tes. Unde Auguſtinus dicit in
libro de ſermōe domini in mō
te. Querentibus regnum dei: et
iuſtitiā eius. non debet ſubeſſe
ſollicitudo ne neceſſaria deſint.
¶ Ad tertiam reſpondetur ne-
gādo minorē. Et ratio eſt: quia
medium virtutis ſm philoſo-
phum accipitur ſm rationem
rectam non ſm quātatem rei.
Et ideo quicquid poteſt fieri
ſm rationem rectam: non eſt vi
tioſum ex magnitudine quanti
tatis: ſ; magis virtuoſum. Eēt
autem preter rationem rectam:
ſi quis omnia ſua conſumeret
in intemperantiā: vel abſq̄ vti
li[illegible]e. Eſt autē ſm rationem
r[illegible]am: q̄ aliquis diuitias abii
[illegible]it vt contemplationi ſapien
[illegible] euacet: quod et philoſophi qui
[illegible]am feciſſe leguntur. Unde mul
[illegible]o magis ſecundum rationem
rectam eſt: vt homo omnia bo

na ſua relinq̄t: ad hoc: vt Chri-ſtum perfecte ſequatur. Unde Hieronymus ad. Ruſticum monachum. Nudum chriſtū nudus ſequere.

D tertiã queſtionē vtrum beatus Andreas alii qui ſecū ſunt vocati hac vocatione: fuerit vocatus ad apoſtolatū: reſpōdetur ꝙ ſic. Pro quo notandū ꝙ triplex fuit vocatio Apoſtolorum. ¶ Prima vocatio fuit immediate poſt baptiſmū chriſti: vt habetur Jo. i. qñ duo diſcipuli Joannis audierunt ipſum Joannem dicētem de xp̄o. Ecce agnus dei: & ſecuti ſunt Jeſum: & ibi dicitur ꝙ Andreas frater ſymōis erat vnus ex duobus. qui ſecuti fuerunt Jeſum: & ibi dicitur infra qñ vocauit fratrē ſuum ſymonem ad Jeſum. Iſta aūt vocatio fuit ad xp̄i familiaritatem. ¶ Sc̄da vocatio fuit in captura piſcium: quam deſcribit Lucas. v. c. Ubi dicit: ꝙ xp̄s propter turbas irruentes: aſcendit in nauē Petri: ad predicandū & finita predicatione iuſſit laxari rete in capturam piſciū & ꝑ ſa multitudine Petrus ſciens ꝙ nō poterat eē virtute humana procedit ad genua Jeſu. Et iſta vocatio dicitur eē ad diſcipulatū. ¶ Tertia aūt vocatio fuit: d̄ qua hic in p̄nti euāgelio fit mentio qñ relictis omnibus ſecuti ſunt Jeſum: totaliter ei adherentes: ad p̄dicta negotia amplius nō reuerſuri. Et hac vocatione ſunt vocati ad apoſtolatum &c.

¶ In feſto beati Nicolai veni, diſputandum.

Utrum beatus Nicolaus ſic lucernas ardentes. i. ſanctorū operum perfectionē habuit in manibus ſuis: vt credatur a cunabulis in baptiſmo vltra cōem legem: ſpecialē effectum gratie ſuſcepiſſe. Et videtur ꝙ non: quia baptiſmus equalem effectū habet in omnibus maxime in paruulis: vbi non p̄cedit alia diſpoſitio maior in vno: quã in alio. Ergo beatus Nicolaus non habuit cū paruulus fuerit baptizatus ſpālem effectum gratie. ¶ Secundo ſic. In qualicūqȝ diſpoſitione infans naſcatur: & quacunqȝ hēat naturalia: vnus non naſcitur magis peccator q̄ᵐ alius. Ergo pari ratione: in regeneratione vnus non debet regenerari magis vel melius q̄ᵐ alius. ¶ In oppo. arguit ex multis: q̄ dicuntur de beato Nicolao: ꝙ ſupra communem legem. ſpe-

cialem gratiaȝ ſuſceperit ex ba ptiſmo. Dicitur primo in vita ſua: ꝙ innocentie puerilia intra tranſcendes ieuangelice inſti- tutiõis diſcipulus eſt. Secun- do legitur. ꝙ beatus Nicola- us ad huc puerulus: multo ie- iunio macerabat corpus. Ter tio: ex illo: quod dicitur a pue- ritia ſecu tus eſt dñm. Quar- to. ex illo quod legitur de eo. ꝙ poſtq̃ꝫ domi pueriles decurrit etatem. cunctis mundi huius ſpretis oblectationibus. Chriſti ſe iugo ſubiiciens. documentis ſanctis ſuũ prebuit auditũ. De opib⁹ ſanctis ſuis. que velut lu cerne ardentes ſplēdebãt in eo hiſtoria plena eſt. qualiter erat valde cõpatiēs ⁊ ſuper afflictis pia geſtabat viſcera: vt veraci ter poſſet dicere illud Job. 31. Ab infantia creuit mecum mi ſeratio. Quo circa dicit̃ in hy ſtoria: ꝙ opibus ſanctis Nico laus hũiliter inſiſtēs reuelatio ne ꝓuect⁹ eſt ad ſummũ ſacer dotii gradũ. ¶ Rñdeo dicēduȝ ſaluo meliori iudicio. ꝙ illa q̃ dicta ſunt. ſunt ſatis probabi- lia teſtimonia. ꝙ iſte ſanctus in baptiſmo aliq̃ꝫ ſpiritualē gra- tiã ſupra cõem legē acceperit. Nec eſt hoc inconueniens: qm̃ vt inquit dominus Bonauen tura in. 4. di. 4. gratiam men ſuratur ſecundum liberalitatē dei damnatis. non ſcd̃m quali tatem ſuſcipientis: niſi de con gruo. Et hoc ſcd̃m ꝙ ſuſcipiēs ſe preparat: non ſcd̃m ꝙ eſt ca- par. Cũ ergo deus opat̃ in ba- tiſmo ſcd̃m exigentiã ſacramē ti: ⁊ interius vn⁹ nõ eſt magis diſpoſitus q̃ꝫ alter. iõ equaliter dat oibus paruulis quantũ eſt de lege cõi. Cũ tñ poteſtas ei⁹ nõ eſt alligata ſacramēto: non eſt neceſſe: ꝙ ſemꝑ det eq̃liter. ſed põt facere cui vult ſpãle pri uilegium. Hec Bonauentura Concordat etiã ſanctus Tho. i tertia pte. ¶ Ad rationes i op- po. ¶ Ad primã reſpõdet̃: ꝙ rõ procedit de lege cõi. Sed cum deus operet̃ in ſacramento vt agēs voluntariũ. põt ſcd̃m or- dinē ſue ꝓuidētie aliqd ſpecia- le vni concedere. qđ nõ alteri. ¶ Ad ſecundam reſpondet̃ ne- gando ꝯñam rõne iam dicta. ¶ In feſto beati Thome apo- ſtoli poſſunt diſputari ſequen- tes queſtiones.

¶ Primo: vtrum fides ſit de viſi[illegible] ¶ Secundo vtrũ Tho. d ne[illegible]ſitate ſalutis tenebat̃: ap- p[illegible]ente ſibi dño ⁊ dicēte. Tho m[illegible] ⁊c. cõfiteri fidem diuinita- [illegible] ⁊ humanitatis in chriſto. [illegible] Tertio. vtrum credere his q̃ [illegible]n videmus. ſit laudabile.

Ad primam.q.ſic ꝓceditur. Et videtur. ꝙ fides ſit de viſis. ¶ Primo ex preſenti euangelio. vbi xp̄s ait. Thome. qꝛ vidiſti me Thoma ⁊ credidiſti. Ergo de eodem eſt viſio ⁊ fides. ¶ Secundo ſic. i. Cori. xiii. dicit apoſtolus. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate. ⁊ loquitur de cognitione fidei. ergo fides eſt viſio. Et id quod creditur videtur. ¶ Tertio ſic. Lumen fidei ſe habꝫ ad articulos fidei. ſicut lumen naturale ad principia naturaliter cognita. Sed lumē naturaleꝫ facit ad principia per ſe nota. Ergo etiam lumen fidei facit videre articulos fidei. ¶ In oppoſitum eſt apoſtolus dicens ad Hebre. xi. Fides eſt argumētum non apparentium. ergo fides non eſt de viſis. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta ſanctum Tho. in. iii. Quod viſio proprie loquēdo eſt actus ſenſus viſus. ſed propter nobilitatem iſtius ſenſus tranſlatum eſt nomē viſionis ad actus aliarum potentiarum cognitiuarum ſm ſimilitudinem ad ſenſum viſus que poteſt attendi: ergo ſimilitudo quantum ad genus cognitionis in ⁊ ſic largo modo: ⁊ in propria omnis cognitio: viſio dicitur. Et ſm hoc fides eſt de viſis. Poteſt etiam vlterius attendi iſta ſimilitudo: non ſolum quantum ad genus cognitionis. ſed quantum ad modum cognoſcendi. Modus autem: quo ſenſus viſus videt: eſt inquantum ſpēs viſibilis facti in actu per lumē formatur in viſu. Unde tranſferendo nomen viſionis ad intellectum: proprie intelligendo videmus: quando per lumē intellectuale ipſa forma itelligibilis fit in intellectu noſtro: ſiue illud lumen ſit naturale. ſicut cū intelligimus quantitatem hominis. aut alicuius huiuſmodi. ſiue ſit ſupernaturale: ſicut quo modo deum in patria videmus. Et vlterius videre per intellectum. dicuntur illa complexa: quorum cognitio ex predicta viſione conſurgit: ſicut per lumē naturale videmus principia p̄ma que cognoſcimus ſtatiꝫ vt terminos cognoſcimus: ſiue per lumen ſupernaturale: ſicut eſt viſio prophetie. Et vlterius. Ea etiam que in iſta principia reſoluere poſſumus per rōnem: dicimus videre: ſicut ea que ſciuntur demonſtratione probata. Et ſm hoc pꝫ. ꝙ fide non poteſt eſſe de viſis. qꝛ forma illa intelligibilis: que principale ē obiectum fidei. ſ. deus: formatiōes

noſtri intellectus ſubter fugit: et non eſt ei praulus in ſtatu vie. vt Auguſt. dicit. et preterea nec ea qui ſunt fidei: ad principia viſa reducere demonſtrando poſſumus. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur quod Thomas aliud vidit: et aliud credidit. hominem vidit: et deum credidit. Deum cōfeſſus eſt: cum dixit. Deus meus: et dominus meus. Ubi Tho. perfectior factus eſt in cognitione: poſt xpi reſurrectionem: cū manifeſte confeſſus eſt ipm eē deum. ¶ Ad ſecundam reſpondetur: quod ibi viſio large accipit ſm primum modū. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando cōſequentiam. Et ratio eſt. quia termini principiorum naturaliter cognitorum ſunt comprehenſibiles noſtro ītellectui. Ideo cognitio: que ſurgit ex illis principiis eſt viſio. ſed non eſt ita de terminis articulorū fidei. Uñ in futuro: quando deus per eſſentiam videbitur: articuli erūt per ſe noti et viſi: ſicut modo pn cipia demonſtrationis.

Ad ſecundam. q. vtrū. Tho. de neceſſitate ſalutis tenebatur apparente ſibi domino et dicente Tho. etc. Confiteri fidem diuinitatis et humanitatis in xpo. Et videtur quod non. ¶ Primo ſic. Illud videtur ad ſalutem ſufficere per quod homo attingit finem virtutis. Sed finis proprie fidei: eſt coniunctio humane mentis ad veritatem diuinam: quod poterat in Tho. eſſe ſine exteriori confeſſione. ergo illa exterior fides non fuit neceſſaria ei ad ſalutē. ¶ Secundo ſic. Per exteriorē confeſſionē hō fidem ſuā aliis patefacit. Sed hoc non eſt neceſſarium niſi illis: qui habent alios in fide inſtruere. Sed hoc non competebat. Tho. illa hora reſpectu xpi et diſcipulorum ergo etc. ¶ Tertio non requirit plus a Tho. quam ab aliis apoſtolis: niſi quod crederet xpm reſurrexiſſe. Sed aliis non fuit neceſſarium ad ſalutem talē exteriorem fidei confeſſionem facere: ergo nec Tho. ¶ In oppoſitū eſt illud Apoſtoli ad Roma. x. Corde creditur ad iuſticiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ¶ Reſpondeo dicendum. De neceſſitate ſalutis tenebatur Tho. illa hora facere illam confeſſionē de xpo. Patet cōcluſio. pro qua no. quod ea que ſūt neceſſaria ad ſalutem: cadunt ſub preceptis diuine legis. Cōfeſſio autem fidei cum ſit quid affirmatiuū: non poteſt cadere niſi ſub pcepto affirmatio. Uñ

eo modo de neceſſarijs ad ſalutem: quo poteſt cadere ſub precepto affirmatiuo diuine legis precepta autem affirmatiua nõ obligant ſemper. et ſi ad ſemper obligent. Obligant autem pro loco et tempore. et ſecundũ alias circunſtantias debitas ſecũdum quas oportet actum humanũ limitari ad hoc: quod ſit actus virtuoſus. Sic igitur confiteri fidem. nec ſemper: nec in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis: ſed aliquo loco. et tempore. quoniam ſi per omiſſionem huiuſmodi cõfeſſionis ſubtraheretur honor debitus deo. vel etiam vtilitas proximis impendenda. puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret et ex hoc crederetur: vel quod non hẽret fidem: vel quod fides non eſſet vera. vel alii per eius taciturnitatẽ auerterentur a fide. In huiuſmodi enim caſibus confeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis. Sed iſte caſus eſt in preſentiarum. Iam enim primo dixerat Thomas. quod nolebat credere: niſi videret in manibus fixuram clauorum: et [illegible] digitũ: et cetera. modo [illegible] ſi non confeſſus fuiſſet ore fid[illegible] perfectam de Chriſto eſtimati fuiſſet nõ habere fidem de Chriſto. Vñ dominus ait illi. Noli eſſe incredulus ſed fidelis. Vel eſtimatus fuiſſet tenẽ. quod fides Chriſti non eſſet vera. Vel fortaſſe alij diſcipuli viſa cõtumacia iſtius aut taciturnitate auerterent ſe a fide. Preterea ſubtraxiſſet non confitendo ex quo iam erat ſuſpectus. honorem debitum deo. et vtilitatem a fidelibus. quam ex ſua confeſſione receperunt. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando cõſequentiam. Et ratio ẽ: quia finis fidei: ſicut et aliarum virtutũ referri debet ad finem caritatis qui eſt amor dei et proximi. Et ideo quando honor dei: vel vtilitas proximi hoc expoſcit nõ debet eſſe contentus homo: vt per fidem ſuam veritati diuine coniungatur ſed debet fidem exterius confiteri. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando minorem vliter. Et ratio eſt: quia in caſu neceſſitatis vbi fides periclitatur quilibet tenetur fidem ſuam aliis propalare ſiue ad inſtructionem aliorum fideliũ ſiue cõfirmationem: vel ad reprimẽdum infideliũ inſultationem. Sed de aliis temporibus inſtruẽ homines de fide nõ ptinet ad oẽs fideles. ¶ Ad tertiã eũdem negãdo aſſumptũ quia hoc caſu ad plus tenebatur Thomas quam renuerat credere reſurrectionẽ. quam alii. Unde viſa ſua duritia et ſingularitate i no

ſcdo crederet:niſi certificaret.du
plici ſēſu.ſ.viſu ⁊ tactu.erat ne
ceſſariū:vt expreſſe cōfiteretur
fidē:quā habebat de xpo.

a D tertiā.q.vtrū cre-
dere iis que nō vide-
nt⁹:ſit laudabile ⁊ me
ritoriū. Et videt q nō
¶ Pmo ſic. Dr Eccleſiaſtici.
30. Qui cito credit:leuis eſt cor
de. Sed q credit his.que nullo
mō videt:nimis cito credit. Er
go talis magis eſt vituperādus
q̄ laudādus. ¶ Scdo ſic:abne
gare rōnem:q̄ eſt nobiliſſimū
coꝝ:q̄ in nobis ſunt:eſt vitupe
rabile. Sed q credit ea:que nō
ſunt rōni cōſona:rōnem abne-
gat. Ergo talis eſt vituperabi
lis. ¶ Tertio ſic. Diſcretio eſt
illa:que facit eſſe opus noſtrū
laudabile. Sꝫ cū omnis noſtra
diſcretio ſit p rōnē in his:que
pter rōnem ſūt:non habemus
aliquid:quo diſcernamus. Er-
go huiuſmodi credere non eſt
laudabile qꝛ ita poteſt hō cre-
dere falſis:ſicut veris. ¶ In op
po.eſt euangeliū preſens. Bea
ti q nō viderunt:⁊ crediderūt.
¶ Reſpondeo dicendū:q cre-
dere prime veritati in his:que
nō vident.laudabile ⁊ meritori
um eſt. Probat ſic. Ois act⁹
virtutis eſt laudabilis ⁊ merito-
rius:q̄tum in ſe eſt. Sed cre-
re his:que non videntur:ē act⁹
virtutis fidei.q̄ ē argumētū nō
apparētiū.ſꝫ apoſtolū.ergo ē
laudabile ⁊ meritoriū. Pro cu
ius cōcluſionis pleniori notitia.
eſt ſciēdū:q ſicut Phūs dicit
i. Ethi. Laus proprie ſūt reſpe
ctū ad aliqꝫ quo dignius eſt at
tendit.ſicut videmus q actus
cōcupiſcibilis laudat inq̄tū or
dinate ſe hꝫ ad rōnē. Actus de
rōnis inq̄tū ordinate ſe hꝫ ad i
tellectū:quo dirigit. Eſt actus
ēt ſupremaꝝ potentiaꝝ:ſꝫ ſe hꝫ
ad finē. Et propter hoc:illa que
ſunt optima:nō laudant:ſꝫ ho-
norant. Et qꝛ virtus eſt diſpoſi
tio pfecti ad optimū.vt dr.7.
Phi.iō ꝓprie virtutis actus
laudabilis eſt. Noſtra aūt rōnā-
lis cognitio.ſe hꝫ ad diuinā. ſi
cut ad ſupiorē: Et iō cū rō no-
ſtra diuine virtuti ꝯſentit act⁹
laudabilis eſt.ſicut cū cōcupi-
ſcibilis rōni ſubdit. Et iō crede
re veritati pme in his q̄ nō vi
dent laudabile ⁊ meritoriū ē:⁊
act⁹ virtutis. ¶ Ad rōnes i op
po. Ad primā reſpondetur
ne[illegible]ndo minorē. Licet.n. cre-
d[illegible]re hoi abſqꝫ rōne ꝓbabili:eſt
[illegible]to credere.qꝛ cognitio vnius
hominis nō eſt naturaliter or-
dinata ad cognitionē alterius:
ut per ipſum reguletur:ſed hoc
mō eſt ordinata ad veritatem

primam. ¶ Ad ſecundam rñdetur negando ɔñam. Et rõ eſt: quia homo cum credit: nõ abnegat rõnem: quaſi contra eã faciens ſed eam tranſcendit altiori dirigenti innixus ſcilicet prime veritati: quia ea que fidei ſunt: et ſi ſuper rationem ſint: non tamen contra rationem. Ea autem que ſupra hominem ſunt querere: non eſt vituperabile ſ3 laudabile: quia homo debet ſe ad diuina erigere quantũcũq3 poteſt: vt dicit Phũs. x. Ethi. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando minorem. Dicimus eni3 diſcretionem credendorum habet homo per lumen fidei: ſicut ꝙ diſcretionẽ ſpirituum per aliquam gratiam gratis datam: Unde homo lucem fidei habens non conſentit his: que cõtra fidem ſunt: niſi inclinationẽ fidei relinquat ex ſua culpa.

¶ In feſto beati Stephani eſt euangelium. In illo tempore dixit ieſus turbis iudeorum &c. Mat. i. Circa quod poſſunt dubitari ſe. q.

¶ Primo: vtru3 conuenienter chriſtus miſit ad iudeos ꝓphetas ſcribas: et ſapiẽtes ſciens et ꝑdicẽs eos occidẽdos per iudeos

¶ Secundo: vtrũ Stephanus in hac vita viuens vidit deum per eſſentiam.

a Ad primam. q. ſcilicet vtrum cõuenienter xp̃s miſit ad iudeos ꝓphetas: ſcribas: et ſapientes: ſciens et predicẽs eos occidendos ꝑ iudeos ſic proceditur. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic. Quia hoc videtur ſapere quanda3 crudelitatem ſicut mittere innocentes oues ad lupos ꝑ eos diripiendas. ¶ Secũdo ſic. Si xp̃s miſit eos et ſciuit eos occidendos: voluit eos mori. S3 hoc ẽt voluerũt iudei ꝗ iudei cõformauerũt voluntatem ſuã diuine. Et ita nõ peccauerunt. ¶ In oppo. ẽſt euangelium. ¶ Rñdeo dicendu3 ꝙ cõuenientẽr xp̃s miſit ad iudeos ꝓphetas: et ſcribas: et ſapiẽtes. Miſit ad inſtructionem eoru3 nõ ad hoc vt occiderent ab eis licet bñ predixit: ꝙ eſſent ꝑ eos occidẽdi. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam reſpõdet. ꝙ falſum eſt: ꝙ hoc ſapiat crudelitatem aliquam. quia non miſit eos hac intentione vt a iudeis interficerentur. benefacit tamẽ dedit eis bonã voluntatem: vt ſi contingeret eos mori tardi: patiẽter et libenter mortem ſuſciperent. ¶ Ad ſecundam reſpondet negãdo ɔñam. Et rõ eſt: quia ɔformitas volũtatis hũane ad diuinam non eſt ſimpliciter volẽdo: qḋ

deus vult:ſʒ in volendo ex mõ. ſ.et caritate ſicut deus vult:vſ ad eundem finem. Et hoc mõ iudei interficendo miſſos a xpo volũtatem ſuam nõ conſorma uerunt diuine:q͛ prophetas:et ſcribas:ꝛ ſapienteſ:et nequitia occiderunt:ꝛ ad impediendam ſalutem:quam ex eorum predi catione ſequi videbant.

D ſecũdam.q.ſic ꝓ ceditur. Et videt:ꝙ beatus Stephanus in hac corporali vita viuens viderit deum per eſſen tiam. Dicitur Act.i. Intẽdens in celum vidit gloriã dei. ¶ In oppo. videtur illud Exo.xxxiii. Nõ videbit me homo ꝛ viuet. Glo. Quãdiu hic mortaliter viuit:videri per q̃ſdam imagi nationes deus poteſt:ſm ipſaʒ nature ſue ſpeciem non poteſt. ¶ Rñdeo dõm.ſicut dicit ma giſter Nicolaus de lyra ſuper Act. Apoſtolorũ. Act.7.ꝙ ali qui dixerunt ꝙ viſio iſta Ste phani fuit mẽtalis.ita ꝙ ex ſpe ciali gr͞a fuit ſibi commiſſuʒ vi dere non ſolum humanitatem chriſti.ſed etiam deitateʒ.ſicut Paulo.eo ꝙ erat doctor gen tium.ꝛ Moyſi qui fuit doctor iudeorum.vt dicit Auguſtinus Et hoc videt dicere q̃dam glo. ſuper locum iſtuʒ.que talis eſt Quidaʒ electi adhuc in hac vi ta detẽti:mũdato cordis oculo videre meruerunt gl͞am dei:vt hic Stephanus:ꝛ Paulus ( I tertium celuʒ raptus. Sed hoc dictum vt dicit Nicolaus nõ vi bene conſonare dictis ſctõꝝ ꝛ doctoruʒ:qui ꝯcorditer dicũ ꝙ talis viſio nõ eſt conceſſa ali cui in vita pñti vtẽti ſenſibus ex terioribus.niſi homini chriſto. Vñ ꝛ Paulus dicitur deũ ſic vidiſſe:niſi in raptu ab iſtis ſen ſibus Stephanus autem nõ vi detur tunc fuiſſe raptus.ſʒ ma gis vtẽs ſenſibus. vtpote loq̃ns iudeis audientibus. Propter quod alii dicũt:ꝙ fu t viſio ima ginaria.ita ꝙ in eius imagina tione fuerunt effigies diuinitus formate ad repreſentandum de um.ꝛ hominẽ xp̃ʒ ſicut Iſa.6. Iſaias vidit deum ſedenteʒ ſu per ſolium excelſuʒ.ꝛ mente co gnouit Stephanus ſignificatũ illius rpreſentationis. Et ſic q̃ tum ad hoc:nõ ſolum fuit viſio imaginaria:ſʒ ẽt cũ hoc mẽta lis ſic fiebat ꝓphetis. Et nõ ẽ c[illegible]ũ ꝙ iſto mõ potuit fieri⁹ ſʒ [illegible]ó loq̃ndi ſcripture:vt ꝙ fue rit corpalis viſio.q͛ dr̃ in textu. Cũ eſſet Stephan⁹ plenus ſpũ ſcõ intendẽs in celũ vidit gl͞iaʒ dei. Circa qͦ ſine ꝑiudicio vr̃ ita eſſe:ꝙ a corpore xp̃i exñtis

ī celo fuit immutatus ocul⁹ Ste phāi ad viſionē hūanitatis xp̄i Nā in poteſtate ei⁹ ē:ꝙ corp⁹ e ꝟ videať ſic a longe:ſicut de ꝓpe. Et forte idem de quolibet alio corpe glorioſo:qꝛ totaliter ſubiectū ē aīe. Propter qđ vi deť:ꝙ poſſit imutare viſuz īdiſ ſerenter a longe:ꝛ ꝓpe. Et ſit ſn poteſtate ei⁹:ꝙ īmutet viſuz in ꝓpria vel alia effigie.ſicut di ciť đ corpe chriſti glorioſo Au. vlt. Deitatē Xo videre hoc mō nō potuit.ſed in viſiōe imagina ria formatur in virtute imagi natiua aliqua effigies ad repre ſentandū deum.ita exterius po teſt diuinitus formari ad īmu tationē oculi corporalis aliqua effigies corporalis.nō a deo aſ ſumpto:ſed formata pōt ipſum repreſentare oculo corpali. Et ſic ꝓbabiliter abſq; alia aſſer tione poteſt dici:ꝙ fuit ī viſiōe Stephāi mentaliter:tñ cogno uit:ꝙ illa effigies non erat ipſa diuinitas.niſi rep̄ſentatiue. Et huic modo dicēdi ꝯcordat litte ra:cū diciť. Ecce video celos aptos ꝛ filiū hoīs ſtātem a ꝛ tris virtutis dei. Et hec tan ꝗ de.q.iſta.

¶ In feſto beati Io.euāgeliſte eſt euāgeliū. Dixit Ieſus Pe tro ꝛc. Io.vltimo. Circa quod poſſunt diſputari ſe.q.

P Rimo.vtrū xp̄s plus dilexit Io. ꝗ̄ Petrū Et videtur ꝙ non. ¶ Primo ſic. Deus diligit omnia equaliter. Ergo non diligit magis Io.ꝗ̄ Pe trum Conſequentia eſt bona. Añs ꝓbatur. Sicut diligit om nia:ita cognoſcit omnia. Sed equaliter cognoſcit omnia. Er go eq̄liter diligit omnia. ¶ Se cundo ſic. Deus eodē actu ſim plici dilexit Ioānē ꝛ Petrum Ergo nō vnū magis ꝗ̄ alium. ¶ Tertio ſic. Chriſtus maius bonum voluit Petro ꝗ̄ Ioā ni. Ergo plus dilexit Petrum ꝗ̄ Ioānē. Añs ꝓbatur.quoni am Petro commiſit curaz to tius mundi. Unde ait ei. Io.2. Petre amas me: paſce oues meas. Ioāni vero non cōmiſit niſi cuſtodiam vnius perſone.ſ. matris ſue. ¶ In oppo. videtur argui ex preſenti euangelio:vbi ſpiritualiter Ioānes nomina tur dilectus a chriſto. ¶ Re ſpondeo dicendum: ꝙ qđ iſta. vt tangit ſanct⁹. Tho.ſuper pri mā ꝑtē:ꝛ ſup Io.multipliciter ſoluitur Augu.n.refert hoc ad miniſteriū dicens:ꝙ vita acti ua:que ſignificať ꝑ Petrum: plus diligit deū ꝗ̄ vita contē platiua q̄ ſignificať per Io. qꝛ magis ſentit ꝑſentis vite angu

ſtias: et citius ab eis liberari deſiderat: et ad deū ire. Cōtēplatiuam vero vitam plus de⁹ diligit: quia magis eam conſeruat. non enim finitur ſimul cum vita corporis: ſicut vita corporis. Quidam vero dicunt: q Petrus plus dilexit xp̄m i mēbris et licentiā fuit plus a xp̄o dilectus. Unde ei eccleſiam commendauit. Jo. vero plus dilexit chriſtum in ſeipſo. et ſic etiam fuit ab eo plus dilectus. Unde ei cōmēdauit matrē Alii vero dicunt: q incertū eſt: quis eorum chriſtum plus dilexit amore caritatis. et ſimiliter quō dn̄s pl⁹ dilexit in ordine ad gloriam vite eterne: Sed petrum dicitur plus dilexiſſe q̄ntum ad quandā promptitudinē vel feruorē. Jo. vero plus dilexit q̄tū ad quedam familiaritatis indicia: que chriſtus ei magis demōſtrabat propter eius iuuentutem et puritatē. Alii vero dicunt q xp̄s plus dilexit Petrū: q̄tū ad excellentius donū caritatis. Jo. vero plus q̄tum ad ītelins diuinum itellectus. Unde Petr⁹ ſimpliciter et magis dilectus Jo. vero ſm quid. Preſumptuoſum tamē videt hoc diiudicare quia vt dicit Prouer. 16. Spirituū ponderator eſt deus et non alius. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primā r̄ndetur. q amor dr̄ menſurari: Uno mō ex ſuo principio. et ſic dr̄ magis amari id ad qđ amādū volūtas magis inclinat. Et ſic de⁹ equaliter oia diligit. Alio mō ex pte obiecti. et q qs dr̄ magis amare illū cui mai⁹ bonū vult. et ſic de⁹ dr̄ magis diligere vnū q̄ aliū. inq̄tum vult ei magis bonū. ¶ Ad ſcđam rīdet: q rō pcedit de affectu dilectiōis: ſm quē oia equaliter diligit. quia vno et ſimplici actu q̄uis non velit ſemp equale bonū vel idem oibus. ¶ Ad tertiā reſpondetur concedendo argumentum.

Secundo arguitur. Et videtur q beat⁹ Jo. non fuerit mortuus. quia in preſenti euangelio ſcribitur. Sic volo eum manere. ſ. viuū donec veniam. ſ. in fine mundi. ¶ In oppoſitum eſt: quod hodie in eccleſia ſancta recolitur eius obitus. ¶ Reſpondeo dicendum: q occaſione illius verbi. Sic eum volo manere. quidam dixerunt Jo. non eſſe mortuum, ſed vſq ad nouiſſimum diem victurum: et in ſepulchro dormire: donec veniens chriſtus ſuſcitet eum: hoc accipientes ſignum: q in ſepulchro eius videtur quedam ſcaturitio man-

ne:per modum ebulitionis exſurgere. Et dicunt hoc cauſari ex anhelitu eius. Sed vt dicit Albertus hec eſt fabula. Alii vero eum non dicunt eſſe mortuum. Sed dicunt eum cum Enoch & Elya tranſlatum in paradiſum: pugnaturum cum Antechriſto: & pro chriſto ſuſcipiet martyrium. Nec hoc videtur veriſimile: tam dilectum ſibi apoſtolum: tādiu hoc eſt tanto tempore vſq ad finem mundi ſuſpenderet a ſua viſione: & fruitione: aliis apoſtolis in gloria exiſtentibus. Et ideo cum aliis dicendū eſt: q beatus Jo. mortuus eſt: ſed non per martyriū. & q ſtatim poſt mortem reſurrexit: & cū corpore & anima trāſlatus ſit ad locum beatorum. Et huiuſmodi rei capitur argumentum. q2 in ſepulchro eius corpus non inuenitur. ſed de tā do ſepulchri manna ſcaturit & ebulit in ſignum eius: q populum dum viueret celeſti pane pauit. Non enim videtur credibile: q corpus taz dilecti apoſtoli deus ſine veneratione in celo & in terra reliquit. Et cum nō inueniatur corpus tā venerādum: pium eſt credere. q in celo beata vita & īmortalitate eſt veſtitum. vt dicit Alber. Q3 xpo dicitur. Sic eum volo manere: ſic intelligit. i. nolo eū mori per martyrium. Nolo q perſecutoris ſupplicium eum ab hac vita precidat. q2 & ſi venenum bibit: non tamen nocuit: donec veniam ad vocandum eum ad gloriam. Vnde legitur in vita ſua q in vltima ſenectute ſua apparuit ei dominus. d. Veni dilecte mi. q2 tps eſt: vt cū fribus tuis mecū epuleris.

¶ In feſto innocentium eſt euāgelium. In illo tpe: Angelus apparuit in ſomnio Joſeph &c.

¶ Primo: vtrū innocētes veraciter dicantur martyres xpi.

¶ Secundo: vtrum baptiſmus ſanguinis ſuppleat defectum baptiſmi aque.

Ad primam. q. ſic pceditur. Et videtur q innocentes p xpo occiſi dicantur veraciter martyres xpi. ¶ Primo ſic. Nulla paſſio videtur meritoria: & martyrii corona digna: niſi ſit voluntaria. Sed paſſio iſtorum innocentiū non potuit eē voluntaria: cum vſum rationis haberent. Ergo non videt poſſe dici martyres. ¶ Secundo ſic. Martyrium eſt actus virtutis. Sed ois virtus eſt voluntarius. Sed talis non fuit in il-

lia. vt dictū eſt. ergo ⁊c. ¶ Tertio ſic. Martyr in greco dicit̄ teſtis fidei xp̄iane. Sed inno centes illi nō potuerant eſſe teſtes fidei xp̄iane: cū vſum li. ar. non haberēt. Ergo martyres veraciter dici nō poſſunt. ¶ In oppo. ē fides eccleſie: que colit eoꝝ martyrium: tanq̄ʒ verum. ¶ Reſpondeo dicendum. q̄ innocentes pro xp̄o occiſi. fuerūt veri martyres xp̄i. Circa qđ ſciendum. q̄ ad euitādū argumēta facta: aliqui dixerūt. q̄ innocentibus acceleratus eſt miraculoſe vſus li. ar. ſicut in Ioā. baptiſta: dū adhuc exiſteret in materno vtero. ita q̄ ēt volūtarii paſſi ſūt. ⁊ ſm̄ hoc veri martyres fuerūt ⁊ voluntate ⁊ actu Sʒ q̄r hoc per auctoritatē ſcripture nō ꝓbatur. imo eccleſia dicit. q̄ nō loquendo. ſed moriendo cōfeſſi ſūt. ideo melius dicendum eſt: vt dicit ſcūs Tho. iuxta Augu. q̄ martyrii gloriā quā in aliis ꝓpria volūtas meret̄: illi puuli occiſi ꝓ xp̄o per dei grām ſunt adepti. Nam effuſio ſanguīs ꝓ xp̄o vim gerit baptiſmatis. Unde ſicut pueris baptizatis per grām baptiſmalē: meritū xp̄i operat̄ ad gloriam obtinendā. ita in occiſis ꝓpter xp̄m: meritū martyrii xp̄i operat̄ ad palmā martyrii conſequendam. Unde Augu. dicit in quodā ſermone de epiphania quaſi eos alloquēs. Ille de veſtra corona dubitabat i paſſione pro xp̄o. qui ēt puulis baptiſmū ꝓdeſſe non eſtimat xp̄i. Nō habebatis etatē. que i paſſuꝝ xp̄m crederetis. ſed habebatis carnem in qua ꝓ xp̄o paſſuro paſſionem ſuſtineretis. ¶ Ad rōnes in oppo. vna ſufficit rn̄ſio. q̄ ille ꝓcedūt de martyrio in adultis. in quibus ad meritū martyrii ⁊ corone glorie conſecutionem requirit̄ propria voluntas. ſed in paruulis ꝓ xp̄o occiſis xp̄i meritū operat̄ totum in illis ſine vſu li. ar. Et ita non loquendo: ſed moriēdo teſtes ſunt chriſti.

D ſcđam. q. ſic ꝓceditur. Et videtur. q̄ baptiſmus ſanguīs nō ſuppleat defectuʒ aque. ¶ Baptiſmus. n. aque hʒ efficatiā ex opere opato. Baptiſmus aūt ſanguinis ex ope opante. Unde ſine caritate nō ꝓdeſt. vt. i. Cor. xiii. Sed in pueris nihil hʒ efficaciā ex ope opāte. q̄r vſum li. ar. nō hñt. Ergo in eis baptiſmus ſanguīs non ſupplet viceʒ baptiſmi aque. ¶ Secūdo ſic. In baptiſmo ſanguīs nō ē niſi pena ⁊ eā. Sed pena q̄uq̄ʒ nō ē ꝓportionata ad tolēdaʒ totaʒ

penam debitã ꝓ peccatis: nec ẽẽ deuotio ad cãm paſſiõis: cũ quis ꝓ deo patiť ad hoc ſufficeret. Ergo baptiſmus ſanguinis nõ ſp totã penã debitã ꝓ peccatis tollit. Et ita nõ ſupplet in oibus vicẽ baptiſmi aq̃. ¶ Tertio. Aliqua ſũt genera ſuperrogationũ ſicut virgines: cui debetur aureola: ⁊ doctrina. ⁊ hmõi. Sed hoc nõ ſupplet vicẽ baptiſmi. Ergo nec martyriũ. vt vř. ¶ In oppo. eſt qđ dicit Augu. de beato Cipriano. ꝙ ſi qd in eo purgãdũ erat paſſionis falſe ablatũ ẽ. Ergo baptiſmus ſanguis purgat vniuerſaliter. ⁊ ſupplet locum baptiſmi aq̃. ¶ Rñdeo dõm. ꝙ baptiſmus ſanguis q̃ʒtũ ad id qđ eſt res tantũ. videlʒ q̃ʒtum ad remiſſionẽ ois culpe ⁊ pene. ſupplet locũ ſiue vicẽ baptiſmi aq̃. qñ articulꝰ neceſſitatis ſacrm̃ excludit. Pro cuius intelligentia notandũ ꝙ baptiſmus aq̃ efficaciã hʒ a paſſiõe xpi: inq̃ʒtuʒ eã ſacraliter repñtat. Baptiſmus autẽ ſanguis paſſion xpi cõformať realiter nõ ſacr ⁊ repſentatiõe. Et iõ in his: q̃ ſacralia ſunt baptiſmus ſanguis nõ ſupplet vicẽ baptiſmi aq̃. ſicẽ eſt ipreſſio caracteris ⁊ hmõi. ſeđ in eo ꝙ ẽ res tm̃ ſupplet totaliter vicẽ baptiſmi aq̃. qñ articulus neceſſitatis ſacrm̃ excludit. Sicut. n. in baptiſmo aq̃ liberatur hõ ab oĩ culpa ꝑcedẽte pena. ita in baptiſmo ſanguinis. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primũ rñdeť negando ɔñam. Et rõ ẽ. q: baptiſmꝰ non hʒ tm̃ ex pte ope opante. ſʒ hʒ ex mutatiõe paſſiõis xpi. Vñ de martyribus dř apoc. v. Lauerunt ſtolas in ſanguie agni. Et ideo pueri q̃uis ſi. ar. nõ habeãt: ſi occiduť ꝓ xpo: in ſuo ſanguie baptizati ſaluanť. ¶ Ad ſcđam rñdeť negãdo ɔñaʒ. Et rõ ẽ: q: lʒ illa pena in ſe cõſiderata nõ ẽẽt ſufficiẽs ad liberãdũ ab oi pena peti. tm̃ relata ad cãm paſſiõis accipit efficaciã a paſſiõe xpi: cui aliqs ꝑ talẽ penã cõformať. Et ex hoc ab oi pena abſoluere põt. ¶ Ad tertiã rñdeť negãdo ɔñam. Et rõ ẽ. q: in ſupererogatiõis ſeu ꝑfectiõis opibꝰ nõ ẽ ita expſſa conformitas ad paſſionẽ xpi ſicut in baptiſmo ſanguis: nec ẽẽ in baptiſmo penitẽtie. Et iõ non oportet ꝙ in eis omnis pena dimittatur.

¶ In feſto ſancti Thome Cãturieñ. poſſunt diſputari ſeq. q. ¶ Primo: vtrũ Thomas archieps: Centurieñ. miniſtrauerit xpo repetendo res eccleſie ſue cum ſcandalo regis anglie. ¶ Secundo: vtrũ ferẽs Tho.

in hac adminiſtratiōe ſubeūdo mortē: meruit a celeſti patre coronā martyrii honorificari.

a D primam. q. ſic pcedi tur. Et videt. q tho. predictus non adminiſtrauerit xpo in repetendo res eccleſie cum ſcandalo regis anglie. ¶ Primo ſic. Non miniſtrat xpo qui operatur contra euangelium xpi. Sed Mat. v. dicitur. Ei qui vult tecum in iudicio contendere. & tunicam tuam tollere. dimitte ei & palliū Sed hoc non fecit Tho. ſed cū ſcandalo regis voluit res temporales eccleſie ſue. ergo &c. ¶ Secundo ſic. Tho. tenebat ex ordine caritatis magis diligere ſalutem ſpūalem proximi que impeditur per ſcandalum: q̄ quecūq temporalia bona. Sed id qd minus diligendū eſt dimittendum eſt pter id qd magis eſt diligendum. Ergo Tho. non vr xpo admiſtraſſe: nolēdo dimittere bona temporalia ad vitandum ſcandalum proximorum. ¶ Tertio. In rebus tpalibus nihil eſt magis neceſſarium q̄ cibus. Sed cibus eſt pretermittēdus pter ſcandalū: ſm illud ad Ro. xiiii. Noli cibo tuo perdere illū: pro quo xps mortuus eſt. Ergo multo magis tpalia ſūt pter ſcandalū dimittenda. ¶ In oppo. eſt fides eccleſie: que eius diē mortis non celebraret: niſi xpo adminiſtraſſet in hoc. ¶ Rñdeo dicendum: q huiuſmodi queſtionis ſolutio pendet ex illa qōne. Vtrum ſemper bona temporalia ſunt dimittenda propter ſcandalum. Circa quā queſtionem ſic eſt diſtinguendum q bona temporalia aut ſunt noſtra: aut ſunt nobis ad conſeruandum pro aliis cōmiſſa. ſicut bona eccleſie cōmittuntur: prelatis: & bona cōmunia quibuſcūq reipublice rectoribus: & talium conſeruatio. ſicut & depoſitorum iminet his quibus ſūt cōmiſſa ex neceſſitate: & de talibus eſt concluſio: q non ſunt dimittenda propter ſcandalum: ſicut nec alia: que ſunt de neceſſitate ſalutis. Temporalia vero quarum nos ſumus domini: dimittere: tribuendo ea: ſi penes nos habemus: vel non repetēdo: ſi apd alios ſint: pp ſcādalū ē ɔcluſio ſcda. q qñq dimittere debemꝰ: qñq nō: ſi ſcādalū [illegible] hoc oriat: pp ignorātiā. vel īfirmitatē alioꝝ: ſicut ē ſcādalū puſilloꝝ: tūc vel totalr dimittēda ſūt tpalia vel alr ſedādū ſcādalū: ſic p aliqlē āmonitōez oñdēdo: q iuſte petis. & ipe retinēdo tua iiuſte agit. aliñ ſcā

ſulum naſcitur ex malitia. qd̄ eſt ſcandalū phariſeoꝝ:⁊ propter eos:q ſic ſcādala ꝯcitant: nō ſunt tpalia dimittenda: qꝛ hoc ēt nocet bono cōi. Dareẗ. n. malis occaſio rapiēdi:⁊ nocerer ipſis rapientibus:q retinendo aliēa:ſi peccato remanerēt. Ex quibus patet ꝙ Tho. Can. Res eccleſie ſibi cōmiſſas repetēdo:etiā:cum ſcādalo regis beneſecit. Et ita in eo adminiſtrauit xpo:in repetendo etiam res ſuas cū ſcandalo exorto ex malitia regis anglie:rationib⁹ ſupra aſſignatiſ beneſecit:⁊ xpo adminiſtrauit. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primaꝫ rūdetur ꝙ preceptū illud xpi ſm Aug. in libro de ſermone dn̄i in mōte eſt intelligendū ſm ꝑparationē ai. vt. ſ. hō ſit parus prius pati iniuriam vel fraudē:ꝗꝫ iudiciuꝫ ſubire ſi hoc expediat. Quādoqꝫ tamē nō expedit. Et ſic qꝛ nō expediebat:nō ſeruauit illud Tho. ¶ Ad ſecundā rūdetur negando conſequentiā. Et rō eſt. qꝛ dimittēdo res eccleſie ſibi cōmiſſas. in manib raptorum:hoc vergebat nō in ſalutē proximoꝝ. ſed in damnationē eorū:qui aliena detinendo ſemper in peccato mācbant. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando ꝯñam. Et rō eſt:qꝛ nō eſt de intentiōe apoſtoli ammonere:ꝙ cibus totaliter ꝑpter ſcandalū dimittaẗ. qꝛ ſumere cibū eſt de neceſſitate ſalutis. ſed talis cib⁹ eſt ꝑpter ſcandalū dimittēdus ſm illud. 1. Cor. 8. Non mādu‑cabo carnem in eternum: ne fratreꝫ meum ſcandalizem.

Ad ſecundā. q. ſic ꝓcediтur. Et videt ꝙ ſubeundo mortē ꝑpter res eccl'ie:a patre celeſti nō meruit corona martyrii honorificari. ¶ Primo ſic. Sola fides eſt cauſa martyrii. Dicit Augu. Cauſa martyrii eſt mori ⁊ pati ꝑ chriſto. Sed iſte ſanctus nō eſt mortuus ꝑ chriſto. ſed pro repetendo bona eccleſie. Ergo nō meruit a patre celeſti corona martyrii honorificari. ¶ Secūdo ſic. Martyr diciẗ quaſi teſtis. Teſtimoniuꝫ autē nō redditur niſi veritati. Non auteꝫ diciẗ quis martir ex teſtimonio:cuiuſlibet veritatis:ſed ſolum ex teſtimonio veritatis diuine. Alioqui ſi quis morcretur ꝑ confeſſione veritatis geometrie. vel alterius ſciētie ſpeculatiue: eſſet martyr. Quod videtur ridiculuꝫ. Sed iſte ſanctus non eſt mortuus pro confeſſione veritatis diuine. vt patet. Ergo ⁊c. ¶ Tertio ſic. Inter alia virtutum opera

videntur potiora que ordinant ad bonum commune: qꝛ bonū gentis melius eſt q̄ bonū hominis .i. Ethi. Si ergo aliquod bonū eſſet cauſa martyrii maxime videretur quod illi martyres eſſent: qui pro defenſiōe rei publice moriūtur. Quod eccleſie obſeruatio non habet. Nō enim multum qui ī iuſto bello moriunt: martyria celebrantur Ergo ſola fides videt eſſe martyrii cauſa. ¶ In oppo. eſt euāgeliū hoc de martyribus: quod legitur in huiuſmodi ſancti feſtiuitate. Quod non fieret niſi martyr fuiſſet. ¶ Rn̄deo dicendum: q̄ ille ſanctus ſubeundo libenter: ⁊ patienter ex caritate mortem: ꝓ defenſione iurium. ⁊ rerum eccleſie: meruit a celeſti patre corona martyrii honorificari iuxta verbū ſaluatoris in preſenti euangelio. Qui mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus q in celis eſt. Unde cum ipſo mortuo clerici requiem eternam incipent. ⁊ pro eo miſſam celebrarēt defunctorum ſubito: vt aiunt: angelorum chori aſtantes voces cantantium interrumpūt. martiris miſſam incipiunt Letabitur iuſtus. Et conſequenter cōcinunt: ⁊ ceteri clerici proſequūtur. ¶ Ad rationes in oppoſi. ¶ Ad primā rn̄detur negando aſſumptum: Un̄ Mat. 5. dicit Beati qui perſecutionē patiūtur ꝓpter iuſtitiā. Quod ptinet ad martiriū: vt glo. ibi dicit. ad iuſtitiā aūt ptinet nō ſolū fides ſed ēt alie virtutes. Et ita alie virtutes pn̄t eē cauſa martirii Unde beati Iohānis baptiſte martiriū in eccleſia celebrat: q nō ꝓ negāda fide: ſꝫ ꝓ rephenſione adulterii mortē ſuſtinuit Auctoritati Aug. rn̄detur. q̄ quicūqꝫ patit ꝓ quocūqꝫ bono ope faciēdo. vel ꝓ quocūqꝫ peccato vitādo. ꝓpter xp̄m eſt mori. ⁊ pati ꝓ xp̄o. ¶ Ad ſcd̄aꝫ rn̄detur negādo minorē. Dr̄ enim Mat. 22. Reddite que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo. Bona aūt eccleſie: dei ſūt: que iſti archiepiſcopo erāt cōmiſſa Unūſmoriēdo ꝓ defenſiōe eorū eſt teſtimoniū ferre veritati diuine. Preterea nō eſt ſimile de veritatibꝰ aliaꝝ ſcientiaꝝ qꝛ cū ille nō ptinēt ad oculū diuinitatis. iō eaꝝ ꝯfeſſio nō pōt eē dire[illegible]e martirii cā. Sꝫ qꝛ oē mendatiū pcm̄ ē. vitatio mēdacii ꝯtra quācūqꝫ veritatē. ſic in q̄tū mendaciū eſt pcm̄ diuine legi cōtrariū. pōt eſſe cā martirii. ¶ Ad tertiā rn̄detur negando conſequentiam. Et ratio eſt qꝛ bonū reipublice eſt p̄cipuū

bonū īter bona humana. Sed bonū diuinū: qđ eſt ꝓpria cauſa martirii. eſt potiꝰ q̄ hūanuz quāuis bonū hūanuz pōt effeci diuinū: ſi referaẗ in deū poteſt eē quodcūqꝫ bonū humanū martirii cā. ſm ꝙ in deū refertur. ¶ In feſto beati Silueſtri eſt euangelium. Homo quidam peregre ⁊c. Mat. 25. Circa qđ poſſunt diſputari ſe. q.

Primo: vtrum beatꝰ Silueſter qnqꝫ talēta ſibi a deo data ita lucris multiplicauit. vt meruerit īrare ī gaudiū beatitudinis eterne. Et vř ꝙ non. q: talenta ab aliquo accōmodata lucris multiplicata reddere. vř ad vſurā ꝑtinere. Sꝫ vſura cū ſit pcm̄ mortale ipedit ad īgreſſum beatitudinis. Vn̄ ī Pſal. Domine qs habitabit in tabernaculo tuo. ſequitur. q̄ pecuniā non dedit ad vſuram ⁊c. ¶ In oppoſitū eſt euangelium p̄ns. quod legiẗ in hnōi ſancti feſtiuitate. ¶ Rn̄deo dicendum. ꝙ beatus Silueſter ita tal[illegible]ta ſibi data lucris multiplica[illegible]it. vt in gaudiuꝫ eterne beatitudinis intrare meruerit. Pro quo nota. ꝙ iſta qnqꝫ talēta ſibi dc̄a pn̄t dici. ſ. bonū nature bonum gratie. bonum potentie. bonuꝫ ſcientie bonum opulenti. In bonis nature ſic ꝓfecit. vt fuit corpore itéger. ⁊ hoc propter caſtitatem. facie āgelicus: q: gratioſus aſpectu. ſermone nitidus. q: conſilio magnus. vt dř in vita ſua. Secundo in talento gratie ꝓfecit. ⁊ merita multa cumulauit. Erat. eniꝫ. fide catholicus. ſpe patientiſſimus. charitate diffuſus. ope ſanctus. In talento potentie ꝓfecit q: factꝰ diaconus tanta gratia prefulſit in clero. vt omnis populus chriſtianus intra vrbē eum ſibi in preſbiterum poſtularet. ⁊ tādem Melchiade migrāte omnium voce clericorum ⁊ laicorum concurrente. ſanctꝰ eſt ſūmus pontifex. Quod enim promeruit. opibꝰ declarauit. Nā vt dř in hiſtoria. Erat eniꝫ pijſſimus: ⁊ in oī ſanctitate conſpicuus. Itē in quarto talento. ſ. ſcientie ꝓfecit: ⁊ lucra multiplicauit. Doctrina eni quottidiana populum informabat. qui ad eius ſermonem confluebat in multitudine copioſa. Item cum iudeorum ſapientibus diſputauit. quibus ſuperatis baptizati ſunt tria milia iudeoruꝫ Item: quinto profecit in talento opulentie. Ita enim miſericors erat. vt nulla inops vidua nullus pauper nullus orphanꝰ. nullus indigens in tota vrbe

erat:quem non habet et in ſcri-pti s. Quot vidue erant ĩ regione. quot orphani. quot clerici. ſciebat: et neceſſaria miniſtrabat. Ecce qualiter talenta ſibi data beat⁹ iſte Silueſter multiplicauit. Quare merito intrauit in gaudiũ domini ſui. ¶ Ad rationem in oppo. reſpondetur ꝙ multiplicare dona dei: i eis proficiendo: et accumulãdo merita apud deum non eſt vſura. nec obuiat illud Luc. 19. Ego veniſſe et cum vſuris exegiſſe illam .ſ. pecuniam mutuatam. qm̃ vt dicit ſanct⁹ Tho. ꝙ vſura ibi methaphiſice accipitur: pro ſuperexcreſcentia bonorũ ſpiritualium: quam exigit deus volens vt bonis acceptis ab eo ſemꝑ ꝓficiamus quod eſt ad noſtram vtilitatem non eius.

Secundo vtrum de negligentia multiplicandi talenta ſibi data a deo. merito veniat condẽnandus. Et vr̃ ꝙ nõ: q2 negligẽtia nõ poteſt eſſe peccatum mortale. Dicitur enim ſuper illud. Eccli. 7. De negligentia purgare cũ paucis. Dicit glo. Quãuis oblatio parua ſit: multorum delictorũ purgat negligentiam. Sed hoc non eſſet: ſi negligentia eſſet peccatũ mortale. Ergo ꝛc. ¶ In oppo. ẽ euãgelium preſens. vbi q negle xit cũ talẽto ſibi dato negociari: et operãdo opera virtutũ iubetur mitti in tenebras exteriores. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ꝓ tali negligentiam multiplicandi talentũ ſibi datũ a deo. merito venit cõdemnãdus. Patet concluſio. Nam dicit Criſo. ſuper hunc paſſum. Eterna pena poteſt hõ damnari. nõ ſolũ pro peccato commiſſionis cõmittẽdo adulterium: aut furtum: ſeu homicidium: verum etiam pro peccato omiſſionis. Unde ait: ꝙ non ſolũ q rapit aliena: aut qui male operatur: punitur vltima pena: ſed etiã q bona non facit. Non eniz diues ille epulo fuit dãnatus: ꝙ raperet aliena. ſed q2 ꝓpria Lazaro nõ cõmunicauit. Quod vero arguit ꝙ negligẽtia nõ ꝑt eẽ pcm̃ mortale. reſpondet falſu eẽ. Nã dupliciter põt ↄtingere. vt dicit ſanctus Tho. ꝙ negligẽtia ſit pcm̃ mortale. Uno mõ ex pte ei⁹. qđ ꝑtermittit ꝑ negligẽtiã qđ q̃ñm ſit de neceſſitate ſalutis. ſiue ſit actus: ſiue circũſtantia. erit peccatũ mortale. Alio mõ ex pte eẽ. Si enĩ voluntas in tãtum ſit remiſſa circa ea: q̃ ſunt dei: vt totaliter a dei caritate deficiat: talis negligẽtia eſt peccatũ mortale. et hoc ꝑcipue

contingit: quando negligenti ſequitur ex cōtemptu. Alio qn̄ ſi negligentia conſiſtat in ꝑter miſſione alicuius actus. vel cir cunſtantie: que non ſit de neceſ ſitate ſalutis. nec hoc fiat ex cō temptu, ſed ex aliquo defectu ſeruoris, que impeditur inter dum: per aliquod veniale pec- catum. tunc negligentia nō eſt peccatum mortale. ſed veniale.

¶ In feſto ſancte Agnetis eſt euangelium. Simile eſt regnū celorum ꝛc. Mat. xxv. poſſunt diſputari ſequentes q̄ones.

¶ Primo: vtrum beata agnes ad hoc: ꝙ eſſet vna de numero prudentium virginum: habuit neceſſe in vaſe conſcientie ſue portare charitatis oleum.

¶ Secundo: vtꝝ beata agnes fuerit xp̄o deſponſata.

Ꝺ primã. q. ſic ꝓcedítur. Et videtur ꝙ btũs Mathias per virtutem humilitatis nõ meruerit vt a pře celeſti reuelaretur ſiue oſtẽderetur ad apoſtolatũ aſſumẽdus. ¶ Primo ſic. Mathias ad apoſtolatum electus eſt per ſortẽ. vt habetur Act. i. Ergo nõ per meritum humilitatis. ¶ Scd̃o ſic. Meritũ conſiſtit in caritate. Ergo ſcũs Mathias nõ ꝑ virtutem humilitatis meruit vocari ad apoſtolatũ. ¶ In oppo. videmr euangelium: vbi dicit. Confiteoꝛ tibi pr̃: qꝛ abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus. ſ. ſupbis. ⁊ reuelaſti ea paruulis. ſ. humilibus Prouer. xi. Vbi humilitas: ibi ſapientia. Mathias interpretaẗ humilis ⁊ paruulus. ¶ Rñõ dicendũ ꝙ beatus Mathias meruit ꝓuehi ad apoſtolatum per virtutẽ humilitatis caritate foꝛmante. Job. xxii. Qui humiliatus fuerit erit in gloꝛia. Et prouer. xv. Gratiam precedit humilitas. Et Luc. xiiii. Qui ſe humiliat: exaltabiẗ. Et per multas alias virtutes. qbus plen⁹ fuit. Erat enim vt dicitur in hyſtoꝛia ſua de illuſtri pſapia oꝛiundus qui

litteris traditis: omnem in breui:legio ⁊ prophetaꝝ ſcientiam apprehendit. Laſciuiaз quoqз abhorrēs. puerilles annos mo rum maturitate vincebat. In formabatur quoqз animus ei⁹ ad virtutem. vt eſſet ad intelligentiam habilis: ad miſericordiam facilis. in ꝓſperis nō elatus. in aduerſis conſtans. ⁊ intrepidus. Satagebat. vt quod ſenſu perceperat. opere compleret. Fuit in lege doctiſſim⁹. corpore mundus. animo prudens. in ſoluendis queſtiōibus ſacre ſcripture correctus. in conſilio ꝓuidus. in ſentētiatiōe expedit⁹ ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et rō eſt. q꞉ ꝙ ſors ſuper eum caderet merito virtutū ſuaꝝ fuit. nec exēplo. vt ait Hiero. Eſt ſortibus vtēdū q꞉ priuilegia paucoꝝ cōem legem nō faciūt. Preterea tunc temporis donec veritas eēt ꝓ palata: licuit obſeruare ſortes. vt dicit Beda. Vera enim hoſtia in paſſione fuit imolata. ſed in penthecoſten cōſumata. Et ideo in electione Mathie ſortibus vſi ſunt. ne a lege diſcreparēt. in qua ſummus ſacerdos ſorte querebatur. Poſt penthecoſten vero iam veritate propalata. ſeptem diaconos non ſorte. ſed diſcipulorum electiōe: apoſtolorum Ꝟo oratione. ⁊ manus impoſitione: ordinati ſunt. Cuius autem fuerunt huiuſmodi ſortes: duo ſunt modi dicendi. Hiero. ⁊ Beda volunt ꝙ he ſortes fuerint: quales ille: q̄rum in lege veteri creberrim⁹ vſus erat. Diony. autem: qui fuit pauli diſcipulus: irreligioſum extiſtimauit. hoc arbitrari: aſſerens ſibi videri: ꝙ ſors illa nihil aliud fuerit: niſi quidam ſplendor ⁊ radius diuinitus ſuper Mathiam emiſſus. ꝑ quē ipſe oſtendebatur in apoſtoluз aſſumendus. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequētiam. Et ratio eſt. q꞉ licet charitas ſit principalis radix meriti. ꝑ alias tn̄ Ꝟtutes inq̄tū ſūt īformate caritate: q̄s meref. vn̄ Aug. libro de trinitate. Humilitatis paſſibus ad celi culmina aſcēdit. q꞉ deus excelſis nō ſuperbia: ſed humilitate attingitur.

a — Ad ſcdam. q. ſic proceditur. Et videtur. ꝙ ſanctus Mathias nō nouit filium dei ex preſenti euangelio. vbi dicitur: ꝙ nemo nouit filium niſi pater. ¶ In oppoſi. arguit. q꞉ ſctūs Mathias fuit ꝑmo vn⁹ de. lxxii. diſcipulis Et ita nouit mgr̄m ſuū filiū dei īcarnatū. preterea fact⁹ apoſto-

ius dicens in conſilio:facta ſon da diſputatione inter ſummuz pontificem ipſum alloquentez vt ipſum ipſe per legem ac prophetas:oſtendebat maniſeſte q̃ de xpo erant:proteſtans ſe ſeruum eius.⁊ in ipſum credere. Et ita nouit eum:preterea cuz ſit beatus iam in patria poſit⁹. ⁊ beatitudo ſanctorum cõſiſtit in eius viſione: ſm illud Joã. xvii. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deũ. ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtuz. ergo multipliciter filiuz dei nouit. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ poteſt diſtingui viſio ſiue cognitio dei. Vna eſt naturalis que homo per lumen naturalis rationis ex creaturis que ſunt veſtigia quedam dei colegit cognitionem aliquaz de deo. De qua dicit apoſtolus ad Ro.i. Quod notum.i.quod cognoſcibile eſt deo ab homine.per rationem manifeſtuz eſt illis. Dominus enim illis oſtendit.vno modo infundendo eis lumẽ interius:per quod homo cognoſcit.ps. Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam. Secundo preponendo ſue ſapientie ſigna exteriora.ſ.ſenſibiles creaturas. Eccle.i. Effudit illam.ſ.ſapientiam ſuper omnia opera eius. in quibus ſicut in quodam libro dei cognitio legeret. Vnde ſequitur. Inuiſibilia dei. ſcz vnitatem dei:bonitatem.ſapientiam.potentiam.⁊ huiuſmodi.per ea que facta ſunt. Sicut enim ars maniſeſtatur per opera artificis.ita ⁊ dei ſapientia per creaturas. Sapientie.xiii. Magnitudine enim ſpẽi creature:poterat eorum creator videri. Secunda cognitio ſiue viſio eſt eorum.que habẽtur mediante lumine fidei in itellectu que excedunt omnez intellectũ ſed tñ habetur per reuelationẽ diuinam.factam per ſcripturã ſanctam.aut per predicationez chriſti ⁊ apoſtolorum ſuorum. ſicut ſunt ꝙ deus eſt trinus ⁊ vnus.ꝙ ſit generatio eterna in diuinis.⁊ proceſſio ſpũs ſancti. ꝙ filius dei fuerit incarnatus. ꝙ ſit futurus iudex viuorum ⁊ mortuorum.⁊ reliqua fidei myſteria.que vt dicit apoſtolus.i. Cor.i. Nobis reuelauit deus ꝑ ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur.⁊ profũda dei Et iſta viſio eſt cõmunis omnibus fidelibus. Tertia cognitio ſiue viſio.que dicitur beatifica.ſcz viſio dei per eſſentiam qꝛ in ea conſiſtit beatitudo omnium ſanctorum:ſm illud Jo. xvii. Hec eſt vita eterna.vt cognoſcant. De qua dicit apſs.i.

Corin.xiii. Videmus autem nunc per ſpeculū.ideſt per creaturas in enigmate.ideſt obſcuro.tunc videbimus prima facie ad faciem. Et.i. Joan.iii. Videbimus eum ſicut eſt. Et iſta eſt communis omnib⁹ ſanctis. Quarta viſio dei dicitur viſio per comprehenſionem. ⁊ iſta ſola eſt diuinarum perſonarum. De iſta dicit Joan.i. Deum nemo vidit vnq̄. Super quo verbo dicit Criſoſto. Nec ipſe celeſtes eſſentie. ipſi dico cherubin ⁊ ſeraphin ipm. vt eſt. vnquam videre potuerunt.⁊ de tali viſione loquitur in preſenti euangelio. ¶Tunc reſpondetur ad queſtiōem: ꝙ beatus Mathias. ⁊ alii beati viderunt filium dei viſione beatifica. ⁊ primo in hac peregrinatione exiſtentes viderunt per fidem:non videt:nec videbit viſione comprehenſiua filiuʒ dei. quia deus infinitus eſt.⁊ ita incomprehenſibilis ab intellectu finito. Omne enim.quod comprehendit aliquid. vel eſt maius.vel equale illi. Nullus autem intellectus creatus poteſt eſſe maior deo.nec qualis. Unde a nullo hoc modo creato intellectu eſt viſibilis. Huiuſmodi enim viſio ſancte trinitatis propria eſt. Nec eſt contra hoc quod dicitur in preſenti euangelio.ꝙ nemo nouit filium niſi pater.quia per li.niſi non excludit ſpiritus ſanctus. Pro quo notandum.ꝙ dictiones excluſiue aliquando adduntur nominibus diuinis eſſentialibus.aliquando perſonalibus. ⁊ cum adiungūtur perſonalibus:reſpectu termini eſſentialis: non excludit id quod idem eſt in natura.ſed potius includunt.quia licet alia ſit perſona patris. alia filii.alia ſpiritus ſancti. tamen iſte tres perſone ſunt vnus deus.ita ꝙ nec in deitate. nec in eſſentia habent aliquam alietatem. Dictio autē excluſiua ſolum excludit quid:aliḡ autē importat. Notitia autem abſolute ſumpta:eſſentialiter accipitur.⁊ ideo cōmunibus eſt trib⁹ Et ideo cum dicitur. ꝙ nemo nouit filium niſi pater:per hāc diſtinctionem excluſiuam niſi ab hac notitia non excluditur ſpūs ſctūs.ſed magis includit. Per hoc reſponſio fit ad totū.

D ſecundaʒ.q. vtrū neceſſe ſit ſemp eligere meliores ad dignitatem eccleſiaſticam:ſic proceditur. Et videtur ꝙ ſic. ¶Primo electiōe Mathie.qꝛ lʒ Joſeph eſſet bonus. vnde nominatur iuſtus. tamē

Mathiæ q2 erat melior: eſt electus. ¶ Scdo ſic. Ex electiõe petri. Dñs eni Petrū cui cõmiſſurus erat paſtorale officiū examinauit ſi ſe diligeret plus ceteris. Sz ex hoc aliquis melior eſt. ꝙ deū plus diligit. Ergo videtur: ꝙ ad dignitatē eccleſiaſticam ſemper melior eſt eligendus. Tertio arguit ex illo Symachi pape. Viliſſim⁹ cõputandus eſt. niſi ſcia ⁊ ſanctitate precellat: qui eſt dignitate preſtantior. In oppo. eſt Decretalis. v. ꝙ ſufficit eligere bonū. nec oportet eligere meliorem. ¶ Rñdeo dicēdū iuxta ſanctū. Tho. ꝙ aliquis homo bonus: vel melior altero dr̃ dupliciter Vno modo ſimpliciter: Et ſic melior eſt. qui eſt in charitate perfectior. Alio modo ſecundū quid. Et dicitur aliquis eſſe melior altero: vel ad militiā: vel ad magiſteriū: vel ad prelatiõnē: vel aliquid hmõi qui nõ eſt melior ſimpliciter eo qđ in ſingulis officiis tam in ſpūalibus ꝙ̄ tēporalibus requirunt̃ aliq̄ preter bonitatem moralem: ad hoc ꝙ aliquis ſit idoneus ad illud officiū exercēdū. Dicendū ergo ⁊ ſit iſta pria concluſio: ꝙ oportet eligere ad prelationez: vel ad quodcūqꝫ officiuz eccleſiaſticam aliquem, qui ſit bon⁹ ſimpliciter. eo ꝙ per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet officium ſpiritnale exequendum. Vnde dicit Diony. in epiſtola ad Dinophoſū monachuz loquēs de ſacerdote: q nõ eſt gratiis illuminatus. Non eſt ſacerdos: ſz eſt inimicus doloſus deluſor ſuipſius: ⁊ lupus contra dominicū populū pelle ouina armatus. Secuuda concluſio. Non oz: ꝙ eligēdus ſp ſit melior ſimpliciter. Pz concluſio: q2 poſſibile eſt: ꝙ ille qui eſt perfectior ī caritate deficiat ī multis q̄ requirunt̃ ad hoc: ꝙ aliq̄s ſit idoneus prelatus: q̄ in alio qui eſt minoris caritatis inueniuntur: vt ſcia: idustria: ⁊ potētia: ⁊ hmõi. Vnde nõ oz ſemꝑ eligere meliorē ſimpliciter: ſed eū qui ſit melior ad officiū. Tertia cõcluſio. Si quis eligit euz quē reputat minus idoneū ad tale officiū peccat. Pz ꝯcluſio q2 põt eſſe: ꝙ de duob⁹ vnus ꝑ eligatur niſi ꝓpter aliqd ī ipſo cõſideratū. Illud aūt qđ conſideratur in eo: qui min⁹ eſt idoneus ad hoc ꝙ magis idoneo ꝓferatur: eſt aliq̄ cõditio indebite mouēs. vtpote familiaritas: vel cõſanguinitas: vel aliquid hmõi. Nõ. n. põt eē cõditio ad idoneitatē ꝑtinens ex quo alter

 

ſimpliciter melioꝛ reputaſ. Et ſic indebite mouer. Et i tali electiõe eſt acceptio perſone: que ſine peccato eſſe nõ põt. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primã reſpondetur negando conſequẽtiam. niſi intelligendo de melioꝛi: vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: quia Petrus non ſoluꝫ pꝛe ceteris. eminebat dilectione diuina ſed etiam erat idoneus ad gubernandum eccleſiam pꝛe ceteris ¶ Ad tertiam reſpondeſ. ꝙ auctoꝛitas illa eſt intelligenda quã tum ad ſtudium illius: qui eſt i dignitate conſtitutus. Debet enim ad hoc intendere vt taleꝫ ſe exhibeat: vt ceteros ſcientia ꝛ ſanctitate precellat vt Grego. dicit in paſtoꝛalibus Non autem ſibi imputandum eſt: ſi ante pꝛelationem excellentioꝛ non fuerit: vt ex hoc debeat viliſſimus reputari.

¶ In feſto beati Thome de agno aliqui legunt euangelium. Uos eſtis ſal ꝛc. Circa quod poſſunt diſputari ſe.q.

¶ Primo: vtrum doctoꝛibus aureola debeaſ in regno celoꝝ ¶ Secundo: vtrum pꝛedicatoꝛ vel doctoꝛ. teneatur facere: quod dicitur ex pꝛeſenti euangelio.

a D primam. q. ſic ꝓceditur. Et videſ ꝙ aureola non debeatur doctoꝛibus in regno celoꝛum: qꝛ omne pꝛemiũ quod in futuro habebitur: alicui actui virtutis reſpondetur Sed pꝛedicare ꝛ docere nõ eſt actus alicuius virtutis. Ergo doctrine vel pꝛedicationi non debeatur aureola. ¶ Secundo ſic. Pꝛedicare: et ſtudio ꝛ doctrina pꝛouenit: ſed ea que pꝛemiantur in futuro non ſunt acquiſita per humanum ſtudiuꝫ: qꝛ naturalibus ꝛ acquiſitis nõ meremur. Ergo pꝛo doctrina ꝛ pꝛedicatione nullus in futuro meretur aureolam: ¶ Tertio. Exaltatio in futuro reſpondet humilitati pꝛeſenti: qꝛ q ſe humiliat exaltabitur. Sed i docendo ꝛ pꝛedicando nõ ẽ humilitatis. immo magis ſuperbie occaſio Unde glo. dicit Mat. 4. ꝙ diabolus multos decepit honoꝛ magiſterii inflatos. ¶ In oppo. eſt euangelium pꝛeſens. Qui fecerit ꝛ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Secundo eſt illud: qꝺ ſuper illud ephe. vt ſciatis q̃ ſit eminens ꝛc. dicit glo. Quoddã crementũ habebunt ſancti doctores vltra id quod alii cõmuniter

habebunt. Rñdeo dicendũ: q ſicut p martiriũ ⁊ virginitatẽ aliqs pfectiſſimã victoriã optinet de carne ⁊ mũdo. ita ẽt pfectiſſima contra diabolũ optinetur: qñ aliquis nõ ſolũ diabolo impugnãti nõ cedit: ſʒ ẽt eũ repellit. Et nõ ſolũ a ſe. ſed ẽt ab alijs. Hoc aũt fit per predicationẽ ⁊ doctrinã. Et ideo pdicationi ⁊ doctrine aureola debet ſicut ⁊ virginitati ⁊ martirio. Nec eſt dicendũ. vt quidã dicunt: q habeat tantum prelatis: qbus ↄpetit ex officio predicare ⁊ docere: ſed quibuſcũqʒ hunc actum exercent. Prelatis aũt nõ debet: q̃uis habeãt officium predicandi: niſi actu doceant: ⁊ predicent. quia corona nõ debetur habitui: ſʒ actui pugnẽ: ſʒ illud. ii. Thi. ii. Nõ coronabitur: niſi q legitime certauerit. Notat aũtẽ q tria requirunt ad. hoc. q doctoribus aut col. i. debeatur. Primũ eſt. q ex pte doctrine q̃ docetur. ſ. q ſit de pertinentibus ad ſalutem. per quam diabolus a cordibus hominum expellatur. ſicut quibuſdam ſpiritualibus armis. De quibus dicitur. 2. Corin. x. Arma militie noſtre non ſunt carnalia: ſed ſpũalia ⁊c. Scđo requiritur ex pte docẽtis: q actu doceat ⁊ pdicet: vt dictũ ẽ. Tertio requirit ex pte finis. ſ. q doceat ⁊ pdicet principaliter ad gl'iam dei. Ad rõnes i oppo. Ad primã rñdet negãdo minorẽ. Dicimus. n. q pdicare ⁊ docere ſunt actus alicui⁹ virtutis. ſ. miſericordie ⁊ inter ſpũales elemoſinas cõputat. Ad ſcđam rñdet negãdo ↄñam. Et rõ eſt: q2 q̃uis facultas predicãdi: ⁊ docẽdi: q̃uis qʒ ex ſtudio ↄueniant. tñ viſus doctrine ex voluntate ↄcedit: que p caritatẽ informat a deo iſa ſaʒ. ⁊ ſic actus eius meritorius eſſe põt. Ad tertiã rñdetur negãdo ↄñam. Et rõ ẽ: q2 exaltatio in hac vita nõ diminuet alteri⁹ vite pmium niſi ei qui tali exaltatiõe ppriã gloriã querit. Qui aũt talẽ exaltationẽ in vtilitatem alioꝶ ↄuertit ex ea ſibi mercedem acquirit.

a D ſcđam. q. vtrũ pdicator vel doctor teneatur facere quod dicit. Primo ↄcedit ⁊ vr̃ q ſic ex pũcti euangelio. Qui fecerit ⁊ docuerit: hic magnus ⁊c. Ergo vr̃: q q facit cõtrariũ hmõi quod predicat: errat ⁊ peccat. Secũdo ſic. Dicit Aplã. i. Cor. 9. Caſtigo corp⁹ meũ: ⁊ i ſeruiturẽ redigo, ne forte cum alijs pdicauerim: ipſe reprob⁹ efficiar. Item ad Ro. 2. dicit.

Qui aliū doces. teipm nō doces. ¶ Tertio ſic. Predicator euāgelii tenetur imitari formā ei⁹ q cōdidit euāgeliū. Sʒ ſaluator nr̄ ieſus faciebat: q̄ p̄dicabat. Vn̄ de ipſo dr̄ Act.i. Cepit ieſus facere: ⁊ docere. Ergo vr̄: q̄ ille q p̄dicat euāgeliū vel docet: teneat facere qd̄ p̄dicat. ¶ In oppo: ē q p̄dicat aut docet pfectionē: quā tn̄ non facit: ⁊ tn̄ nō diceret teneri. Vn̄ cū ſecularis p̄dicat pfectionē religiōis: ⁊ pfectiōis. Ergo p̄dicator vel doctor nō tenet ſemp facere quod docet. ¶ Rn̄deo dicendū iuxta. Alexandrū de ales in tertio: ſub iſta cōcluſiōe q̄ qlibet tenet facere qd̄ dicit. ſecundum quod aſſerit aliis teneri ad faciendum quod dicit. Hoc tamē qd̄ aſſeritur eſſe faciendum: vel aſſeritur generaliter: vel ſolū ſm ſtatum. Generaliter. ſicut aſſerit de illis: que ptinent ad ſtatū ſalutis: ſm ſtatū ſicut aſſerit de his: q ptinēt ad ſtatū pfectiōis: vtpote religionis ad quā oēs nō tenent. Et ſic p̄dicator nō tenet facere qd̄ dicit. Dicit ergo. q̄ p̄dicator rōne ſui officii nō tenet oia facere: q̄ docet: aut predicat ad que alias nō tenebat. Si enim oia facit qua predicat. hoc pfectiōis eſt. nō neceſſitatis: Si aliq̄ p̄dicat ad q̄ alias nō tenebat. ſʒ ſi ea q̄ p̄dicat ad q̄ alias tenebat ſicut ſūt p̄cepta dei ⁊ eccleſie. ⁊ forte aliqua alia. ad q̄ forte voto tenebat. ſic planū eſt: q̄ ad iſta tenet' tentiōe neceſſitatis. Sʒ cū p̄dicat ea. ad qua alias non tenebat. non video rationē. quare predicatiōis rōne ad illa teneat tentiōe neceſſitatis. niſi in caſu forte: vbi nō ſeruaret illa eſſet probabilis occaſio ſcandali in auditorib⁹ p quod poſſet preiudicium fieri veritati. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad auctoritates Apoſtoli dico. q̄ intelligunt de illis ad que prius tenebat. ¶ Ad rōnem de xp̄o q̄ predicator debʒ imitari formā illius qui condidit euangelium ⁊c. reſpōdetur q̄ ſi hoc intelligatur neceſſarium. tunc verum eſt. q̄ q̄tum ad ea que ſunt neceſſaria ad ſalutem. ad alia aūt non tenetur. niſi ratione ſcandali. loquendo de tentione neceſſitatis. Et tantum ad preſens de iſta. q.

¶ In feſto ſancti Gregorii poſſum diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrū melius facit. qui conſentit electioni canonice de ſe facte. q̄ q eam recuſat.

¶ Secundo vtrum precibus. beati Gregorii. fuit liberatus Traianus de penis inferni.

¶ Tertio: vtrum ſtat cum perfectiõe papatus. poſſidere quaſi proprias diuitias. aut facultates terrenas:

a Ad primam. q. vtrum melius faciat. q cõſentit electioni canonice de ſe factẽ. q̃ꝫ qui eã recuſat. Et vꝫ q melius faciat q conſentit. Dicit enim Greg. xx. moraliũ. Poteſtas cum ꝑcipit non ex libidine amanda ẽ Sed qñ aliquis per canonicaꝫ electionẽ. epalẽ dignitatẽ adipiſcitur. nõ ꝑcipit eam ex libidine. Ergo dꝫ eã amare. nõ ergo dꝫ eã recuſare. ¶ In oppo. arguitur exẽplo beati Grego. cuius feſtũ hodie colitur. q multipliciter electionẽ de ſe factam recuſauit. ¶ Reſpondeo dicendũ. q ille q electioni canonice de ſe facte cõſentit. cõſiderare precipue debet quid intendit. Si. n. intendit aliqđ tpale. puta honorẽ. diuitias. excutere ſe a iugo religionis aut aliquod huiuſmodi. manifeſtum eſt: q eſt praua intentio. Vnde ponit pro concluſione. q melius faceret ſi non aſſentiret. Si aũt intẽdit perfectum eccleſie. ſic planum eſt. q eſt recta intentio. Vnde Aug. dicit. 19. đ Ci. dei In actione non amandus eſt honor in hac vita ſiue potentia ſed opus ipſum. ſi recte atqꝫ vtiliter fit: vt valeat ad ſaluteꝫ ſubditoꝝ. Sed q2 ad hoc opus maxime requiritur idoneitatis ad qđ humana fragilitas ſꝫ ꝓprias vires ſufficiens nõ eſt. poteſt ergo aliqs laudabiliter cõſiderans ꝓpriũ defectũ ex humilitate. officium prelatiõis recuſare. ſic Iere. dixit. Neſcio loq q2 puer ꝛc. Põt ẽt laudabiliter cõſentire ex caritate fraterna. vt ſalutẽ ꝓximoꝝ ꝓcuret. ſicut Iſa. q dixit. Ecce mitte me. Sed ſicut dicit Greg. in paſtorali. In vtroqꝫ eſt ſubtiliter intuendum. q2 ꝛ is qui recuſauit plene nõ reſiſtit. ꝛ is qui mitti voluit ante ſe ꝑ altaris calculũ purgatum viderit. Nec aũt non purgatus adire quiſq̃ꝫ ſacra miniſteria audeat aut q ſuperna gratia eligit ſub humilitatis ſpẽ ſuperne diſpoſitioni contradicat. Quia ergo valde difficile eſt purgatum ſe quẽlibet agnoſcere prelationis officium: tutius declinatur. nõ tamẽ pertinaciter cuꝫ ad ſuſcipienduꝫ hoc ſuperna voluntas agnoſcitur. ¶ Ad rationes in oppoſi. reſpondetur q illud verbũ Gregorii dꝫ ſic intelligi. ptãs cũ ex libidine non ꝑcipit amanda eſt. ſꝫ ita ptãs cum percipit non eſt amãda ex libidine. ſub

dit enim sed ex longanimitate tolleranda.

a O secundā .q. sic ꝓcedit̄ur. Et vī ꝙ Traianus ꝑcibꝰ Greg. nō fuerit ab iferno liberatus. ¶ Prio sic. Dicit Dio. 7. cele. Jerar. Summꝰ sacerdos ꝓ īmundis nō erat. Et in hoc auerteref a diuino ordine. Et Cōmētator ibidē peccatoribꝰ non orat remissionē: q2 nō audiretur ꝓ illis Ergo nō valēt ꝑces sanctoꝝ existētibꝰ in iferno ¶ Secundo sic. Dicit beatus Greg. 13. moraliū. Eadē est: vt nō oretur post diē iudicii. pro hoībus eterno igne damnatis que nūc causa est: vt non orent sancti ꝓ hoībus ifidelibꝰ ipiisq3 defūctis. ¶ Tertio sic dic̄ Aug. ꝙ sine fide opante ꝑ dilectionē eiusq3 sacramētis .i. de corpore exeunt frustra illis ab huiusmodi officia impenduntur. Sed omnes dānati sunt hmōi. Ergo non prosunt preces: aut suffragia que fiunt pro damnatis. Sed Traianus erat dānatus. Ergo preces Grego. non poterant eum liberare. ¶ In oppo. est historia. Itē Damas. i vno sermone narrat: ꝙ Grego. ꝓ Traiano oratione fundens: audiuit vocē diuinitus sibi allatā Vocē tuā audiui: ⁊ veniā Traiano do. Cuiꝰ rei vt Dāmās. dicit in eodē sermone testis est occidēs ⁊ oriēs. ¶ Rñdeo dicendū iuxta sanctū Tho. in. 4. ꝙ deputati ad īfernū sūt duplicī differentia. Quidā sunt deputati simpliciter: ⁊ sm̄ presentem iustitiam: ⁊ sm̄ superiores causas. Et ꝓ talibus nunq̄3 faciēda sunt suffragia. Non enī eis prodessent preces quorumcunq3 sanctorum. Alii sunt deputati in inferno non simpliciter: s3 sm̄ presentem iusticiam propriorum meritorum. Secundū aūt superiores causas. quibus preuidebantur ad vitam reuocandam erat de eis aliter disponendum. Et tales videntur fuisse multi: qui fuerunt a mortuis resuscitati: quorum plures constat idolatras: ⁊ damnatos fuisse. Et talibus potuerunt ꝑces sanctorū suffragari. ⁊ de numero talium creditur fuisse Traianus: vt probabiliter. potest estimari. vt dicit sanctus Tho. ꝙ precibus beati Grego. Traianus ad vitam fuerit reuocatus. etiam ibi gratiam consecutus sit per quam remissionem peccatorum habuerit ⁊ ꝑ consequens immunitatem. a pena. ¶ Ad rationes patet responsio. Procedunt enī de deputatis simpliciter in inferno.

Vel dicendum eſt q aliud eſt reſuſcitari ad vitam preſentem precibus ſanctoꝝ. ⁊ in hac vita conſequi gratiã: per quã remittuntur ei peccata ſua. Et aliud eſt: q dãnatis in iferno ibi permanẽtibus proſint ſuffragia.

a Ad tertiũ. q. ſic proceditur. Et videtur. q non ſtet cũ ſtatu perfectiõis papatus poſſidere quaſi ꝓprias diuitias: aut facultates terrenas. ¶ Primo ſic. Epi in eccleſia tenẽt locũ apoſtoloꝝ. vt dicit glo. Luc. x. Et habet in. c. decre. xxi. di. Sz apoſtolis dñs ꝓcipit. vt nihil ꝓpriũ poſſiderẽt ſm illud Mat. x. Nolite poſſidere aurũ nec argentũ: nec pecuniã in zonis veſtris. Unde ⁊ petrus cui papa ſuccedit: pro ſe ⁊ ali apoſtolis dicit. Ecce nos relinquimus oia. ⁊ ſecuti ſumus te. Mat. xvii. Ergo videtur. q papa ⁊ alii epi teneant ad huiuſmodi mãdati obſeruãtiam. vt nihil ꝓpriũ poſſideãt. ¶ Secundo ſic. Volũtaria paupertas ad pfectionẽ vr̃ requiri: ſm illud Mat. xix. Si vis pfecti⁹ eẽ vade ⁊ vẽde omnia que habes ⁊ da paupib⁹. Sed papa ⁊ epi aſſumunt ad ſtatũ pfectionis: Ergo vr̃: q nõ ſtet cũ ſtatu pfectionis pape aliqd: quaſi ꝓpriũ poſſidere. ¶ Tertio ſic. Hieronymus dicit ad Nepotianum Cleros grece latine ſors appellatur. Et habetur in. c. cleros. xxi. di. Propterea clerici dicũtur: qꝛ de ſorte dñi ſunt. vel qꝛ ipſe dñs ſor. i. pars clericoꝝ eſt. Qui aũt dñm poſſidet: nihil extra deum poſſidere poteſt Si autem aurum: ſi argentũ: ſi poſſeſſionem. ſi variam ſupellectilem habet: cum iſtis partibus non dignatur dominus fieri pars eius. Ergo videtur. q papa ⁊ epiſcopi. ⁊ non ſolũ epiſcopi. ſed etiam clerici. debeant propriis carere. ¶ Quarto. chriſtus cuius vicarius eſt: ⁊ vices gerit in terris papa. geſſit vitam humilem. ⁊ pauperem. ita q ſicut dicitur. Math. viii. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Ergo papa debet imitari eum. Et ita fecit petr⁹: primus papa ab eo inſtitutus. qui ait. Aurum ⁊ argentuz nõ eſt mihi. Ergo videtur repugnare ſtatui perfectionis papatus. qui dicit vicarium chriſti habere in proprio diuitias ⁊ facultates terrenas. ¶ In oppoſitum arguitur ex euangelio p̃ſenti ſic. Spectat ad fidelez ſeruum. ⁊ prudentem: conſtitutuz ſuper eccleſiam. habere ea: quibus poſſit cibum miniſtrare familie: non tantum verbi dei.

aut exempli honeſtatis.ſed eti-
am ſubſidii temporalis. Unde
xps ter dixit Petro:quē cōſti
tuebat ſup totā eccleſiā:cui ſuc
cedit Gregorius. Paſce oues
meas:ad ſignificandū triplicē
paſtū.ſ.doctrine verbi:vite exē
pli.⁊ tpalis ſubſidii. Sed paſtū
corporalē.ſiue ſubſidii tpalis:
non pōt facere niſi habeat de q
bus. Ergo ex ipſa inſtitutione
xpi nō repugnat ſtatui pfectio-
nis pape:aut epōꝝ.habere ter-
rena bona.qbus indigentibus
ſubueniri poſſit de aliquo pa-
ſtu. Scḋo arguit ex illo.c. epi.
xii.q.i. Ubi dr̄. Epi de rebus
ppriis vel acqſitis vel aliqd d
pprio ſi hūt:heredibus ſuis ſi
voluerint relinquāt. ¶ Rūdeo
dōm:ꝙ nō derogat ſtatui pfe-
ctōis papatus.aut epatus. poſ
ſidere aliqd ppriū vt diuitias
⁊ terrēas facultates. Iſta ↄclu
ſio pꝫ ſꝫ iuxta ſcīi Tho. Ad ea
que ſūt ſuperogatiōis: nullus
tenet:niſi ſe ſpāliter ad id voto
aſtringat. vñ Aug. dicit in epi-
ſtola ad Paulinā.⁊ armētari-
um. Quia iā vouiſti:iā te aſtri
xiſti:aliud tibi facere nō lꝫ:pri⁹
quā eſſes voti reus liberuꝫ fuit
eo ꝙ eſſes iferior. Manifeſtuꝫ
ē aūt:ꝙ viuere abſqꝫ pprio :ſu
perogatiōis ē. Nō.n.cadit ſub
pcepto.ſed ſub cōſilio: Unde
cū Mat.xix.dixiſſet dñs adoleſ
cēti. Si vis ad vitā ingredi:ſer
ua mādata.poſtea ſubdit: ſub-
addēdo. Si vis pfectus eē:va-
de ⁊ vēde oia ⁊c. Nō aūt papa
nec alii epi in ſua ordinatiōe ſe
obligāt vt abſqꝫ pprio viuāt.
nec ēt abſqꝫ proprio viuere ex
neceſſitate reqrit ad paſtorale
officiū:ad qḋ ſe obligāt. Et iō:
nec papa:nec epi tenent: abſqꝫ
pprio viuere. Et per ↄñs non
repugnat ſtatui pfectiōis eoꝝ:
poſſidere diuitias ⁊ bona tpa-
lia. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad
primā rūdet negādo:ꝙ papa.⁊
epi alii teneant illud obſeruare
aut ſint obligati ad illud:qḋ di
ctū fuit aplis. Pro quo notan
dū ꝙ verba illa dñi pñt tripli-
citer itelligi ḋm doctores. vno
mō miſtice. vt nō poſſideam⁹
aurū:nec argentū.i.vt pdicato
res nō initant pncipaliter ſapi
entie ⁊ eloquētie tpalī. vt Hie
rony.exponit. alio modo ſicut
Aug.exponit in lib. de cōſenſu
euāgeliſtaꝝ. vt itelligat hoc dñꝫ
nō pcepiſſe:ſꝫ magis pmitten-
do dixiſſe. Permiſit.n. eis.vt
abſqꝫ argēto ⁊ auro ⁊ aliis ſū-
ptibus ad pdicādū irent:acce-
pturi ſūptus vite ab his:qbus
pdicabāt. Unde ſubdit. Dignus
ē.n.operarius cibo ſuo.ita tñ: ꝙ
ſi aliqs ppriis ſūptib⁹ vteret in

pdicatiõe euãgelii: ad ſupero-gantiã ptineret. ſicut Paulus de ſe ipo dicit. i. ad Cor. ix. Tercio mõ ſm Criſo. exponit: vt itelligat: illa oĩm diſcipulis pcepiſſe cõtinu ad illã miſſionem. qua mittebant ad pdicandum iudeis. vt p hoc exercerent ad cõſidendum virtute ipſius: q eis abſq; ſũptib⁹ puideret. ex quo tñ nõ obligabãt ipſi. vel ſucceſſores eox. vt abſq; ppriis ſumptib⁹ euãgeliũ pdicarẽt. Nam de Paulo legit. ii. Corin. xi. q ab aliis eccleſiis ſtipẽdiũ accipiebat ad pdicandũ. Corinthiis Et patz: q aliqd poſſidebat ab aliis miſſum. Stultũ aũt vt diceret: inqt ſctũs Tho. q tot ſanctificees. ſicut athanaſius. ambroſius. augu. illa pcepta tranſgreſſi fuiſſent: ſi ad ea obſeruanda ſe crederẽt obligari. ¶ Ad ſcdam rñdet negãdo cõñaz. Et rõ ẽ. qr pfectio xpiane vite non cõſiſtit in volũtaria paupertate: ſz volũtaria paupertas inſtrumẽtaliter opat ad pfectionẽ vite. Vñ nõ opz: q vbi ẽ maior paupertas: ibi ſit maior pfectio. Qui imo põt eẽ ſũma pfectio cum magna opulẽtia. Nã abraam: cui dictũ ẽ Geñ. xvii. Ambula corã me. z eſto pfectus legit diues fuiſſe. Preterea: p maiori claritate notãdũ put inqt idẽ ſanctus Tho. q abrenũciatio ppriax facultatũ dupliciter cõſiderari põt. Vno mõ ſm: q ẽ actu. z ſic in eo nõ cõſiſtit eſſentialiter pfectio. ſz ẽ quoddã pfectiõis inſtrm. vt dictũ ẽ. Et iõ nihil phibet ſtatũ pfectiõis eẽ ſine abrenũciatiõe propriox. ſicut ẽt dicẽdum ẽ de aliis exterioribus obſeruãtiis. Alio mõ põt cõſiderari ſm pparationeʒ animi. vt. ſ. hõ ſit parus: ſi op⁹ fuerit. oĩa dimittere. vel diſtribuere. Et hoc ptinet directe ad pfectioẽ. Vñ augu. in libro. de qõnibus euãgelii. Opz filios ſapiẽtie itelligere. nõ abſtinẽdo nec in mãducãdo eẽ iuſticiã. ſz in equanimitate ad tollerãdaʒ inopiã. Vñ z apoſtolus dicit. Scio abundare. z penuriã pati. Ad hoc aũt maxime tenent papa. z ceteri epi. z oĩa ſua pro honore dei. z ſalute gregis ſui cõtẽnant. cũ opus fuerit. vt pauperibus ſui gregis largiendo. rapinam bonox ſuox. cum gaudio ſuſtinendo: que oĩa adimpleta fuerũt i dicto beato Gregorio qui tante largitatis z elemoſinarum extitit. vt nõ ſoluʒ preſentibus ſed etiam longe poſitis in monte ſinaĩ monachis neceſſaria miniſtraret. Nam oiuʒ ĩdigentiũ nomina ſcripta habebat: z eis liberaliter ſubue

 210

ſciebat: vt plenius narraẜ in legenda vnde fuit ille ſeruꝰ fidelis ⁊ prudēs quem poſuit dominꝰ ſup familiam ſuā.i.eccleſiam. ¶ In feſto beati Benedicti eſt euangeliū. Nemo accendit lucernā ⁊c. Luc.xi. Circa quod poſſunt diſputari ſe.q.

Primo: vtrū beatus Benedictus lucernā accēdēs regule monachalis: ⁊ ponens eam ſuper candelabrū eccleſie. conuenientius inſtituit monachos in ſocietate viuentes: q̄z ſolitariam vitam agentes. Et videtur q̄ non. ¶ Primo ſic. Perfectior eſt religio agentiū vitaȝ ſolitariā: q̄z in ſocietate viuentium.. Ergo conuenientius inſtituiſſet monachos agentes vitā ſolitariā: q̄z in ſocietate viuentium. Conſequentia eſt bona. Añs ꝓbatur per illud Aug. in libro de operibus monachoꝝ dicentis: illos ſanctiores eē: q a conſpectu hominū ſeparati: nulli ad ſe prebent acceſſuȝ. viuentes in magna i[n]tentiōe orationū. ¶ Secundo ſic. Solitudo deſeruit vite cōtemplatiue ſecundū illud Oſee.2. Ducam eā in ſolitudinē ⁊ ibi loquar ad cor eiꝰ. Sȝ vita cōtemplatiua eſt ꝑfectior. ſanctior ſanior q̄z actiua. Ergo ⁊c. ¶ Tertio ſic, Religio deſiderat quietē mentis. vt impleat illud. Vacate. ⁊ videte. q̄m ego ſuȝ deꝰ. Sed vita ſolitaria eſt: q̄ maiorē preſtat quietē anime. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. arguitur ex preſenti euāgelio vbi dicitur. Nemo accēdit lucernam ⁊ ponit eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum vt qui ingrediuntur: lumen videant. Sed qui inſtituuntur in ſolitudine. videntur poni ſub modio. cū ſint abſconſi: a ꝯuerſatione hominum: ⁊ nullus illuminatur ab eis. Ergo videtur. q̄ beatus benedictus cōuenientius iſtituit monachos in ſocietate viuentes. Sc̄do ſic. Dicitur eccle.4. Melius eſt eſſe duos: q̄z vnū. Hñt eni emolumētum ſocietatis ſue. Ergo videtur conueniētiꝰ feciſſe inſtituendo ⁊c. ¶ Reſpondeo dicenduȝ q̄ conuenientius fecit beatus Benedictus inſtituendo monachos in ſocietate viuentes. q̄z ſolitariam vitam agentes. Et rō eſt. q: religio eſt quedaȝ ſcola [in] qua docetur diſcipline ⁊ exercitium habetur tendendi ⁊ perueniēdi ad perfectionem Et q: hoc ſeruatur in ſocietate viuentiū. vita autē ſolitaria nō queritur ad hoc. ſed daẜ iam ꝑfectis. ac magiſtris. qui iam nō indigent doceri. Quom ex-

go beatus Bñdict⁹ hoc itende rit ꝯſtituere:q̄ſi ſcolā diſpline. vbi monachi doceanť: puenire ad pfectionē:ſicut pʒ ex modo ſuo loq̄ndi in pncipio regule: ꝯueniēti⁹ fecit ſic:q̄ȝ alr. Pro quo notādū iuxta ſctm̄ Tho.in ſcda ſcde:ꝙ ſolitudo ſicut nec paupertas nō ē ipſa pfectiōis eſſentia. Sȝ pfectiōis inſtrm̄: ſolitudo nō ē inſtrm̄ cōgruum actiōi.ſed ꝯtēplatiōi. ſm̄ illud Oſee.2. Ducā eā in ſolitudinē. ⁊ ibi loquar ad cor ei⁹. Vñ nō ꝯgruit religiōſibus:q̄ ſūt ordiate ad opa vite actiue. ſiue corpalia.ſiue ſpūalia: niſi ſorte ad tps:exēplo xpi:g vt dr̄ Luce.vi Exijt in montē orare.⁊ erat pnoctās in orone.Cōpetit autē religiōib⁹.q̄ ſunt ad ꝯtēplationē ordinate.Cōſiderādū tn̄ eſt: ꝙ id qd ē ſolitariū.dȝ ſibi p ſe eē ſufficiēs. Hoc aūt ē :cui nihil deeſt qd ptinet ad rōnem pfecti. Et iō ſolitudo ptinet ꝯtēplāti:qui iā ad pfectum venit. Qđ quidē ꝯtingit dupliciter. Vno mō ex ſolo diuino munere.ſicut pʒ de Jo.baptiſta: qui fuit repletus ſpū ſcīō:adhuc ex vtero matris ſue. Vñ ⁊ cū puer adhuc eēt: erat in deſertis. vt dr̄ Luc.i.Alio mō p exercitiū virtuoſi actus.ſm̄ illud ad Hebre.v. Perfectorū eſt ſolidus cibus:eoꝝ qui pro ꝯſuetudine exercitatos hñt ſenſus ad diſcretionē boni ⁊ mali. Ad exercitiuȝ aūt hmōi iuuať hō ex aliorum ſocietate dupliciter. Vno mō q̄ntum ad itellectuȝ. vt inſtruať in his:que ſūt ꝯtemplāda.vñ Hiero.dicit ad Ruſticū monachū.Mihi placȝ.vt habeas ſanctū ꝯtuberniū: nec ipſe te doceas. Scdo quātum ad affectū.vt.ſ.noxie affectiōis hoīs reprimanť exēplo ⁊ correctione alioꝝ.qꝛ vt dicit Greg. Quid valet ſolitudo corporis.ſi deſit ſolitudo cordis. Et iō vita ſocialis neceſſaria ē ad exercitiū pfectionis. Solitudo aūt cōpetit iā pfectis. Sicut ergo id qd iam pfectū ē:pemineť ei qđ ad pfectionē exerceť :ita vita ſolitarioꝝ.ſi debite aſſumať. p̄eminet vita ſociali.Si autem abſq3 p̄cedēti exercitio talis vita aſſumať:eſt piculoſiſſima:niſi p diuinā grām ſuppleať:qđ in alus p exerciciū acquiriť: ſicut pʒ de beato antonio ⁊ bñdicto. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primā reſpōdeť negādo ꝯñam qꝛ lȝ ſicut dictū eſt vita ſolitaria.⁊ debite aſſumať: p̄eminet vite ſociali.tn̄ impfectis tēdentibus ad pfectionē: ſicut diſcipulis ꝯueniētior ē vita ſocialis ¶ Ad ſcdam rñdeť negādo cō-

 211

ſeqnētiā. qꝛ lȝ ipſa cōtēplatiua
vita ſolitaria ſit pfectioꝛ. tñ in
pfectis eēt minus ↄueniēs. Er
go piculoſa. vt dictū ē. ¶ Ad
tertiā rñdet. Dicim⁹. n. ad mi
norē: ꝙ vita ſolitaria perfectis
ſufficiētib⁹ p ſe eēt magis grata
⁊ magis apta ad vacādū diui
ne ↄtēplationi. imꝑfectis ta
men eſſet inquieta ⁊ periculo
ſa ſicut dictum eſt.

Q ſedam. q. vtrū bea
tus bñdictus in viſiōe:
q̄ vidit totū mundū: d
uinā eſſentiā vidit. Et vr̄ ꝙ ſic;
¶ Primo ſic. Dicit. n. Greg.
de hac viſiōe loquēs. Aie vidē
ti deū anguſta ē oīs creatura.
Sed videre deū ē videre diui
nā eſſentiā. Ergo btūs bñdict⁹
vidit diuinā eſſētiā. ¶ Secūdo
ſic. Ibidē ſubdit Grego. ꝙ to
tū mūdū vidit in diuino lumīe
Sed nō ē aliud lumen dei vel
claritas dei: q̄ ipſe de⁹. vt idē
dicit Grego. Et habet in glo.
Exo. xiii. ſup illud. Nō videbit
me hō ⁊ viuet: Ergo btūs Bñ
dictus vidit deū p eſſentiam.
In oppoſi. ē qd̄ dr̄ Jo. i. Deū
nemo vidit vnq̄ vbi dicit glo.
ꝙ nullus in mortali carne vi
uēs: dei eſſentiā videre poteſt.
¶ Rñdeo dicēdū. ꝙ btūs bñdi
ctus in illa viſiōe nō vidit deū
p eſſentiā. Que ↄcl[illegible] ſic pro
bat. Corpus corruptibile aggra
uat aiam. vt dr̄ Sap. ix. Sum
ma aūt eleuatio mentis hūane
ē. vt diuinā eſſentiā videndā p
tingat. Vñ ipoſſibile ē ꝙ mēs
humana diuinā eſſentiā vide
at. vt Aug. dicit. xii. Sup Ge
ne. ad lrām: Niſi huic vite. fun
ditus hō itereat. vel ſic alienet
a ſenſibus. vt neſciat vtrū ſit in
corpe: an extra corpus. ſicut de
Paulo legit. ii. Coꝛ. xii. beatus
aūt bñdictus: qñ illā viſionē vi
dit: nec huic vite funditus moꝛ
tuus erat. nec a corpeis ſenſib⁹
alienatus. vt pȝ. qꝛ. dū adhuc in
ea viſiōe pſiſteret: aliū ad idē vi
dendū vocauit. vt Grego. re
fert. Vñ manifeſtū ē ꝙ diuinā
eſſentiā nō vidit. ¶ Ad rōnes i
oppo. ¶ Ad primā rñdet. ꝙ ex
illis verbis nō datur itelligi ꝙ
btūs bñdictus in viſiōe viderit
deū p eſſentiā. ſed vult oñdere.
ꝙ qꝛ videnti creatorē anguſta ē
oīs creatura. Cōſequēs ē: ꝙ p
illuſtrationē diuini luminis de
facili poſſent quecūqȝ videri.
Vñ ſubdit q̄uis parū de luce
creatoꝛis aſpexerit: breue fit
qd̄ creatū eſt. Ex hō nō ē mirū
ſi ſctūs bñdictus p lumē diui
nū amplius aliud videre potuit:
q̄ hoies cōiter videāt. ¶ Ad ſe
cūdā rñdet. qꝛ lumen dei quāqȝ
d ē ipſe de⁹. quāqȝ pro aliq̄ lu

men deriuatū a deo: ſcḋm illud ps. In lumine tuo videbimus lumē. Hic aūt accipit̄ ꝓ lumine deriuato a deo.

¶ In feſto annūciatiōis dn̄ice eſt euāgelium. Miſſus eſt angelus ⁊c. Luce. i. Circa q̄d poſſunt diſputari ſeq. q.

¶ Primo vtrū fuit neceſſariū ānūciari v̄gini ꝯceptio filij dei

¶ Scḋo: vtrū beate v̄gini debuit fieri annūciatio p angelū.

¶ Tertio. vtrū ānūciatio fuerit ꝯuenienti ordine perfecta.

a Ad primā. q. ſic procedit̄. Et videt̄ q̄ nō fuit neceſſarium. ¶ Prio ſic. Ad hoc ſolum neceſſariū videbat̄: ānūciationē fieri vt ꝯſenſus virgiginis haberet̄. Sed conſenſus eius non videtur neceſſarius fuiſſe: q2 conceptus virgīs p̄mōſtratus fuit prophia predeſtinatiōis. vt Iſa. vii. Ecce virgo ꝯcipiet. que ſine noſtro. cōplet̄ arbitrio. vt dicit quidam glo. Math. i. Ergo nō requirebatur alius conſenſus ex parte virginis. rōne cuius oporteret annūciationē fieri. ¶ Scḋo ſic. Beata virgo incarnationis fidē habebat. Sed deō q̄ quis p certitudinem credit nō indiget vlterius inſtrui. ergo nō fuit neceſſarium: annunciationem beate virginis fieri: de incarnatione filii dei. ¶ Tertio ſic. Sicut dicit Gregorius fides nō habet meritum: cui humana ratio p̄bet experimentum. Sed in collocutione angeli ad virginem: quedam perſuaſiua rō facta ē: ergo meritum fidei in ipſa: vel euacuauit vel diminuit. quorū vtrūq3 eſt icōueniēs. Ergo ⁊c.

¶ Quarto. Inter que nulla diſtātia eſt: nulla ē miſſio. Sz inter deum ⁊ beata virgine nulla eſt diſtantia. Ergo nulla debuit interuenire miſſio media. Patet. q2 deus fuit cū beatiſſima virgine: per eſſentiā: preſentiam. ⁊ potentiam. ſicut eſt in creaturis generaliter. ⁊ per. inhabitatā grām ſicut eſt in ſanctis: ſpecialiter. Ergo nulla miſſio neceſſaria fuit. ¶ In oppo. arguit̄: ex pn̄ti euangelio vbi dr̄ q̄ angelus dicit ei. Ecce concipies. ⁊ pies. ¶ Scḋo ſic. Maioris ſapie oſtēſiuū eſt miraculum de ꝯceptiōe xp̄i ex virgine q̄ȝ de cōceptione Io. baptiſte: ex ſterili. Sed ꝯceptio Io. per angelum prenūciata eſt: ne fortuitu: ⁊ nō ex dei ꝓuidentia accidere putaretur. Ergo multo amplius ꝯceptionē xp̄i debuit annunciatio precedere. ¶ Tertio ſic. Conceptione xp̄i factū eſt quoddam matrimonium p

 

indiuiſibilē coniunctionē diuine ⁊ humane nature. Sʒ i matrimonio requirit̄ ꝯſenſus: qui ꝑ verba nūcioꝝ requirit̄ ⁊ ꝯſilratur ergo decuit: vt deus ꝑ angelū ſuum ꝯſenſum exigeret virgīs de qua hūana natura aſſumeret vnitatē pſone. ¶ Rñdeo dicendū . ꝙ ꝯgruū ⁊ ꝯuenientiſſimū fuit: annūciare beate virgini: ꝙ eēt xp̄m ꝯcepturā. Iſtius ꝯcluſiōis ꝯgruitas oñditur ex multis. Primo. vt ſeruaretur ꝯgruus ordo ꝯiūctiōis filii dei ad virginē vt ſcʒ prius mēs ei⁹ de ipſo inſtrueret̄: q̄ʒ carne cū ꝯciperet. Nō. n. decebat vt dei ſapia eius vterū ībabitaret ſine hoc: ꝙ mens eius cognitiōe tāti myſterii reſplēderet. Et iō nō decuit: eā ignorare: quod in ea fiebat. ſʒ oportuit hoc ſibi annunciari. Scd̄o in ipſa futurā eēt certiſſima teſtis hmōi inſtātie ꝯception is. Vñ oportuit: ꝙ de tāto myſterio p̄renūciatiōem erudiret̄. Tertio. q: deus nō diligit coacta ſeruitia: ſʒ volūtaria. vt q̄ obſequunt̄: in ipſo miniſterio mererent̄: Vñ cum btā virgo ſingulariter eligeret̄ ī dei miniſteriū: quē vtero portauit: lacte aluit vt ꝯſenſus eius angelo nunciāte: requireret̄. que humiliter prebēs ſe ad obſeqū ſedulā ſe ac p̄ōptam obtulit. ✠ Ecce ancillā dñi. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primaʒ rñdetur negādo ꝯñaʒ. Et ad glo. Mat. i. rñdetur: ꝙ ea de quibus ē ꝓphetia predeſtinatiōis: cōplent̄ ſine noſtro arbitrio cauſante. ſʒ nō ſine noſtro arbitrio cōſentiente. ¶ Ad ſcd̄aʒ reſpondetur negando ꝯñaʒ. Et ratio eſt. q: non erat determinare cadens ſub fide tp̄s incarnationis: ⁊ ꝑ quā virginē hoc eſſet implēdū. Et ideo de hoc īſtruēda erat ꝑ annunciationē: incarnationem eē futurā. quod antiquoꝝ fidei ſubiacebat: firmiſſima fide tenebat. ſʒ cū eſſet humilis: non tam alta de ſe ſapiebat. Et iō ſuper hoc erat iſtruēda. ¶ Ad tertiam rñdet̄ negando ꝯñam. Et rō eſt. quia allocutio angeli nō ex rōne humana pſuaſit. ſʒ ex oipotentia diuina. cui fides maxime innitit̄. Dixit. n. Nō erit impoſſibile apud deum oē verbū. ¶ Ad quartā reſpondetur negando ꝯñam. Et rō eſt. q: vt dicit albertus: licet in ea habitaſſet per grām. non tamē per corporalem preſentiam: ad quā neceſſaria erat annūciatio rationibus aſſignatis.

a D ſcd̄aʒ. q. ſic ꝓcedit̄ur. Et videtur: ꝙ iſta annūciatio nō debuit fieri ꝑ angelū. ¶ Pri-

mo ſic. Supremis angelis fit reuelatio a deo imediate: vt dicit Dionyſius. 7. Cele. Je. Sʒ mater dei eſt ſuperior oib⁹ angelis. Ergo nō debuit ſibi per angelum annūciari incarnationis miniſteriū: ſed imediate a deo. ¶ Secundo ſic. Null⁹ poteſt annunciare: quod ignorat: Sed ſupremi angeli non plene cognouerunt icarnationis miniſterium vt dicit beatus Dio. ergo videtur: ꝙ per nullum angelū conuenienter potuit incarnationis miniſteriū annūciari. ¶ Tertio. Maiora ſūt per maiores nuncios annūcianda. Sʒ miniſteriū icarnationis eſt maximū inter oia alia: que per angelos ſunt hominibus nūciata. Ergo videtur: ꝙ ſi per aliquez angelū annūciari debuit ꝑ aliquē de ſupremo ordine debuit. Non ergo per Gabrielē: qui eſt de ordine penultimo. ¶ In oppo. eſt euangeliū preſens: vbi dr: ꝙ miſſus eſt angelus Gabriel. ¶ Rūdeo dicedū ſub certis concluſionibus. Prima eſt ꝙ conueniēs fuit matri dei annunciari per angelum incarnationis miniſterium. Et hec cōuenientia colligitur ex tribus. Primo qa hoc congruebat virgini. Dicit enim Hierony. ꝙ angelis eſt cognata virginitas. Unde decuit. vt ad virginem nunciandam angelus mitteret. Scdo: qꝛ ꝑditio hūana ex hoc ſumpſit initiuʒ: qꝛ dyabol⁹ mulierē alloquutus eſt: Unū vt dicit Beda aptū apparet hūane nāe reparatiōis exordiū: vt angel⁹ mitteret ad virginē: ꝑtu ꝯſecrādā diuino qꝛ pria ꝑditiōis hūane cā fuit, cū ſerpens a diabolo mittebat ad mulierē ſpū ſupbie decipiēdā. Tertio: qꝛ ille annūciabat: q eſt rex hoiuʒ: ⁊ angelorū: ⁊ ei⁹ natiuitas: ſicut i ſalutē hoiuʒ fuit ita ⁊ i reparatiōe ruine angelice. Et iō decuit: vt tā hoies ꝙ angeli huic miſterio miſteriū exhiberēt. Scda ꝯcluſio. Angel⁹ nūcians nō fuit de ſuꝑma ierarchia: nec d̄ media. ſʒ de ifima. nec de prio ordine eiuſdē ierarchie: ſʒ de medio: q eſt ordo archangeloꝝ. Dic aūt Albert⁹ i laudib⁹ virginis marie: ꝙ nō mittit angel⁹ de maioribus: ſʒ fuit archangel⁹. Et hoc in honorationē beatiſſime virginis: qꝛ ſi aliqs de ſupiorib⁹ mitteret: ab illo illuminari crederet. De minoribus ergo mittit: vt oſtendat ꝙ angel⁹ ē tm̄ negocii miniſterialis. ⁊ exterior delator. De⁹ aūt ꝑ ſe ipm eſt negocii iuentor: ⁊ iſpirator: ⁊ mētis ad ꝯſēſuʒ iclinator: Hec Albert⁹. Tertia ꝯcluſio. Cōue

nieus fuit vt angelus annūciās viſione corporali virgini appa-reret. Pꝫ ↄcluſio: qꝛ angel⁹ annūciare venerat incarnationē filii dei. Unde cōueniens fuit ad hui⁹ rei delationē vt iuiſibilis creature formā aſſumeret: i qua viſibiliter appareret. Tuꝫ ſecūdo qꝛ ſic ↄgruit certitudini eius. qđ annūciabatur. Ea eni que ſunt oculis ſubiecta: recti⁹ cōprehendimus: ꝙ ea: q̄ imaginātur. ¶ Ad rōnes in oppoſi. ¶ Ad primā rn̄detur negando ↄñaꝫ. Et rō eſt: qꝛ lꝫ beata virgo ſupior eēt angelis: ꝗtū ad dignitatē: ad quā diuinitus eligebat: nō quātum ad ſtatū pn̄tis vite iferior erāt angelis: qa etiā ipſe xp̄s rōne paſſibilis vite modico ab angelis minoratus eſt: vt habet ad Hebreos. 2. Quia tn̄ xp̄s fuit viator: ꝛ cōphēſor ꝛ ꝗtū ad cognitionē: nō idigebat ab angelis iſtrui. Sꝫ mater dei nō erat i ſtatu cōprehenſoꝝ. iō de diuino miſterio p angelos inſtruēda erat. ¶ Ad ſcdaꝫ rn̄detur: ꝛ dr̄ ꝙ angeli inferiores nō penit⁹ miſteriū incarnationis ignorauerunt: ſed quia non totaꝫ profunditatē diuini ↄſilii ſup ſalutē generis humani capere poterāt inquirebāt pleni⁹ edoceri dicentes illud Iſa. 53. Quis eſt iſte q venit ꝛc. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo ↄñaꝫ. Et rō eſt: qꝛ nō oꝫ: ꝙ nūcius eq̄lis ſit ſuperioritatis: ſicut ē res enūcianda. ſꝫ ſufficit ꝙ ſit ſummus: non ſimpliciter ſuper oēs ordines: ſꝫ ſummus reſpectu angeloꝝ. Ipſe. n. fuit de ordine archāgeloꝝ. Vñ eccleſia archāgelū eū nominat. Et hūc intellectum videt habere Greg. cū dixit: ꝙ ſummū angelū venire dignū fuerat: qui ſummū oiuꝫ nūciabat. Vñ ipſe Gregorius in omelia de centū ouibus dicit: ꝙ archāgeli dicunt: q ſūma annūciant. Preterea ſicut dic Albertus: ſi de ſuperioribus fuiſſet: crederet ꝙ ab eo illuminaretur ꝛc. vt ſupra poſitum eſt.

D tertiā. q. ſic ꝓcedi a tur. Et videtur. ꝙ annunciatio non fuerit cōuenienti ordine pfecta. ¶ Dignitas enim matris dependet ex prole ↄcepta. Sꝫ cauſa dꝫ prius manifeſtari ꝙ effectus: ergo primo debuit angelus virgini annūciare ↄceptū ↄlis. ꝙ eius dignitatē exprimere. eā ſalutando. ¶ Scdo ſic. Probatio. aut pretemittī dꝫ in his q̄ dubia nō ſūt. aut ꝓmitti in his q̄ dubia eſſe pn̄t. ſꝫ angelus prio videt annūciaſſe id. d quo virgo dubitaret. ꝛ. dubitādo q̄reret. d. quō fiet iſtud.

⁊ poſtea ꝓbationē adiūxit tuꝫ
exēplo. Eliſabeth. tū ex dei oī-
potentia Ergo incōuenienti or
dine annūciatio ꝑ angelū eſt fa
cta. ¶ Tertio ſic. Maius non
pōt ſufficienter probari per mi
nus. Sed maius fuit virgineꝫ
parere: ꝙ vetulā. Ergo nō fuit
ſufficiēs probatio angeli ꝓban
tis cōceptuꝫ virginis ex cōce-
ptu ſenis. ¶ In oppo. eſt: quod
dicit ad Ro. 13. Que a deo ſūt
ordinata ſunt. Angel⁹ aūt miſ-
ſus eſt a deo ad hoc: ꝙ virgini
annūciaret vt dr̄ Luce. i. ergo
ordinatiſſime fuit annūciatio ꝑ
angelū cōpleta. ¶ Rñdeo dicē
dū: ꝙ annūciatio cōgruo ordīe
per angelū eſt ꝑfecta. Tria eni
intēdebat angelus circa virginē
Primo quidē reddere mētē ei⁹
attētam ad tante rei cōſidera-
tionē. Quod qdem fecit eā ſa
lutādo quadā noua: ⁊ iſolita ſa
lutatiōe in qua ſalutatiōe ꝓmi
ſit idoneitatē eius ad cōceptū:
in eo ꝙ dixit Domin⁹ tecū. Et
prenūciauit honorē ſequentem
cū dixit. Benedicta tu in mulie
ribus. Secūdo aūt itendebat
eaꝫ iſtruere de miſterio icar-
nationis: quod in ea erat cōplē
dum. Qd̄ qdē fecit prenūcian-
do cōceptuꝫ ⁊ partū dicēs. Ec
ce cōcipies in vtero ⁊c. Et oñ-
dendo dignitatē ꝓlis cōcepte.
cū dixit Hic erit magnus. Et
ī demōſtrādo modū ꝯceptiōis
cū dixit. Spūs ſanctus ſuperue-
niet ī te. Tertio itendebat aiuꝫ
ei⁹ ducere ad cōſenſum. Quod
quidē fecit exēplo Eliſabet: ⁊ rō
ne ex diuina potentia iam pia.
¶ Ad rōnes ī opp. ¶ Ad ꝓmā
rñdetur negādo ꝯñam. Et rō
eſt: qa aīo humili nihil eſt mira
bilius. ꝙ auditus ſue excellētie
Admiratio aūt marie attētio-
nē ei facit. Et ideo angelus vo
lens mentē virginis attētā red
dere ad auditū tanti miſterii:
ab eius laude incepit. ¶ Ad ſe-
cundā rñdet: ꝙ rō nō ꝓcedit.
qꝛ vt dicit Ambroſius beata
virgo nō dubitauit eſſe faciē-
dū: ſed quō fieri poſſet: iquirit.
Sꝫ nec ſi beata virgo dubita-
uerit: qd̄ aſſerit Auguſtin⁹ Vñ
in libro de queſtiōib⁹ veteris ⁊
noui teſtamētī ambigenti Ma
rie de cōceptu poſſibilitatē an-
gelus ꝑdicat. Sꝫ qa talis dubi
tatio magis eſt admiratōis ꝙ
icredulitatis: ideo angelus pro
batione inducit nō ad auferen
duꝫ incredulitatē: ſed remouen
dum etiā admirationeꝫ. ¶ Ad
tertiā rñdetur: ꝙ cōceptus ſte-
rilis inducit: nō quaſi ſufficiens
argumētū. ſed quaſi quoddam
figurale exēplū. Et ideo ad cō-
firmationē huiꝰ exēpli, ſubdit

argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

¶ In feſto beati Ambroſii eſt euãgeliũ. vigilate ꝛc. Mat. 24. Circa quod poſſunt diſ ſe. q.

¶ Prio: vtrũ liceat iniunctum epatuz oino refutare: vel oino reniti canonice electiõi: vel poſtlõi ꝺ ſe facte. ¶ Scdo vtrũ fidelis ſeruꝰ ꝛ prudẽs quẽ ꝯſtituit dñs ſup familiã ſuam peccet mortaliter: ſi bona eccleſiaſtica q̃ pcurat nõ largiaſ paupibus ¶ Tertio: vtrũ Ambroſius bene fecit excõicãdo imperatorẽ.

Ad primã. q. ſic pceditur. Et videſ. ꝙ nõ liceat iniunctũ epiſcopatũ: vel aliã prelaturam: oino refutare: vl reniti electioni vel iniunctiõi. ¶ Primo ſic. Nullus. n. peccat ſi meliora nolit deſerere: vt minꝰ bonis hereat. Quom ergo amor dei preemineat dilectioni pximi: ꝛ vita cõtẽplatiua preferatur vite actiue. Ergo nõ peccat ille qui recuſat oino epatuz. ¶ Secundo ſic. Dicit Grego. Valde difficile eſt: vt aliqs ſe purgatũ poſſit cognoſcere: nec dꝫ aliquis nõ purgatus ſacra miſteria adire. Si ergo nõ ſentiat ſe purgatũ. quodcunqꝫ epiſcopale iniungatur officiũ ſiue papatus nõ debꝫ illud ſuſcipere. ¶ In oppo. videſ eẽ euãgeliũ pſens: vbi dr. Beatus ille ſeruus: quẽ cũ venerit dñs: inueniet ſic facientẽ. ¶ In oppoſitũ etiã eſt illud de beato Ambroſio cuiꝰ feſtuz hodie colitur: ꝙ mutato habitu a qbuſdam mercatoribus obtinuit: vt in quodã dolio ſup ondrigã. i. currũ de vrbe duceret: cuius portas die nocteqꝫ vigiles ppter eũ obſeruabãt: qui extra vrbẽ poſita: filium petiit: latibula tauernarũ requirẽs: ibiqꝫ tribus diebus latuit. Verũtamẽ. duz ſolicite quereret. colũna lucis prefulgida celo deſcẽdẽs ſup locũ i quo latitabat apparuit. ¶ Rñdeo dicẽdũ iuxta ſanctũ Tho. i ſcđa ſecũde. ꝙ i aſſumptiõe epiſcopatꝰ duo ſũt ꝯſiderãda. Priõ quidẽ qđ deceat hoiem appetere ſꝫ ppriaz voluntatẽ. Secũdo qđ deceat hoiez facere ad voluntatẽ alterius. Quãtũ ergo ad ppriã volũtatẽ: ꝯuenit hoi pricipaliter inſiſtere pprie ſaluti. Sꝫ ꝙ alienę ſaluti intendat hoc conuenit bonum et diſpoſitiõe alterius poteſtatem habentis. Vnde ſicut ad ordinẽ voluntatis ptinet: ꝙ aliquis proprio motu feratur in hoc ꝙ aliorum gubernationi preferatur: ita etiam ad inordinationem voluntatis. ꝙ aliqs omnino cõtra ſuperioris

[illegible]unctionē predictum guberna-
tionis officium finaliter recuſe
tur ꝓpter duo. Primo quidē
q2 hoc repugnat caritati proxi-
morū quorum vtilitati ſe debet
aliqs exponere ꝓ loco et tēpore.
Unde Auguſtinus. dicit. 19. d
ciuitate dei. ꝙ negotiū iuſtum
ſuſcipiat neceſſitas caritatis.
Scdo q2 hoc repugnat humili
tati per quā aliquis ſuperiorū
mādatis ſe ſubiicit. Unn. Gre
gorius dicit in paſtorali. Tunc
ad dei oculos vera eſt hūilitas
cū ad reſpuendū qd vtiliter ſub
ire precipitur pertinax non eſt.
Et ideo videtur dicendū de pa
patu q2 electio ei9 ē ꝯfirmatio.
¶ Ad rationes in oppoſi. ¶ Ad
primā rñdetur negando ꝯñaz.
Et rō eſt: q2 q̄uis ſimpliciter et
abſolute: vita contēplatiua poti
or ſit q̄ȝ actiua: tamen amor dei. quā
dilectio ꝓximi tñ ex alia parte
bonū multitudinis ꝑferēdū eſt
bono vnius. Unde Auguſtin9
dicit in verbis premiſſis. Nec
ociū veſtrū neceſſitati eccleſie
preponatis: preſertim cum hoc
ad dilectionē dei pertineat: ꝙ
aliquis ouibus Chriſti curā pa
ſtoralē impendat. Unde ſuper
illd Joan. vltimo. Paſce oues
meas: dicit Auguſt. Sic amo-
ris officium eſt paſcere gregem
dominicum. ſicut fuit timoris

iudiciuȝ negare paſtorē. Simi
liter rō non procedit: q2 prelati
nō ſic transferuntur ad vitam
actiuam contēplatiuam deſe-
rāt. Unde Auguſtinus. xix. de
ciuitate dei: ꝙ ſi impōatur ſar
cina paſtoralis officii: nec ſic de
ſerenda eſt dilectio veritatis:
que in contēplatione habetur.
¶ Ad ſecundam rñdetur negā
do ꝯñam. niſi impedimentum
qd habet: nō poſſet ſuperior re-
mouere ſibi: vtputa excōmuni
cationem: aut irregularitatem:
aut ipſemet deſerendo volunta
tem peccandi. Si autem non
poteſt: tunc non tenetur obedi-
re alicui.

D ſecundam quā q̄
ritur: vtrū fidelis ſer
uus et prudens queȝ
ꝯſtituit dominus ſu
per familiā ſuam. i. eps vel pre
latus peccet mortaliter: ſi bona
eccleſiaſtica que ꝓcurat: nō lar
giatur pauꝑibus. Et vr ꝙ ſic.
Dicit enim: ꝙ Ambroſius expo
nens illd Luc. xii. Hoīs cuiuſ
dū apoſtolos. 12. vt habet̄ Lu.
9. ⁊ poſtea miſit. 72. diſcipulos
vt pȝ Lu. x. ⁊ ſicut glo. dicit ibi
dē. Apoſtoloꝝ formā tenēt ep̄i.
72. diſcipuloꝝ minores p̄ſbyte
ri. ſ. curati. ergo pter illos nō
debuit aliq̄ alia religio inſtitui
ad predicandū: vel ↄfeſſiōes au
diēdū. ¶ In opp. eſt euāgelium
vbi dr̄. vos eſtis lux mundi. ſ. p
illuminationē fidei. ¶ Rn̄deo
dicēdū ſub duabus ↄcluſiōib⁹
Prima eſt cōuenientiſſimum
fuit: vt aliq̄ religio inſtitueretur
ad predicādū ⁊ cōfeſſiones ſa-
lutares audiendū. Iſta ↄcluſio
ꝓbat̄ ſicut. q: ſi cōuenienter re
ligio aliq̄ inſtitui potuit ad opa
vite actiue ſm quod ordinat̄ ad
vtilitatē proximoꝝ: ⁊ ad obſequi
um dei: ⁊ cōſeruationē diuini
cult⁹: cū aūt magis ꝓcuret̄ vti
litas. proximoꝝ p ea: q̄ ptinēt ad
ſpūalē anime ſalutem q̄ȝ p ea
que ptinēt ad ſubueniendū cor
pali neceſſitati ↄuenientius in
ſtituit̄ religio ad p̄dicandū: cuȝ
hoc magis ptieat ad obſequiū
dei: cui nullū ſacrificiū eſt ma-
gis acceptum: q̄ȝ zelus aiaꝝ: vt
Greg. dicit ſup Eze. mai⁹ ēt
eſt ſpūalibus armis cōtra erro
res hereticoꝝ: ⁊ tentatiōes de-
monū fideles defendere: q̄ȝ cor
poralibus armis populū fidelē
tueri: ⁊ ideo ↄueniens ē ad p̄di
candū: ⁊ ad alia que ptinent ad
ſalutē aiaꝝ: aliquā religionē in
ſtitui. Secunda ↄcluſio. ↄueni
enter fecit beatus dn̄icus ꝓcu
rando apud ſedē apoſtolicā: ꝙ
talis religio inſtitueret̄: tū pp
multitudinē fideliū: ⁊ raritateȝ
ꝑſonaꝝ ſufficientiū ad docēdū
populos fideles: ⁊ fideȝ catholi
cā: ↄ hereticos defendendum.

 

vnde de beato dñico cãtatꝰ. doctrinã euãgelicã ſpgẽs ꝑ orbis cardinẽ peſtẽ fugat hereticam nouũ ꝓducẽs ordinẽ ꝙ aũt hec ꝓcuratio inſtitutiõis hmõi religiõis fuerit neceſſaria ⁊ deo accepta pʒ ex eo: ꝙ in vita beati dñici legitꝰ: ꝙ cũ ꝑdictis de cõis morꝰ ſcõ aiaꝝ zeloꝝ iret ad cõſiliũ gñale lateranẽ. vt a ſũmo pontifice Innocentio ordinem ꝗ diceretur predicatoꝝ ſibi ſuiſqꝫ ſucceſſoribus ĩpetraret ꝗ põtifex cũ aliquantulũ ſe difficilẽ exhiberet nocte quadã idẽ pontifex vidit i ſomnis ꝙ lateranẽ eccleſia grauẽ ſubito ruinã minaretꝰ quod cũ irruens intueretꝰ vidit ex aduerſo ꝙ vir dei dñicus occurrebat ⁊ hũeris ſuppoſitis totã illã caſuraʒ ſuſtentabat. Euigilans aũt ⁊ viſionẽ intelligens petitionẽ viri dei alacriter acceptauit hortans vt ad fratres ſuos rediens regulã aliqꝫ ꝓbatam ſibi eligerẽt ⁊ ſic ad ipʒ rediens cõfirmationẽ ad libitũ reportaret. Verũ interea inocentio defuncto a ſucceſſore ſuo honorio quod poſtulauerat impetrauit. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primã rñdetꝰ negãdo minorem: quoniam licet propria auctoritate non conueniat competit auctoritate pape. aut prelatoꝝ. ad ꝓbatõnẽ aũt rñdetꝰ: ꝙ nihil ꝓbat. qꝛ ꝙ aliquis religioſus auctoritate ꝑlatorũ predicet. audiat cõfeſſiõis aut faciat hmõi nõ ſupgreditꝰ diſciplinatꝰ vel ſubiectiõis gradũ: q competit religioſis Vel poteſt dici: ꝙ non eſt idẽ de monacis ⁊ de iſtis religioſis. qꝛ monaci nõ habent ex inſtitutiõe ſua iis actibꝰ curã dare: religioſi vero ꝑdicatores in ſua iſtitutiõe ſũt iis actibꝰ mancipati. ¶ Ad. 2. rñdetꝰ negãdo ꝯñaʒ. Et rõ eſt. qꝛ a ꝑlatis nõ cõceditur talibꝰ religioſis: vt quilibet indifferenter poſſit predicare: vel cõfeſſiones audire: ſed ſm moderationẽ eoꝝ: qui hmõi religionibꝰ ꝑficiũtur: vel ſm taxationẽ ipſorũ ꝑlatorũ. ¶ Ad tertiã rñdet negando ꝯñam. Et rõ eſt tũ qꝛ formam. 72. diſcipuloꝝ nõ ſolũ tenent preſbyteri curati. ſed qcunqꝫ alii minoris ordinis. ꝗ epis in coꝝ officio ſubſeruiunt. Tũ ſcdo: qꝛ non legitur ꝙ 72. diſcipulis aliqs determinatas ꝑrochias aſſignaret. ſed ꝙ mittebat eos ante faciem ſuam in oẽm ciuitatẽ: ⁊ locuʒ quo erat ipſe venturus. Tum. 3. qꝛ oportunũ fuit: vt preter ordinarios ꝑlatos alii aſſumerentꝰ ad huiuſmodi officia propter multitudinem fidelis ppli: ⁊ difficultatẽ inueniendi ſufficiẽtes ꝑſo-

nas diſtribuendas ſingulis ple bibus. ſicut ⁊ religiões ad militandū neceſſe fuit inſtitui propter defectum ſecularium pn̄cipum ad reſiſtendum infidelibus in aliquibus terris.

D ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur. ꝙ btūs Dn̄icus nō ꝯueniēter iſtituit. vt in religiōe ſua lraꝝ ſtudio iſiſteret. ¶ Primo ſic. dr̄ em̄ in ps. Qm̄ nō cognoui lras: itroibo in potētias dn̄i. Dicit glo. ibi. In virtutē xp̄ianā. Sed pfectio xp̄iane virtutis marie vr̄ ad religioſos ptinere. Ergo eoꝝ nō eſt: ſtudio litterarū iſiſtere. ¶ Scd̄o ſic. Id quod ē diſſenſiōis principiū ⁊ nō cōpetit religioſis: q in vnitate pacis ꝯgregant. Sed ſtudiū diſſenſionē iducit. Vn̄ Hieronym. ſup epiſtolā ad Titū dicit. Añq̄ȝ dei inſtictu ſtudia in religiōe fierēt: ⁊ diceret in populis ego ſum Pauli ⁊c. Ergo videtur. ꝙ nulla religio deberet inſtrui ad ſtudiū. ¶ Tertio ſic. pfeſſio xp̄iana differt a pfeſſiōe gētiliū. Sed apud gētiles alīq xp̄iani pfitebant. ⁊ nūc alīq ſeculares dicunt aliquaꝝ ſciarū pfeſſores. Nō ergo religioſis ꝯuenit ſtudiū lraꝝ. ¶ In oppo. eſt illud qđ Hiero. in epiſtola ad Paulā monachū ſcribit i uitans eū ad adiſcendū in ſtatu monaſtico dicēs. Diſcam⁹ in terris: quoꝝ ſcia nobis pſeueret i celiſ. Et ifra. Quicqd q̄ſieris: tecū ſcire conabor. ¶ Rn̄deo dōm ꝙ ꝯueniēter beatus Dn̄icus iſtituit in religiōe ſua vt lraꝝ ſtudio iſiſteret. Iſta cōcluſio pȝ ſatis ex pcedēti q̄ōne. q2 illa principalia: ad que ordinat religio pdicatoꝝ. ſicut pdicare. ⁊ alia hm̄ōi nō pn̄t ꝯuenienter ſiue ſtudio previo lrarū fieri. Vn̄ notandū ꝙ ſtudium lraꝝ cōpetit religioni tripliciter. Primo gdē q̄tū ad id qđ eſt ppriū vite ꝯtēplatiue: ad quaȝ ſtudiū lraꝝ dupliciter adiuuat. Vno mō directe ad ꝯtēplādū dina: illuminādo. ſ. itellectum. Vn̄ in laudē viri iuſti dicit in pſal. In lege dn̄i meditatur die ac nocte. Alio mō ſtudiū iuuat ꝯtēplatiuā vitā idirecte: remouēdo ꝯtēplatiōis picula. ſ. errores q in ꝯtēplatiōe dinoꝝ frequēter occurrūt his q ſcripturas ignorāt. ſicut in collationib⁹ patrū legit: ꝙ abbas Serapiō pper ſimplicitatē icidit in errorē anio pono: phiaꝝ. i. eorū q dicūt deū hēre hūanā formā arbitrāt. Vn̄ dicit Grego. in vi. moraliū: ꝙ nōnulli dū plus exqrūt ꝯtēplando: q̄ȝ capiūt vſq ad pu̇erſa dogmata erūpūt

⁊ dum veritatē diſcipuli humi
liter negligunt magiſtri errorū
fiunt. Scdo neceſſariū eſt ſtudi
um litterar͛ religioni inſtitute
ad p̄dicandū. ⁊ ad ↄfeſſiões au
diendū. ⁊ alia hmōi exercēdū.
Unde aplˢ Thi. i. de epo: ad
cuius offm̄ hmōi actus ptinēt:
amplectentē eū/q ſm doctri
nā eſt. fidelē ſermonē. vt potēs
ſit exortare in doctrina ſana. ⁊
eos q ↄtradicūt arguere. Nec
obſtat. q apli abſq ſtudio litte
rar͛ ad predicādū ſūt miſſi. qꝛ
vt dicit Hiero. in epiſtola ad
Paulinū qcqd aliis exercita
tio. ⁊ quotidiana in lege medi
tatio tribuere ſolet. illis ſpūs ſā
ctus ſuggerebat. Tertio ſtudiū
litterar͛ religioni ↄgruit. q̄tuꝫ
ad id quod eſt oī religioni cōe
valꝫ qdē ad vitādā carnis laſci
uiā. vn̄ Hiero. ad ruſticū mo
nachū. ama ſcripturar͛ ſtudia
⁊ carnis delitias non amabis.
Valꝫ ēt ad auferēdū cupidita
tē diuitiar͛. vt Sap. v. Diuiti
as nihil eē duxi. in cōparatiōe
illi⁹. Valet ēt ad obediētie do
cumētū. Vn̄ aug. in li. de ope
rib⁹ monachor͛. Que ē iſta p
uerſitas. lectiōi noli obtēpare.
dū vis ei vacare. Vn̄ manife
ſtū ē. q ↄuenīēter btūs Dñic⁹
iſtituit. vt in religiōe ſua littera
ra ſtudio iſiſtereꝛ. ¶Ad rōnes
in oppo. ¶Ad primā rn̄detur
negādo ↄn̄am. Et ad ꝓbatio
nē rn̄detꝛ. q glo. illa exponit de
lr̄a veteris legis. De q̄ aplˢ di
cit. ii. Corin. iii. Littera occidit.
Vn̄ nō cognoſcere litteraturā
eſt nō approbare litteralē cir
cūciſionem. ⁊ ceteras carnales
obſeruātias. ¶Ad ſcdaꝫ rn̄de
tur negādo ↄn̄am. Et rō eſt. qꝛ
aſſumptū nō ē ſp ver͛. Studiū
n. ad ſciam ordinaꝛ. Si aūt ſcia
ē ſine charitate inflat. ⁊ p ↄn̄s
diſcēſionē facit. qꝛ īter ſupbos
ſp ſūt iurgia. ꝓuer. xiii. ſꝫ cuꝫ ē
cū caritate: edificat. ⁊ ↄcordiaꝫ
parit. Qd̄ vo inducitꝛ de Hie
ro. rn̄detꝛ: q nō loqtur de ſtudi
is lr̄ar͛ qꝛ ↄtradiceret ſibi. ſed
loqtur de ſtudiis diſſenſionū: q̄
p hereticos ⁊ ſciſmaticos itra
uerūt in religiōe xp̄iana. ¶Ad
tertiā rn̄detur negādo ↄn̄am.
Et rō ē. qꝛ phi ꝓfitebātur ſtu
dia lr̄ar͛ q̄tū ad ſeculares do
ctrinas. Sꝫ religioſis cōpetit
p̄ncipaliter itendere ſtudio lr̄a
rū ptinentiū ad doctrinā: q̄ ſm
pietatem eſt: vt dicitur Thi. i.
Aliis aūt doctrinis itendere:
nō ptinet ad religioſos: quorꝫ
tota vita diuinis obſequiis mā
cipatur: niſi quantum ordinan
tur ad ſacram doctrinam.
¶In feſto ſancti Laurentii eſt
euangelium. Niſi granum ⁊c.

Io.xi. Circa qđ pñt diſ.ſeq.q. Utrum Laurentius habendo odio aīam ſuam in hoc mūdo: cuſtodiuit illam in vitam eternam. Et videtur. q non. ¶ Primo ſic. Obſeruantia mandatorum dei: eſt via ad conſecutionē vite eterne: iuxta illud Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi: ſerua mandata ꝛc. Ergo tranſgreſſio mandatorū dei eſt via perdendi vitam eternā. Sed odire animam ſuā i hoc mundo: eſt contra mandatum dei: quo precipit. vt poſt deum primum diligamus aīam noſtram. vt dicit Aug. i. de doctri na xpiana. Ergo Laurentius odio habendo animā ſuā: magis eſt dicendus pdidiſſe eā: q̄ cuſtodiuiſſe in vitam eternam. ¶ Scđo ſic. Ille dr̄ odire animam ſuā: q diligit iniquitatem iuxta illud ps. Qui diligit iniquitatem: odit aīam. Sed diligentes iniqtatem excludunt a regno celorum. Ergo nullus obediendo aīam ſuam: cuſtodit eā. ¶ Tertio: Dicit apl's ad Eph. v. Nemo carnem ſuam vnq̄ odio habuit. Pz. q2 id quod ꝑ viribus cōſeruamus: diligim⁹. Sed quilibet nutrit ꝛ fouet carnem ſuam: propter cōſeruationem. Ergo non videtur. q beatus Laurentius aīam ſuā aut carnem ſuam: odiendo nō meruerit vitam eternā. ¶ In oppo. eſt euangeliū pñs. Rñdeo dōm. q oīs hō aīam ſuā amat Sed quidā ſimpliciter. ꝛ qdā ſm qd. Amare enim aliquem velle ei bonum. Ille ergo aīam ſuam amat: q vult ei bonum. Qui ergo anime ſue: id quod vult aliquid particulare bonū: amat eam: ſm quid. Bona at anime ſimpliciter ſunt illa: quibus anima fit beata. ſ. ſūmū bonum quod eſt deus. Qui vult ergo anime ſue bonum diuinū ꝛ ſpirituale: ſimplicit amat eā. Qui autem vult ei bona terrena. puta diuitias: honores ꝛ voluptates. amat eam ſm quid ꝑs. Qui diligit iniquitatē: odit aīam ſuam. Pōt ergo hec lr̄a que dicit qui diligit animam ſuā ꝛc. dupliciter intelligi Uno modo ſic. Amat. ſ. ſimpliciter ad bona eterna. perdet eā. i. exponit eam morti. ꝑpter xpm. Sed hic non videtur verus ſenſus. Et ideo dicatur ſic. q amat aīam ſuam. ſ. ſm quid. ſ. ad bona terrena. ꝛ temporalia: pdet eam. ſ. ſimpliciter. Math. xv. Quid ꝑdeſt homini: ſi vniuerſum mundum lucretur: anime autem ſue detrimentum patiatur. Et iſte intellectus cōſonat

liſe ſequenti. qui ait. Quo odit animā ſuam in hoc mūdo. i. q denegat bona pñtia anime ſue et ſuſtinet ꝓpter deū. qui videntur mala in hoc mūdo: in vitã eternã cuſtodit eam. Mat. v. Bti qui pſecutionē patiunt ꝓpter iuſticiã: qm̄ ⁊c. Attende dicit ſctūs Tho. ſuper Jo. qꝫ illð quod de grano frumēti dictuꝫ eſt. cōpetit huic ſniē. Nã ſicut xp̄s miſſus eſt in mūdum: quaſi quoddã ſemen ad fructificandum. ita quicqd nobis tpaliter datur a deo nō confertur nob. vt fructus, ſed vt p illud ad fructū ei ne muneratiōis ꝑueniamus. Vita aūt noſtra eſt qðdaꝫ tpale donum a deo nobis collatū. Qui ergo oia pp xp̄m exponit: multū fructum affert. Hoc ergo eſt. q odit aiam ſuã i. q vitã ſuã exponit. ⁊ ſeiat propter xp̄m: in vitã eternã cuſtodit eã. ps. Eūtes ibant ⁊ flebãt mittentes ſemina ſua. veniētes aūt veniēt cū exultatiōe: portãtes manipulos ſuos. Et ſimiliter. qui diuitias ſuas. ⁊ alia: q̃ homo exponit propter xp̄m. ⁊ cōicat aliis. invitã eternã cuſtodit. ij. Cor. ix. Qui ſeminat i benedictionib⁹: de bñdictiōib⁹ metet. Et ita. qꝛ beatus Laurēti⁹ animam ſuam odio in hoc mūdo habuit; eã pro xp̄o atrociſſimis tormētis vſq; ad mortem exponēdo: in vitã eternã eã cuꝫ multã gloria cuſtodiuit. fruēdo ip̄a diuinitate. Qꝛ ēt eccle theſauros cuſtodie ſue a btō Sixto creditos ſapiēter paupib⁹ diſtribuit. iuſticia ei⁹ manet in ſeculū ſeculi. ¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad primã rñdet negãdo cōſeqntiã. Et rō eſt. qꝛ amare animã ſuã. ſiue ſeip̄m: quo ad bona tpalia. ⁊ terrena. neglectis bōis ſpūalib⁹. nō cadit ſub precepto. ¶ Ad ſcðam rñdet negãdo ꝯñam. Et rō ē. qꝛ nō loquimur de illo odio. ſꝫ de ꝯtrario. Qui. n. diligit iniqtatem: odit aiam ſuam ad bona ſpūalia ⁊ diua. qꝛ puat eã eterna btitudine. q ꝑpat diligētib⁹ deū. Qui xp̄o vitã. quã in hoc mūdo refrenãdo eã ſub iugo rōnis ſubmittit. et laborib⁹. ieiuniis. vigiliis. exponit. p xp̄o. talis dr̄ diligere eã quo ad diua. ⁊ ſpūalia ⁊ odio hr̄e: quo ad bona terrẽa ⁊ tpales delectatiōes q̃s ei denegat. ⁊ iterdicit. ¶ Ad. iii. rñdet. qꝫ caro dupl'r pōt ꝯſiderari. ſ. in ſe. ⁊ ſic nō habetur odio. ſꝫ nãliter quilibet appetit eam eē ⁊ fouet vt argutuꝫ eſt. Alio modo poteſt conſiderari inqūtuꝫ ē alicuius impeditiua. quod volumus. ⁊ ſic odio habetur qð amatur per accidens.

Ecundo: vtrū martyrium bti Laurētii fuerit act⁹ marie virtutis fortitudinis. Et videt q nō. ſʒ magis videt q fuerit actus fidei. Dicit em. Maximus in quodā ſermone. Mr martyrii: fides catholica ē: in qua illuſtres athlete ſuo ſanguine ſubſcripſerunt. Et de btō Laurētio dicit Ambro. Dū fide ſua perſecutoris flāmas vincit: oſidit nobis p ignē fidei: gehēne incēdia ſupare. Ergo videt. q martyriū poti⁹ dōm ſit actus fidei: qʒ fortitudinis. ¶ Scdo ſic. Martyriū videt: q potiſſime ſit actus illi⁹ virtutis: q̄ facit ipm martyriū meritoriū Sed iſta ē caritas. ſm illud. i. Cor. xiii. Si tradidero corp⁹ meū: ita vt ardeā caritatē aūt nō hūero: nihil mihi pdeſt. Ergo martyriū Laurētii magis dōm ē actus caritatis: q̄ copioſa fuit in eo: ſm illud Ambro. Illuminauit mundū plane Laurētius ea luce: q̄ ipſe ſuccēſus ē. ⁊ flāmas quas ipſe ptulit. oia xpianorū corda caleſecit. ¶ Tertio. Aug. dicit i quodā ſermone. Facile ē martyrem celebrādo venerari: magnū fidē eius ⁊ patiētiā imitari. Sed in vno actu pcipue laudabilis reddit virtus: cuius eſt actus. Ergo martyriū magis dʒ dici actus patiētie: qʒ fortitudinis. ¶ In oppoſi: ē q Cipria. dicit in epla ad martyres. O bti martyres: qbus vos laudibus pdicē: o milites fortiſſimi: robur corporis nri quo pconio vocis explicē. Sed qlibet laudat de vtute: cui⁹ actū exercet Ergo martyriū ē actus fortitudinis. Et de btō Laurentio loquēs Aug. dicit ad erudiēduʒ: Nullorum validior ē forma: q̄ martyr. Eloquētia plus ē ope docere: qʒ voce. et infra. In quo excellētiſſimo genere doctrine btūs Laurēti⁹ martyr: q glorioſa polleat dignitate: et pſecutores ipſius ſentire potuerūt: q̄ illi⁹ mirabilis ai fortitudo non ſolū nō credere: ſed alios exemplo ſue tollerātie roborare ē vicēdus. ¶ Rñdeo dōm. q martyriū Laurētii. ⁊ alioꝝ martyrū: ē actus virtutis fortitudis: Pʒ oclusio. Pmo ex illo qd cātat eccleſia de eis. Fortes facti ſūt in bello. Rōne oſidit ſic. Ad fortitudinē ptinet. vt cōfirmet hoiem in bono virtutis: cōtra picula. ⁊ marie picula mortis. ⁊ marie eius: q eſt in bello. Manifeſtū eſt āt. q in martyrio hō firmiter confirmatur in bono virtutis. dū fidē ⁊ iuſtitiā nō deſerit, pter iminentia picula mortis. Et ita pʒ oclusio.

¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdetur. ꝙ in actu fortitudis duo ſūt cōſiderāda. quorū vnū ē bonū in quo fortes firmātur. ⁊ hoc eſt fortitudinis finis. Aliud eſt ipſa firmitas. qua qs nō cedit ꝯtrariis ꝓhibentibus ab illo bono. ⁊ in hoc ꝯſiſtit eē fortitudinis. Sicut āt fortitudo ciuilis firmat aīam hoīs in iuſtitia hūana. ꝑpter ei9 ꝯſeruationē mortis ꝑicula ſuſtinet: ita etiā fortitudo gratuita firmat aīum hoīs in bono iuſtitie dei. qḋ ē ꝑ fidē ieſu xpī. vt dicit ad Ro. 3. Et ſic martyriū cōpat ad fidē. ſicut ad finē. in quo ali qs firmat ad fortitudinē. ſicut ad habitū eliciētē. ¶ Ad ſcḋaꝫ rñdetur: ꝙ martyriū hꝫ ē act9 caritatis. vt īperātis. ſꝫ ē fortitudinis. vt eliciētis. Vtrāqꝫ .n. virtutē martyriū manifeſtat. Nō āt ſit meritoriū. hoc hꝫ ex caritate. ſicē ⁊ qlꝫ virtutis act9. Et iō ſine caritate nihil valet. ¶ Ad tertiā rñdetur negando ꝯñam. lꝫ eñ patiētia cōmēdet in martyrib9. tñ ipſū martyriū principalis actus eſt ipſi9 fortitudinis.

¶ In feſto aſſūptiōis btē Marie eſt euāgeliū. Intrauit ieſus ⁊c. Luc. x. Circa qḋ poſſunt diſputari ſeq. q.

¶ Primo. vtrum vita actiua ſit potior ⁊ nobilior: ꝙ̄ contēplatiua.

¶ Scḋo. vtꝝ btā Maria optimā partem elegit.

¶ Tertio. vtrum beata Maria in corpore. ⁊ anima aſſumpta eſt in celum.

Dprimā. q. ſic ꝓceditur. Et videtur. ꝙ vita actia potior ſit ſiue nobilior: ꝙ̄ cōtemplatiua. ¶ Primo ſic. Vita actiua ꝑtinet ad maiores ſcꝫ ꝑlatos. qui ſunt in honore. ⁊ ꝑtāte ꝯſtituti. Ergo potior ꝙ̄ cōtemplatiua. Cōſeqñtia pꝫ ex illo Ariſto. iii. Topi. Nō eſt melior. videtur eſſe melius. ¶ Scḋo ſic. In oībus actibus ⁊ potētiis īperās eſt nobilius his quibus imperat. ſicut militaris tanꝙ̄ potior precipit freniſfractici. Sꝫ vita actia ponit de his que ad cōtemplatiuā pertinent ꝑꝫ phūm i. Ethi. Ergo actiua vita nobilior eſt. ꝙ̄ ꝯtemplatiua. ¶ Tertio ſic. Nullus debꝫ abſtrahi a nobiliori. vt amplectetur min9 nobile. Sed a ſtatu vite ꝯtemplatiue receditur ſepe ad ſtatū vite actiue. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. eſt euangeliū pñs. vbi dicit: ꝙ optimā ꝑtē elegit ſibi Maria. ¶ Rñdeo dōm: ꝙ vita. cōtemplatiua ſimpliciter melior eſt: potior ⁊ nobilior: ꝙ̄ actiua

Quam conclusionē ꝓbat philoſophus.x.Ethi.8.rationibus quas deducit.s.Tho.in ſecunda ſecunde· Alber.vero magnꝰ ſuper Lucam ↄpletens oīa dicit.ſic: Vita cōtemplatiua prefertur actiue vnitate.puritate: eternitate:firmitate.delectatione. Vnitate qꝛ circa vnū. Puritate:qꝛ non ſordidatur puluere venialiuꝫ.Eternitate:qꝛ hic ⁊ in patria permanet ineternū Firmitate:qꝛ eſt in luce. qꝛ nō fallit fallacia erroꝛ. Delectatione.qꝛ cōſolationi ſpiritꝰ ſancti iungit̄.oblectat aīum. ¶Ad rōnes in oppo. ¶Ad primā rn̄detur. ꝙ ad prelatos nō ſolum ptinet vita actiua:ſꝫ etiā cōtēplatiua.debent eſſe excellentes Vnde Greg.dicit in paſtorali. Sit rectoꝛ actione p̄cipuus. ⁊ pre cunctis contemplatione ſuſpenſus. ¶Ad ſecundam reſpondetur negando minoꝛem. quia vita actiua non directe p̄cipit vite contemplatiue.ſed diſponendo ad vitā cōteplatiuaꝫ precipit quedā opa vite actiue. in quo magis ſeruire vr̄ contēplatiue. ¶Ad.iii.rn̄detur negādo ↄn̄am. Et ad ꝓbationē rn̄detur.ꝙ vita cōtemplatiua intermittitur aliqn̄.propter actiuam:nō ſemp.ſed ad tp̄s.rōne vtilitatis:non rōne dignitatis.

D ſcdaꝫ.q.ſic ꝓcedit. Et vr̄ ꝙ beata Maria optimā ptē elegerit:eligendo ↄtēplatiuā. Et vr̄ ꝙ nō. Illud vr̄ magis eligendū.quod eſt maioꝛis meriti.qꝛ tale deducit ad maioꝛē gloꝛiaꝫ. Sꝫ vita actiua videt̄ maioꝛis meriti q̄ꝫ cōtēplatiua. Ergo ipſa erat potius eligēda. Cōſequentia pꝫ Ergo ſic. meritūꝫ dr̄ reſpectu mercedis. Merces.n. debetur labori. Sed vite actiue attribuitur laboꝛ. contēplatiue vero q̄es. Ergo actiua ē maioꝛis meriti:q̄ꝫ contemplatiua. ¶In oppo. eſt euangē. pn̄s. Secūdo ex eodē argumēto arguit̄ ſic. Contemplatiua eſt maioꝛis meriti q̄ꝫ actiua. Ergo p̄eligenda venit Conſequentia eſt bona. Antecedens patet. Dicit.n. Grego.6.moꝛalium. Magna ſunt actiue vite merita:ſed contemplatiue potioꝛa Ratiōe ſic. Ratio meriti eſt charitas. Charitas autem conſiſtit in dilectione dei ⁊ proximi. Sed diligere deum ſecundum ſe eſt magis meritoꝛium q̄ꝫ diligere proximum. Ergo illud quod directius pertinet ad dilectionem dei magis eſt meritoꝛium ex ſuo genere:q̄ꝫ id qđ directe ptinet ad dilectioneꝫ proximi. Sꝫ vita contemplatiua directe ⁊

immediate pertinet ad dilectionem dei. Actiua directius ad dilectionem proximi. Ergo ex ſuo genere: cōtēplatiua eſt maioris meritiq̃ȝ actiua. ¶ Reſpondeo dicendum iuxta albertū ſuper Lucam. quod hoc verbum Maria ꝛc. conuenit beate virgini plus omnib9 ſanctis In bono. n. corpis ꝛ in bono aīe. ꝛ in bono meriti: ꝛ in bono glorie optimā ptem elegit. In bono corpis virginitatis elegit pudorē. Et cum hoc elegit matris fecunditatem. Et ideo nec primā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentem. Unde Exo. 3. p rubum ardentem ſignificatur: In bono aūt aīe elegit optimā ptem. Habet enī ſplendorem diuine lucis in intellectu: ꝛ nō deeſt ſibi virtutis fructus i opere. Unde Iſa. xi. p virgam rectitudinis virtutis. vbi requieuit ſpūs almus ſignificatur. in bono meriti. hoc eſt in ope ſuo hūit oēm actiue vite ppīetatē ꝛ oēm contemplatiue puritatē ꝛ nihil habet de defectu viriuſq̃. Unde ſignificatur Nume. 17. per virgam Aarō. que viruit. fronduit. floruit. ꝛ amigdalū cibum fructificauit. Uiruit vſrtute: fronduit benedictione. floruit grauidatione cordis. quo nos concepit ꝛ corporis. quo filium verbum incarnatuȝ ſuſcepit. Fructificauit i ptu: cibū ſalutare pducens. In bono autem glorie optimam partem elegit. Pars enim bona ſtola corpis pars melior ſtola anime: optima conſortiuȝ imperii: ꝛ regis mater imperatoria maieſtate. dicente ſcriptura. Et Regum 2. q poſitus eſt thron9 matris regis: iuxta thronuȝ regis. Pete ergo mater quod vis. Nec enim eſt fas: aliquid tibi denegare. Hec optima pars ordinata eſt: vt caſtroꝝ acies. quoniā omniū celeſtium agminū ſplendoreȝ expreſſit. Apoc. 12. Corona. 12. ſtellarum in capite eius. hoc eſt. 9. ordinū angelorum: ꝛ trium ſtatuum ſanctorum: coniugum: virginum. viduarum. Uel triū aureolas portantiuȝ doctorum. quod apoſtolos docuit. Uirginū. q: flos virginū fuit: mater: cū eius aīam gladius filii ſui tranſiuit. Undecim etiā ordinū gloriā hūit. Ipſa. n. cuſtodiā hūit angelorū ſecreta conſilia archangeloꝝ. iuxta decreta principum. Seueritates contra maliciā: exhibuit poteſtatum: conterendo caput draconis: innumerabilem virtutem in miraculis oſtendit. Uirtutem. altitudinem non declinabilem oſtendit. domi.

nationū getē: in recept one ſeſſiōis prebuit thronoꝝ. altitudinē ſcientie ⁊ cōtēplationis cherubin tranſcēdit: ⁊ affectiōe caritatis icēdiū ſeraphin ſupauit Mis.12. ſtellis coronata decoratur. Hec Albert⁹. ¶ Ad rōnes in oppo. rñdetur negando ꝯñam. Et rō eſt: qꝛ lꝫ labor exterior opetur ad augmentū premii accñtalis. augmētū tamē pmii cēntialis ꝯſiſtit pncipaliter in caritate: ⁊ marie dilectionis diuine. ſicut dictum eſt.

D tertiā. q. ſic ꝓcedit.

a Et vr ꝙ beata Maria non ſit aſſumpta ⁊c. ¶ Primo ſic. Reſurrectionis tēpus oium differt vſqꝫ ad finē mundi: vt ſit ſimul oium reſurrectio diuina ordinatiōe. ergo corp⁹ beate Marie nōdū reſurrexit: ⁊ p ꝯñs nō eſt aſſumptū cū corpe in celū. Cōſequētia vr vera. Añs pꝫ p Job.14. Nō cū dormierit nō reſurget donec ateraſ celū: nec euigilabit: vt cōſurgat de ſomno: ſuo. Et loqtur ꝺ ſomno mortis. Ergo vſqꝫ ad finē mundi: qñ celū atteretur. reſurrectio hciuꝫ differt. ¶ In oppo. eſt fides. q. vniuerſalis eccleſie. Dicit. n. ſanctus Tho. in. 4. di. ꝙ pie credit de beata virgine ⁊ Jo. euāg. ꝙ reſurrectio coꝝ nō eſt delata vſqꝫ ad finē mundi. ¶ Reſpōdeo dicendū: ꝙ beata virgo in aia ⁊ corpe aſſumpta eſt i celū. Iſta cōcluſio pꝫ. Nā p vniuerſaꝫ eccleſiam fide pia ſuſcepta ē: quā gdam ſanctoꝝ nō ſolū aſſerūt: ſed etiā aptis rōnibus ꝓbare nituntur. Beat⁹ Hiero. In his q cū xpo ſurrexerūt: perpetuā reſurrectionē iam eſſe cōpletā nō nulli credūt cuſtodē virgis in glorificata carne gaudere cū xpo: necnō de beata Maria factā ambigim⁹. Itē Aug. idē affirmat ⁊ trib⁹ rōnibus ꝓbat Pria gdē ſumiſ ex carnis xpi: ⁊ virginis vnitate. Arguiſ ſic. Putredo ⁊ vermis hūane eſt opprobriū cōditiōis: a quo opprobrio cū ieſus alienus ſit: maxime natura excipiſ ꝙ ieſus de ea aſſumpſiſſe ꝓbatur. Secundo ſumiſ ex corporis dignitate ſic thronū dei thalamū dñi. celi tabernaculū. dignum eſt ibi eſſe. vbi ipſe eſt: tam precioſuꝫ theſauꝝ dignius eſt celo ſeruare: ꝙ terra Tertia rō ſumitur ex virginalis puritatis integritate. Ait. n. ſic. Letare Maria letitia ineffabili: corpore ⁊ aia i xpo filio proprio. Per ꝓpriū filiū nec ſequi dꝫ corruptōis erūna: quā nulla ſecuta eſt filiū pariendo integritatis corruptio: vt ſit ſemp incorrupta: quā tan

tā perfudit gratia: ſit ītegra vi uens q̄ oium integrā pfecerāqꝫ genuit vitā: ſit cuꝫ illo. quē ſuo genuit vtero. ſit apud illū illa: q̄ genuit fouit. ⁊ aluit illū Maria dei gēitrix miniſtrix. ⁊ ſeruitrix De qua q; ſentire aliter nō au deo. aliud dicere non pſumo. Bernardus etiā rōcinatur ad idē. Sic ſāctoꝝ copa ſublimiū. puta petri ⁊ Pauli tā glorioſa venerabilia reddidit: ⁊ honore taꝫ mirifico ſublimauit. vt ipſis deputet locꝰ: eoꝝ veneratōi cō gruus. Si igit mō corpus ſup terrā eſſe dicatur: cū nec deuo ta frequentat viſitatiōe fideliū nec eidē locus deputetur hono ris. nimiꝝ videretur xp̄s hono rē materni corꝑis ɔtēpſiſſe. cū tñ ſup terrā alia ſcōꝝ corꝑa ſic honorauit. ¶ Ad argm̄ in opp. dicēdū eſt q; rō ꝓcedit vbi nō obuiat priuilegiū. alicui datum ſic fuit beate virgini ⁊ beato Jo. euange.

¶ In feſto beati Bernardi eſt euāgelium. Nemo accendit Luc. xi. pōt diſputari ſe. q.

Vtrū poſſit in dilectiōe dei haberi reſpectꝰ ad aliquā mercedē. ¶ Et vr. q; nō ex preſenti euangelio: q; iā oculus non eēt ſimplex. niſi ad aliud hēretur reſpectus q̄ ad deū. Secūdo ſic. Joā. x. Mercēnariꝰ vituperat. Sed mercēnariꝰ eſt: q mercedē: que rit. ergo dilectio dei ex caritate nō admittit reſpectu mercedis ¶ Tertio ſic Merces eſt finis coꝝ: q̄ ꝓpter mercedē fiūt. Sꝫ finis diligit magis. q̄ ea q̄ ſunt ad finē. Si ergo deꝰ ꝓpter ali quā mercedē diligeret: aliquid aliud magis diligeret deo qđ ē ɔtra rōnē caritatis. ¶ In op po. eſt qđ dr̄ gl. Mat. i. q; ſpes generat caritatē: Sed ſpes ex pectatio mercedis. Ergo cari tas pōt eē cū intuitu mercedis Preterea ad Hebr. xi. dr̄ de ſanctis patribus. aſpiciebant in remuneratorē. Sed ɔſtat. q; ip ſi diligebant deū ex caritate. Ergo dilectio dei ex caritate cōpatitur intuitum mercedis. ¶ Rñdeo dicendū iuxta ſctm̄. Tho. in. 3. q; merces dr̄ premi um quod qs ex labore. vel ope aliquo meret. Premiū aūt eſt qđ alicui in bonū eius reddit. Vnde merces inquantū huius modi. iportat aliquod referibi le per amorē ad id cui merces reddit. Mercedē aūt reliquis ꝓpter ſeipſum amat. nō tamē eſt de ratione mercedis. q; ſit intentionis finis q; plerumqꝫ aliquis mercedem ex ope non querit cui merces datur. ea āt que propter ſe aliquis diligit.

vel ſunt perfectionis eius for-maliter. ſicut ſanitas. virt⁹ ope ratio dilectionis. ⁊ huiuſmodi vel ſunt effectiua vel cōſecuti-ua. vel conſeruatiua. Hoꝝ aūt cōtrarioꝝ prohibitiua. Unde ſi aliquis amat aliquid extra ſe ipſum illud pōt dici merces in quantū ex eo aliquid in ipſo re linquitur. vel ſeruatur. De rōne aūt amicitie eſt: ꝙ amicus ſui gratia diligat. Unde ami-cus nō habet in amicitia rōnē mercedis: ꝓpͤe loquēdo: quis ea q̄ ex amico nobis fiūt rōnē mercedis habere pñt ſicut dele ctationes: ⁊ vtilitates. quas ex ipſo amicus conſequit. ratione quoꝝ ipſe amicus poteſt dici merces q: cauſaliter. ſicut dr̄ merces nr̄a. ratione eoꝝ q̄ ex ipſo in nobis ſunt. Pꝫ ergo ꝙ poneret mercedē aliquē finem amoris. ex pte amati: eſt cōtra rōnē amicitie. Unde caritas. per hunc modū oculū ad mer cedē habere nō pōt. Hoc eniꝫ eſſet deū nō ponere vltimū fi-nē: ſed bona que ex ipſo cōſequi tur. q: ponere mercedē eſſe fi-nem amoris ex pte amantis. nō tamē vltimū vt ſi ipſe amor eſt quedā operatio amātis. nō eſt ꝯtra rōnem amicitie: q: ip-ſa amoris operatio cū ſit quod dā accidēs: nō dr̄ amari niſi ꝓ pter ſuū ſubiectū. Itē ea q̄ ali-qs ꝓꝑ ſe diligit pōt eē ordo ſal ua amicitia. Unde ⁊ ipſaꝫ ope rationē amoris poſſum amare nō obſtāte amicitia ꝓpter ali-quid aliud erit tñ ꝯtra rōnem virtutis: ſi virtutis operatio ꝓ pter aliqd aliud virtute inferi⁹ cuius ſunt tp̄alia bona diligat. Patet ergo: ꝙ hūs caritateꝫ. nō pōt habere oculum ad mer cedē: vt ponat aliquid quocūqꝫ finē amati. ſ. dei. Hoc eni eſſet ꝯtra rōneꝫ caritatis: vt eſt ami citia quedā. nec iterū vt ponat aliquod tēporale bonū finē ipſi us amoris: q2 hoc eſſet contra rōnem caritatis: vt eſt virtus pōt tamē haberē oculū ad mer cedē: vt ponat beatitudinē crea tam: finem amoris: non au-tem finem amati. Hoc enim nec eſt contra rationem amici tie. nec cōtra rōnem virtutis: cū beatitudo virtutuꝫ ſit finis. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pri mā rñdetur negando ꝯñam. Et ad ꝓbationē rñdet: ꝙ ocu lus nō eſſet ſimplex: ſi reſpect⁹ haberet ad premium tanqꝫ fi-nē ipſius amati. ſ. dei: ſed vt di ctū eſt nō habetur reſpect⁹ ad p̄mium. quod ſit finis amati: ſꝫ quod finis ſeruitii: vel amoris. ¶ Ad ſecūdam reſpondet negā do ꝯñam. Et rō eſt: q: merc̄

narius dr ibi:q opus ſpūale ꝑ pter mercedē tpalem exercet. Et talis vituperatur. ¶ Ad ter tiam patet reſponſio per ea: que dicta ſunt ad primam.

¶ In feſto ſancti auguſtini eſt euangelium. Vos eſtis ſal terre ꝛc. Math.5. Circa qd poſ ſunt diſputari ſequentes.q.

¶ Primo: vtrum ſtatus prela torum qui faciunt ꝛ docent. ſit maius ꝙ ſit in eccleſia dei.

¶ Secundo vtrum prelatus. qui non facit quod docet: ſit in ſtatu perfectionis.

a D primā ſic ꝓcedit: Et vr ꝙ ſtatus prela toꝝ etiā qui faciunt ꝛ docent: nō ſit maior. ꝙ ſit in eccleſia dei. ¶ Primo ſic. Dicitur Mat.19. Si vis perfectus. eſſe: vade ꝛ vende omnia: que habes ꝛ da pau peribus Hoc faciunt religioſi. non ad hoc tenent̄ epiſcopi. vt̄ eni.12.q.i.epi. De reb⁹ ꝓprijs vel acquiſitis: vel quicquid. de ꝓprio habēt heredibus ſuis re linquant. Ergo vr: ꝙ religioſo rū ſtatus ſit maior. ¶ Secūdo Perfectio pricipalibus ꝯſiſtit in dilectiōe dei. ꝙ in dilectiōe primi. Sed ſtatus religioſoꝝ directe ordinat̄ ad dilectionez dei: ꝛ ad dei ſeruitio: ꝛ famula tu nominat̄: vt Dyo.6.ecc. Je rar. Status aūt epoꝝ videt̄ or dinari ad dilectionē ꝓximi. cu ius cure ſuperintendunt. Er go idē qd pri⁹: ¶ Tertio. Sta tus religioſoꝝ ordinatur ad vi tam cōtemplatiuā: que potior eſt: ꝙ actiua: ad quam ordinat̄ ſtatus epoꝝ: Ergo idē quod pri us. ¶ In oppo. eſt euangeliū. Qui fecerit ꝛ docuerit. hic ma gnus vocabitur ꝛc. Secūdo ſic nullo lꝫ maiori ſtatu ad mino rē tranſire. Hoc enim eſſet re tro reſpicere Sed poteſt aliqs de ſtatu religionis in ſtatu epi ſcopalem tranſire. Dicit̄ enim 18.q.i. ꝙ ſacra. ordinatio: de monacho: epiſcopum facit. Er go ſtatus prelatorum maior ꝛ perfectior eſt. ꝙ religioſorum. ꝛ per conſequens omnium alio rum. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ ſtatus prelatorum ſit ma ior: ꝙ aliquis alius in eccleſia. ¶ Probatur iſta concluſio. Primo ex illo euangelii pre ſentis. in quo chriſtus: prela tos alloquens dicit. Vos eſtis ſal terre vos eſtis lux mundi. Patet etiam ex illo. Auguſt. lxviij. di. c. quorum. vbi vocat eos patres. ꝛ principes eccle ſie. Ratione ſit reſpectu reli gioſorum ſicut Augu. xii. ſup Gen. ad litaz. Semꝑ agēs ꝑ

ſtātius eſt patiēte. In generꝫ au tem perfectionis: epi ſm Dio. v.c.ecc. Jere. ie habent vt perfe ctiores religioſi autem vt per/ fecti: quorum vnum pertinet ad actionem: alterum ad paſſionē Ergo ſtatus epoꝝ maior ⁊ po tior eſt: ſtatu religioſoꝝ. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad pri mam reſpondetur negando cō ſequentiā. Pro quo notanduꝫ iuxta ſcm̄ Tho. q abrenūctia- tio ꝓpriarum facultatū duplex conſiderari poteſt. Uno modo ſm q eſt in actu ⁊ ſic in ea non conſiſtit eſſentialiter perfectio: ſed ē qdā perfectiōis inſtrm Et ideo nihil ꝓhibet ſtatū per fectionis eſſe ſine abrenūciatio- ne ꝓprioꝝ. Alio modo poteſt conſiderari ſm preparationem animi vt.ſ. homo ſit paratus: ſi opꝰ fuerit, omnia dimittere vel diſtribuere. Et hoc pertinet di- recte ad perfectionē. Unde Au guſt. dicit in li. de conſenſu euā geliſt. Oſtendet dn̄s filios ſapīe intelligerꝫ nō in abſtinendo: nec in manducando eſſe iuſtitiam: ſꝫ in eq̄nimitate tollerandi inopiam. Unde ⁊ Apoſtolus dic Scio abūdare. ⁊ penuriā pati. Ad hoc autem maxime tenenꝫ pi: ⁊ omnia ſua ꝓ honore dei: ſalute ſui gregis largiēdo: vel inopiam bonorum ſuorum cuꝫ gaudio ſuſtinendo. ¶ Ad ſecun dam reſpondetur negando mi- norem ſi intelligat tm̄ quoniaꝫ prelati vtriqꝫ dilectioni.ſ. dei ⁊ proximi intendunt immo q in tendant dilectione proximoꝝ ꝓuenit ex abundantia dilectio- nis diuine. Hoc autem eſt ma ioris dilectionis ſignum: vt pro pter amicum etiam alii ſeruiat q̄ȝ et ſi ſoli amico vellet ſeruire. ¶ Ad tertiam reſpōdetur q p̄ latus nō ſolum ordinatur ad vi tam actiuam ſed etiam ad con templatiuaꝫ: de qua debet hau rire qd in actiua infuat. Unde Gregorius dicit in paſtorali. Sit preſul in actiōe precipuus: pre cunctis contemplatione ſuſ penſus ⁊c.

a

Dſcdam.q.ſic ꝓce ditur. Et videtur q platus docens ⁊ nō faciens nō ſit in ſta tu perfectionis. ¶ Primo ſic. Qui nō eſt in gr̄a: nō eſt in ſta tu gratie. Ergo pari rōne g nō eſt pfectus cuiuſmodi eſt plaꝰ: q docet bōa: ⁊ nō fac. Ergo ta lis nō eſt in ſtatu perfectionis. ¶ Scdo ſic. Qui ē in ſtatu ſer uitutis pcti: nō vr̄ eē in ſtatu p fectiōis. Sꝫ mali platis ſūt in ſtatu ſeruitutis pcti. Jo.8. Qui facit pctm̄: ſuus eſt pcti: g repu gnat: q ſint in ſtatu pfectionis.

¶ In opp. eſt q multi p̄lati ſūt g gr̄a ꝛ caritate carēt i qb⁹ cōſiſtit perfectio: ꝛ tñ in ſtatu p̄lationis: que ſtatū dicit perfectionis: ergo ꝛc. ¶ Rñdeo dōz ſub vna cōcluſione tali. q nec omnis p̄fectus eſt in ſtatu p̄fectionis nec oīs q ſtat in ſtatu p̄fectionis: eſt perfectus. Iſta cōcluſio ſic oſtendit̄ vera iuxta ſctm̄. Th. Stat⁹ ꝓp̄e ptiet ad ꝯditionez libtatis ꝛ ſuitutis ſpūalis. Libertas aūt: aut ſeruitus: pōt in hoīe attēdi dupliciter. Uno modo ſm̄ quod interius agit̄. Alio modo ſm̄ id: quod exterius agitur. Et quia vt dicitur. i. Regū. xvi. Hoies vident ea q̄ patēt. ſz deus intuet̄ cor. Inde eſt: q ſm̄ interiorem hominis diſpoſitionem accipit̄ conditio ſpūalis ſtatus in hoīe: per comparationē ad iudiciūm diuinū. Scðm autem ea que exterius agunt̄ accipitur ſpūalis ſtatus in hoīe: per cōparationez ad eccleſiā. Et ſic nō de ſtatibus loquntur prout. ſ. ex diuerſitate ſtatuū: quedā eccleſie pulchritudo conſurgit: Eſt aūt cōſiderādū q q̄tū ad hominem ad hoc q aliqs adipiſcat̄ ſtatum libertatis. vel ſeruitutis regritur qdez primo aliqua obligatio. vel alligatio. Non enim ex eo q aliqs ſeruit alicui: efficit̄ ſeruus: qi et liberi ſeruiunt. Ex hoc. q aliqs deſinit ſeruire efficit̄ liber: ſicut patet de ſeruis fugitiuis. Sz ille eſt proprie ſeruus: qui obligatur ad ſeruiendū: ꝛ ille eſt liber: qui a ſeruitute abſoluit̄. ¶ Secūdo requirit̄: q obligatio p̄dicta cū aliqua ſolēnitate fiat. Sicut cetera que inter homines: obtinent perpetuam firmitatē: quedā ſolēnitas adhibet̄: ſic igit̄ eſt in ſtatu p̄fectionis ꝓprie dicitur eſſe aliquis: non ex hoc: q habet actum dilectionis perfecte. ſed ex hoc q obligat ſe perpetuo: cū aliq̄ ſolēnitate ad ea. que ſunt perfectionis. Conſtat etiam: q aliqui ſe obligant: qui non ſeruiunt ꝛ aliqui implēt ad quod ſe nō obligauerūt: vt patz Mat. ii. de duobus fratribus: quoꝝ vnus dicenti operare: in vinea rñdit: nolo: ꝛ poſtea abiit Aliter aūt rñdens ait: eo: ꝛ non iuit. Et iō nihil ꝓhibz aliquos eē p̄fectos: q nō ſunt in ſtatu p̄fectiōis. ꝛ aliquos eē in ſtatu p̄fectionis qui non ſunt perfecti. ¶ Ad rōnes in oppo. vnā rñſio ſufficit q ꝓcedūt quantū ad interiorē ſtatū nō aūt quantū exteriorem de quo eſt ſermo.

¶ In feſto ſācti Bartholomei eſt euangelium. Hoc eſt preceptum ꝛc. Jo. v. poſſunt diſputari ſequentes. q.

Primo: verū beatus Bartholomeus: et alii apſi potuerūt dici amici dei. Et videtur: φ nō. ¶ Primo ſic. Amicitia eſt reuelatio pitatis. Sed deus multo ſuperior eſt homine. Ergo hominis ad deum nō eſt amicitia. ¶ Secūdo ſic. Caritas nō eſt amicitia. Ergo qui ex caritate diligunt deū: nō debēt dici habē amicitiā ad deū. Antecedēs probatur ſic. Nihil eſt ita proprium amicitie: ſicut ꝯuenire amico: vt philoſophus dicit. 8. Ethi. Sed caritas eſt hominis ad deuz: ad quem nō eſt eum homine cōuerſatio. Ergo caritas talis nō eſt amicitia. ¶ Tertio ſic. Seruitus et amicitia nō videntur ſe comparari. Unde dicit dñs. Non dicam vos ſeruos. ſed amicos. Sed beatus Bartholomeus: et alii apoſtoli ſancti: ſemper manent ſub ſeruitute dei. Unde quilibz eis dicit illud Pſal. Ergo ſeruus: et filius ancille tue. Ergo videt: φ nō ſunt dicēdi amici dei ¶ Quarto ex argumento chriſti: quo dicit. Vos dixi amicos: q̄ omnia q̄ noui a patre meo: nota feci vobis. Arguit ſic. Chriſtus nō fecit eis omnia nota: q̄ audiuit a patre ſuo: vt pz. Non enim eſſent capaces tante ſapientie quantuz ſuſceperat filius a patre. Ergo ſemp ſerui. et nō amici ſunt dicendi. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Et de beato Bertholo. dicitur in hyſtoria. Quū quereret ydolum quis eſſet Bartholo. reſpōdit. Amicus dei. ¶ Reſpondeo dicendum: φ beatus Bartholo. vere dictus amicus dei eſt. et alii apoſtoli. Concluſio patet ex verbo chriſti dicentis. Non dicam vos ſeruos ſz amicos: et iterum. Vos amici mei eritis: ſi feceritis: que precipio vobis. Ratione ſic quia dilexerunt deum ex caritate. Sed caritas eſt: quedam amicitia.

Pro quo notandum: φ ſecundum philoſophum. viii. Ethi. Non quilibet amor. habet rationem amicitie. ſed amor qui eſt cum beniuolentia. quando ſcilicet ſic amamus aliquem: vt ei bonum velimus. Si autem rebus amatis non bonum velimus: ſed ipſum eorum bonum velimus: nobis dicimus. Amare. vinum vel equum. vel aliud huiuſmodi. non eſt amore amicitie. ſed cuiuſdam concupiſcentie. Ridiculum enim eſt dicere. φ aliqui habent amicitiam ad vinum. vel equuz. ſed nec beniuolentia ſufficit ad rationē amicitie ſz requirit q̄d a

tus amatis.qꝛ amicus eſt ami‑co amic⁹.Talis aũt mutua be‑niuolentia fundatur ſuper aliq̃ cõicatione.Quom igitur ſit ali qua cõicatio hoīs ad deum.ſ3 qꝛ ſuam beatitudinē nobis cõi‑cat.ſuper hac cõicatione opor‑tet aliquam amicitiã fundari. De qua quidem cõmunicatio ne dr̃.i.Corin.x. Fidelis deus: per quē vocati eſtis in ſocieta tem filii eius. Amor aũt ſuper hac cõicatione fundatus.eſt ca ritas. Vñ manifeſtũ eſt.qꝫ ca‑ritas q̃dam eſt hoīs ad deũ:ꝑ quã hõ deũ diligit.ꝛ deus ho‑minē.ꝛ ſic efficitur quedã aſſo‑ciatio hoīs ad deum.vt dicit.i. Jo.i. Si in luce ambulamus. ſicut ꝛ ipſe in luce eſt ſocietatē habemus ad inuicē.Et ita bea tus Bartholome⁹ ambulans in luce grẽ.dictus eſt amicus ꝛ oẽs alii ſcti.de qbus dr̃ in ps. Nimis honorati ſunt amici tui deus.¶Ad rõnes in oppoſitũ. ¶Ad primã rñdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt.qꝛ amicitia nõ requirit equalitatē ſiue pa‑ritatem equiparantie ſed equali‑tatem proportionis:vt ſi vnus amicoꝝ operet̃ ad alteꝝ ſ3 ſuã ꝓportionē.vt dicitur .8. Ethi. ¶Ad ſecundam rñdetur negã do aſſomptũ.Ad probationem negat̃ minor.Et eſt ratio:qꝛ du plex eſt hominis vita. Vna qui dem eſt exterior ſ3 nãm ſenſibi lem ꝛ corporalē.ꝛ ſm hanc vi‑tam nõ eſt cõicatio vel ꝯuerſa tio cũ deo ꝛ angelis.Alia eſt vi ta ſpũalis ſ3 mētē.Et ſm hãc vitã ē nobis ꝯuerſatio cũ deo: ꝛ ãgelis in pñti qdē ſtatu ipfe‑cte. Vñ dr̃ Phili.3. Nr̃a cõ‑uerſatio in celis ē.Iſta ꝯuerſa tio ꝑficiet̃ in pria:qñ ſerui ei⁹ ſer uiēt dño.ꝛ videbũt faciē ei⁹. vt dr̃ Apoc.vlti. Et iõ hic ē cari‑tas impfecta:ſ3 ꝑficiet̃ in pria. ¶Ad tertiã rñdet̃ negãdo ꝯſe‑quētiã.Et ad ꝓbationē rñdet̃ qꝫ intelligit̃ de ſeruitute ſeruili. qꝛ ſi timore ſeruili ſũt ſubiecti: talis timor expellit ab aīo cari‑tatē.Timore vero filiali:ſp ſcti ꝑmanēt ſbiecti.ſ3 illõ ps. Ti‑mor dñi ſctũs ꝑmanet in ſclm ſcli.Et iſti mõ ſcī dñr ſui Ro. i.Paul⁹ ſu⁹ ieſu xp̃i.¶Ad.4. rñdet̃:qꝫ illõ:oīa quecũqꝫ audi ui a pr̃e meo:nõ ē ītelligēdũ de oīb⁹ ſimplr̃:ꝛ abſolute.qꝛ iſtud erat īpoſſibile.vt argutũ ē.ſ3 in‑tellig^m ē d̃ oīb⁹ princ̄tib⁹ad eo rũ ſtatũ:cuiuſmõi ſũt illa:q̃ ꝑti nēt ad eoꝝ ſalutē.ꝛ fide ꝛ moꝝ ꝓdicationē ꝛ eccl'ie gubnatõeꝫ.

¶In feſto decollationis beati Jo.baptiſte ē euãgeliũ. In illo tpe miſit Herodes ꝛc. Mat. vi.poſſun īſputari ſeq.q.

¶ Primo: vtrū btūs Jo. moriēs ex hoc q̄ dicebat Herodi nō lȝ tibi hr̄e vxorē fratris tui. verus martyr ſit colendus.
¶ Scd̄o. vtrū iuramētū quod Herodes p̄ſtitit ſaltāti puelle: excuſare potuit Herodē a pc̄ō mortis Jo. baptiſte.

a Ad primā. q. ſic pceditur. Et vr̄. q̄ btūs Jo. moriens ex hoc q̄ dicebat Herodi nō lȝ tibi hr̄e vxorē fratris tui ver⁹ martyr ſit recolēdus. Et vr̄ q̄ non. q̄ videt̄ q̄ ſola fides ſit cā martyrii. Probatur ſic. Dr̄. i. Petri. 4. Nemo veſtȝ patiat̄. q. homicida. aut fur. aut aliqd huiōi. Si aūt vt xp̄ianus nō erubeſcat. glorificet deū iu iſto noie. Sed ex hoc dr̄ aliqs xp̄ianus. q̄ tenet fidē xp̄i. Ergo ſola fides xp̄i dat paciētib⁹ martyrii gloriā. ¶ In oppo. eſt euāgeliū p̄ns. ⁊ fides vlis eccleſie. ¶ Rn̄deo dōȝ. q̄ btūs Jo. p repͤhēſiōe adulterii. mortem ſuſtinēs ver⁹ martyr fuit: ⁊ vt martyr ē venerādus: Iſta concluſio declarat̄ ſic. iuxta ſantuȝ Tho. Martyres dicunt̄. q. teſtes: q. ſ. corpalibus ſuis paſſiōibus vſqȝ ad mortē teſtimoniuȝ p̄hibēt veritati: nō cuicūqȝ: ſed veritati q̄ ſm pietatē per xp̄m nobis innotuit. Vn̄ et martyres xp̄i dicūtur. q. teſtes ipſius Hmōi aūt ē veritas. Et iō martirii cā ē fidei veritas. Sed ad fidei veritatē nō ſolū ptinet ipa credulitas cordis: ſȝ ēt exterior pteſtatio: q̄ qdem fit nō ſolū p v̄ba: qbus aliqs ↄfitet̄ fidē: ſȝ ⁊ p facta. qbus fidē ſe hr̄e oſtēdit: ſm illud Jacobi. ii. Ego oſ̄dā tibi ex opib⁹ fidē meā. Vn̄ ⁊ de qbuſdā dr̄ Jacobi. i. Confitent̄ ſe noſſe deū: factis aūt negāt. Et iō oium virtutū opera ſm q̄ referunt̄ in deū: ſūt quedā pteſtatiōes: p q̄s nobis innoteſcit: q̄ deus huiōi opera a nobis reqrit. ⁊ nos p ↄ eis remunerat: ⁊ ſm hoc p̄ns eſſe martyrii cā. ſm quod videmus: q̄ btī Jo. baptiſte martyrium in eccleſia celebratur: q non pro neganda fide: ſed pro reprehenſione adulterii: mortem ſuſtinuit. ¶ Ad rationem in oppoſitum. reſpondetur. Dicimus enim q̄ verum eſt: quod dicitur in minori: q̄ xp̄ianus dicitur qui xp̄i eſt. Sed aliquis dicitur eē xp̄i: non ſolum ex eo: q̄ habet fideȝ xp̄i: ſed etiam ex eo q̄ ſpū xp̄i ad opera virtuoſa procedit. ſm illud Ro. viii. Si quis ſpirituȝ xp̄i habet: hic non eſt eius. Et ēt ex hoc: q̄ ad imitationem xp̄i morit̄: ſm illud Gala. v. Qui xp̄i ſūt: carnem ſuam crucifixe

runt cũ vitiis ⁊ concupiſcẽtiis. Et ideo vũ xp̃ianus patitur nõ ſolum: qui patitur pro fidei confeſſione: que fit per verba: ſed ẽt qui patitur pro quocunqz opere faciendo: vel pro quocunqz ꝑctõ vitando: propter xp̃m. q: totum hoc pertinet ad fidei ꝓteſtationem.

a Q ſcdam .q. vtrum iuramentum lz incautũ: quod Herodes promiſit faltanti puelle: excuſaret potuit herodem a peccato mortis Jo.baptiſte. Et videtur ꝙ ſic. ¶ Juramentum incautum dicitur: quod vergit in exituz malum. vel minus bonum. Sz tale obligat. Pz. q: tale fuit iuramentum: quod Joſue iurauit Gabaonis pacem: ⁊ ꝙ nõ occideret eos Joſue.ix. ⁊ tamen preceptum dei erat in contrarium. Preceperat eniz deus: ꝙ occideret omnes habitatores ⁊c. ſicut habeť Deutro.vi. Et obſeruauit Joſue iuramentũ: credens ſe obligatum. Unde Ambro.li.de officiis.xxii.q.iiii. loquens de iuramento Joſue dicit ſic. Jeſus tamẽ pacẽ quã dederat: reuocandam nõ cenſuit: q: firmata erat ſacri religione: ne dũ alienam ꝑfidiam redargueret: ſuam fidem ſolueret. Soluiſſz ergo ſuam fidez: ſi nõ tenuiſſet: quod iurauerat. Similiter ergo videtur. ꝙ Herodes iurans ſe daturum puelle quicquid peteret: obligabatur ad ſoluendũ: qd̃ iurauerat: licet eſſet contra preceptuz dei: ſicut fuit illud: qd̃ fecit Joſue. ¶ In oppo. eſt canon Jſidori.xxii.q. q.iiii. In malis promiſſis reſci de fidez: in turpi voto muta decretum: quod incaute voviſti. non impleas. Impia eſt ergo ꝓmiſſio. que ſcelere adimpletur. Non obligat ſe. nec tale iuramentum excuſat a peccato perpetrato. ¶ Rñdeo dicendum. quod iuramentum herodis nõ excuſauit a nece beati Joã. vt oſtendit Aug. optime in ſermone huius feſtiuitatis. Pro quo notandum iuxta ſanctũ Tho. in iii. ꝙ duplex eſt iuramentum. Unũ aſſertorium. ⁊ aliud promiſſorium. Promiſſorium iuramentũ eſt de eo: quod in futurum a iurante faciendum expectatur. vel per ſe. vel per alium. Aſſertorium vo eſt: qd̃ fit per ↄfirmationem veritatis etiam ꝑñtis. ⁊ preterite. ⁊ ẽt ipſiꝰ cãm non ſcimus. In iuramento aũt aſſertorio eſt vna tm̃ obligatio ſcz qua quis obligatur ad peccatum: ſi veritas ſuo iuramento deſit. In iuramento aũt ꝓmiſſorio eſt duplex obligatio.

Una qua quis obligatur ad faciendū hoc.qd̄ iuramento promiſit. Alia qua obligat̄ ad peccatū ſi nō fecerit. His igitur viſis ſciendū.q̄ ſicut nō oīs aſſertio ē digna:vt iuramēto firmetur.ita nec oīs promiſſio.ſ; illa tm̄.que ad vtilitatem aliquam ptinet. Unde ſi ꝓmiſſio que ē de aliquo qd̄ ſalutē īpediat ].ſine ſit ↄtrariū ſaluti.ſiue vt ꝑtereat in ſalutem iuramēto firmetur.⁊ hoc ipſo iuramentū efficitur indebitum.q.actus cadens ſuper indebitam materiā. Uñ obligat ſcd̄a obligatiōe:que eſt ad pctm̄.nec remanent ei virtꝰ obligandi prima obligatiōe ad faciendū. Prima enim obligatio eſt ad vitandum ſcd̄am obligationem. Unde iuramentū quid de neceſſitate ad peccatū obligat:ipſo facto ab alia obligatiōe vacnatur. Et ideo licet iuramentum herodis.q̄ daret puelle ſaltāti.quod peteret.potuiſſet eſſe a principe licitum:intellecta debita conditione.ſ. ſi peteret.quod dare deceret:impletio tamen iuramenti fuit illicita. Et ideo nō obligabatur in aliquo. Unde ambro.li.de officiis. Et contra officium.nōnūq̄ꝫ promiſſum ſoluere facrm. ſicut herodes qui necem Jo.preſtitit nec promiſſum negaret.

¶ Ad rōnem in oppo. reſpondetur negando conſequentiaꝫ. Et rō eſt.q: iuramentum Joſue non erat de eo.q̄ ſm ſe eēt illicitum.ſicut eſt adulterium.homicidium.⁊ ſimilia.ſ; de eo quod factum erat illicitum. q: prohibitum. Unde in hoc ſufficiebat ſeruare intentionem ꝓhibentis. Et ideo vt dicit ambro.lib.de officiis. Mulctauit eos meliori morte.ſ. obſequio miniſterii diuini.vt eſſet clemētior ſnīa: ſed diuturna. Et ſic quodammodo occiſi ſunt morte legali.que eſt ſeruitus.

¶ In feſto natiuitatis beate virginis eſt euangelium. Liber generationis ⁊c. Math.i. Circa quod poſſunt diſputari ſeq.q.

¶ Primo.vtrū xp̄s deſcendit ſm carnē de ſemine Dauid.

¶ Scd̄o.vtrū btā Maria fuerit ſanctificata ante natiuitateꝫ ex vtero.

¶ Tertio.vtrū beata virgo per ſanctificationeꝫ obtinuerit grē plenitudinem:ſiue ꝑfectionē.

Ad primam.q. ſic ꝓceditur. Et videtur. q̄ xp̄s non deſcēdit ſm carnem de ſemine Dauid. ¶ Primo ſic. Mathus in preſenti euangelio. Liber generationis:geneologiam xp̄i terenꝰ:eam ad Joſeph pdu

a

rit. Joseph autem non fuit pr̄ xp̄i. Non ergo videtur q̄ xp̄s de ſemine Dauid deſcenderit: licet Joseph ſic. ¶ Secūdo ſic. Aaron fuit de tribu. Leui. vt pʒ exo. vi. Maria autem mater xp̄i cognata dicitur Eliſabeth que eſt filia Aaron: vt pʒ Luc. i. Quom ergo Dauid de tribu iuda fuerit. vt pʒ Mat. i. videtur. q̄ chriſtus de ſemine Dauid nō deſcenderit. ¶ Tertio ſic. Jere. xii. dicitur de Jechonia. Scribe virum iſtū ſterilem. Nec enim erit de ſemine vir: qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. Sed de xp̄o dr̄ Iſa. ix. ſuper ſoliuʒ Dauid ſedebit. Ergo xp̄s nō fuit de ſemine Jechonie. nec per ꝯn̄s de ſemine Dauid: q2 Mat. a dauid p̄ Jechonid ſeriē generatiōis pducit. ¶ Jn oppo. ē euāgeliū p̄ns. Liber generatōis &c. ¶ Reſpōdeo dōm. q̄ xp̄s ſm carnē deſcendit de ſemine dauid. Jſta concluſio pʒ per apoſtolum ad Ro. i. qui de xp̄o loquens ait: Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſm carnem. Pro quo notandū: q̄ ſpāliter xp̄s dr̄ fili9 eē Abraā: & dauid. vt pʒ in principio euangelii. Cuius eſt multiplex rō. Prima q2 ad hos ſpālis de chriſto repromiſſio facta eſt. Dictum eſt enim. abrahe Gen. xxii. Benedicentur in te omnes generationes. Qđ apoſtolus de xp̄o exponit ad Gala. iii. Abrahe dicte ſunt repromiſſiones. & ſemini. Non dicit ex ſeminibus. q. in multis. ſed quaſi in vno. & ſemini tuo q̄ eſt xp̄s. Ad Dauid aūt dictum ē. de fructus ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Vnde & populi iudeorū. vt regem honorificē ſuſcipiēs dicebant Mat. xxi. Oſanna filio dauid. Secūda ratio eſt. q2 xp̄s futur9 erat rex: & propheta. & ſacerdos. abraam autem ſacerdos fuit: dum impleuit officiuʒ ſacerdotis: offerendo hoſtiam domino. Vn̄ dominus ad eū Gen. xv. Sūme tibi vaccā triennē &c. Fuit etiam propheta: ſm illud. quod dicitur Gene. ii. Propheta ē & orabit pro te. Dauid autem rex fuit. & propheta. Tertia ratio eſt. q2 in abraam primo incepit circunciſio. in dauid autē maxime manifeſta eſt dei electio: ſm illud. i. reguʒ. xiii. Queſiuit ſibi dn̄s virū iuxta cor ſuū. & iō vtriuſq3 filius xp̄s ꝯueniētiſſime. vt oſ̄dat eſſe in ſalutem circūciſioni & electiōi gentiliū. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primam r̄ſidetur negando ꝯn̄am. Et rō ē. q2 vt dicit aug cū euāgeliſta Mat. dicat viruʒ Ma-

dant ad hoc: q corpus eccleſie ſit pfectū. Et hoc eſt quod apoſtolus dicit ad Ephe. 4. Ipſe dedit quoſdam qdē apoſtolos. alios vero euangeliſtas. alios autem paſtores zc. ad cōſumationem ſanctorum. Tertio. Huiuſmodi varietas pertinet ad neceſſitatē actionū: q ſunt in eccleſia. Op3 aūt diuerſas opatiōes diuerſos hoies deputari: ad hoc q diligentius: z ſine pſuſſione oia pagant. Hinc eſt q Apoſtolus dicit ad ro. 12. Sic in vno corpore multa membra hēmus oia aūt mēbra nō eundē actū hñt. ita multi vnū corpus ſumus i xpo Quarto. Hoc ptinet ad dignitatē z pulchritudinē eccleſie: que in quodā ordine cōſiſtit. Vñ dr. 3. Reguz. x. q videns regina Saba. omnem ſapienentiam. Salomonis; z habitacula ſeruorum z ordines miniſtrantiū: nō hēbat vltra ſpiritu3. ¶ Ad rōes in oppo. ¶ Ad primā p3 rñſio ex dictis negando q ſoli apl'i erant. p tanta meſſe ſufficientes: euāgeliū dicit q erāt pauci: q aūt dicit de apoſtolis intelligēdu3 eſt nō excluſis diſcipulis. ¶ Ad ſecūdam reſpondet negando aſſumptum. Dicimus enim q diuerſitas ſtatuum z officiorum non impedit eccleſie vnitatem que: pficitur p vnitatē fidei: z caritatis. z mutue ſubminiſtratiōis. ſecūdū illud Apoſtoli ad Ephe. 4. ex quo totū corpus eſt cōpactū. ſ. per fidē: z cōnexū. ſ. p caritatē p oēm iuncturaz ſubminiſtratiōis dū. ſ. vnus ſeruit alteri. ¶ Ad tertiā rūdetur negando minorē. Et rō eſt: quia ſicut in corpore nāli mēbra diuerſa cōtinentur in vnitate per virtutē ſpūs viuificantis. quo abſcīdente: mēbra corpis ſeparant. ita etiā in corpore eccleſie pſeruat vnitas diuerſoz membrorū virtute ſpūs ſancti q corpus eccleſie viuificat: vt habet Jo. 6. Vñ Apoſtolus dicit ad Ephe. 4: Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Diſcedit autem aliquis ab vnitate ſpiritus: dum querit q ſibi ſunt propria. Sicut etiam in terrena ciuitate terrena pax tollitur ex hoc q ciues ſinguli que ſua ſunt querunt. alioquin per officiorum z ſtatuum declinationē tam mentis: q3 in ciuitate terrena: magis pax cōſeruatur: inquantum per hoc plures ſunt: qui pmunicāt actibus publicis. Vnde z Apoſtolus dicit. i. Cor. 12. dominus ſic comparauit vt non ſit ſciſma in corpore. ſed pro inuicez ſoli ita ſint membra.

D ſecundaꝫ.q.ſic pro cedit̃ur. Et videt̃: ꝙ ſanct9 Lucas nõ cõ uenienter.fit in figura bouis deſignatus. ¶ Videt̃ ꝙ nõ:quia Lucas p̃ricipaliter ver ſatur circa paſſionẽ.⁊ mortem xp̃i ⁊ ita videt̃ figurari plus de beri per agnum:q̃ per vituluꝫ ſiue boueꝫ:quia agnus proprie figurabat chriſtum immolatũ pro nobis. Unde. Ioã.i. Ecce agnus dei ⁊c̃. Ergo ⁊c̃. ¶ In oppoſitum eſt illud Eze.i. Fa cies bouis a ſiniſtris. ¶ Reſpõ deo dicendum:ꝙ ſicut alias di ximus. Ezechieli ꝓphete in vi ſione animalis:quatuor:facies habentis:deſignatum fuit chri ſti euangelium:quadrafacie de ſcribendũ videlicet a Matheo in facie humana.a Marco i fa cie leõina.a Luca in facie boui na.a Ioanne in facie aquilina. Licet autem Lucas euangeli ſta deſcribit totuꝫ curſum euã gelii:incipiens a xp̃i miraculo ſa conceptione:pertranſiens ꝑ eius natiuitatem:conuerſatio nem:mortem.⁊ reſurrectioneꝫ terminans euangelium ſuum i aſcenſione tamen eius p̃ricipa lis intentio eſt circa chriſti mor tem ⁊ paſſionem deſcribendaꝫ propter quod ipſe Lucas deſi gnatur in facie bouis:q eſt ani mal immolaticũ ſ̃ꝫ traditionẽ legio:propter quod euangeliuꝫ ſuũ incipit a ſacerdotio zacha rie:ad quod officium expectat̃ immolare Et ideo materia p̃ri cipalis libri deſignatur conue nienter in facie bouis. Prete rea. Merito i figura bouis de ſignatus eſt. Bos enim vngu lam findit.in qua virtus diſcre tionis exprimitur. Et beatus Lucas diſcretus fuit: per mo derationeꝫ. Item bos animal eſt immolaticum:⁊ beatus Lu cas crucis mortificationem iu giter in ſuo corpore pro xp̃i no mine portauit: vt dr̃ in orõne eccleſie. Item eſt animal fru ctuoſum. Et beatus Lucas eſt fructuoſus per edificationem. Adeo q̃ppe fuit fructuoſus: ꝙ ab oibus chariſſimus habebat̃ Unde apoſtolus ad Coryn.4. Salutat vos iquit Lucas me dicus chariſſim9. ¶ Ad rõnes in oppo.r̃ndetur ꝙ ratio non ꝓ cedit:q2 ad deſignandum euan gelium ſufficiens erat figura vi tuli:cum eſſet animal immola ticum.tamen ad deſignanduꝫ chriſtum immolatuꝫ expreſſior figura eſſe debuit. Unde nota ꝙ licet animalia alia immola rentur: vt vitulus:bos: capra:⁊ huiuſmodi:tamen chriſtus ma gis dictus eſt agnus q̃ cetera

animalia immolaticia qꝛ inter
oēs figuras veteris teſti: agnus
paſchalis expreſſius figurabat
paſſionem chriſti. qꝛ ille agnus
erat ſine macula. ꝛ per eius im
molationem filii iſrael liberati
ſunt a ſeruitute egyptica: ſicut
per paſſionem chriſti: qui pec-
catum non fecit: ſumus libera
ti a ſeruitute dyaboli. Secūda
cauſa eſt qꝛ iuge ſeruitium: qđ
figurabat perpetuitatē beatitu
dinis fiebat de agno: ſicut xp̄s
eſt noſtra beatitudo.

¶ In feſto vndecim miliū vir-
ginū eſt euāgeliū. Simile eſt re
gnum ꝛc. Math. 25. Circa qđ
poſſunt diſpu. ſeq. q.

Vtrū prudentibus virgi
nibus facientib⁹ qđ i ſe
fuit neceſſe fuit vt deus
oleum gratie ſue vaſis cōſcien
tiarum ſuarum infunderet. Et
videtur ꝙ non. ¶ Primo de⁹
dat gratiam ſola liberalitate
ꝛ miſericordia: quia dat ipſam
gratis. Ergo poteſt dare ꝛ non
dare. Ergo quātis virgines
prudentes fecerint qđ in ſe erat
deus potuit eis non dare oleū
gratie. ¶ Secundo ſic. Neceſ-
ſarium ꝛ liberum opponuntur
Si ergo de⁹ ex liberalitate dat
grāz. ergo nulla neceſſitate dat
alicui gratiaz. ¶ Tertio ſic. Et
petitur: quid eſt facere: quod in
ſe eſt. Nam ille qui facit: quod
in ſe eſt: facit recte. Sed quicū
qꝫ facit recte: ex rectitudīe ope
ratur: quam habet. Ergo ſi ali
quis facit quod in ſe eſt: habet
rectitudinem. Aut ergo illa re-
ctitudo eſt acquiſita: aut inna-
ta: aut data: Non videtur inna
ta. qꝛ ſic ſemper eſſet. Non ac-
quiſita. Conſtat ergo ꝙ eſt da
ta. ergo donum gratuitum. er-
go hec rectitudo eſt ex gratia.
Nullus ergo poteſt facere: qđ
in ſe eſt: ad hoc ꝙ ſit gratus.
deo: niſi ex gratia. ¶ In oppo-
ſitum eſt euangelium preſens:
vbi dicitur: ꝙ prudentes virgi-
nes acceperunt oleum: qđ non
poteſt intelligi ꝙ ipſe habuiſſet
aliquam cauſalitatem reſpectu
olei gratie: qꝛ primam gratiaz
nec mereri poſſumus. ſed tan-
tum diſpoſitiuam ſcilicet faciē
do id: quod in ſe eſt. habilitādo
ſe ad eius receptionem. ſm il-
lud. Pſal. Dilata os tuum: ꝛ
implebo ꝛc. ꝛ illud in alio pſ.
Dilexiſti iuſticiam ꝛ odiſti ini
quitatem: propterea vnxit te
deus, deus tuus oleo leticie.

¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ
prudentibus virginibus faci-
entibus quod in ſe eſt: neceſ-
ſarium fuit non neceſſitate cau
tionis: aut prohibitionis: ſed
neceſſitate immutabilitatis:

deū īfundē oleū grē vaſis ſuis. Iſta concluſio probat multipliciter. Primo ſic. Dicit Augu. ſuper illud .ii. Thi. z. Negare ſe ipſum nō poteſt ꝛc. Quom fit iuſtus nō poteſt negat ſuā iuſticiam. Ergo cū ſit bonus ꝛ miſericors, non poteſt negare ſuā miſericordiā. ꝛ bonitatem quia pronior eſt ad largiendū: q̄ʒ ad puniendum. Si ergo nō poteſt iuſticiam ſuam negare facientibus malū multo magis nō poteſt negare ſuam bonitatem: ꝛ miſericordiā illis qui requirūt eā Sed qui facit qđ in ſe eſt vt eius hēat grāʒ: reqrit bonitatē eius: ꝛ miſericordiā. Ergo dūs nō pōt eiʒ negare: qui facit qđ in ſe eſt ſuā bonitatem ꝛ miſericordiā. Dat ergo ei ꝛ hoc eſt infundere grām. Scđo ſic. Aug. ſuper illud ad Ro. v. iuſtificati ex fide pacē hēamus ꝛc. dič deus recipit ꝯſurgientes ad ſe alr in eo eēt iniquitas. Sʒ īpoſſibile eſt ꝙ ī eo ſit iniqtas. Ergo īpoſſibile eſt ꝙ nō recipiat fugiē ad ſe. Sed faciēs qđ in ſe eſt fugit ad ipm. Ergo neceſſe eſt ꝙ ipm recipiat: ſed ipſum recipe eſt per infuſionē grē. Ergo ꝛc. Tertio ſic. apo. iiii. dicit. Si quis apuerit mihi: introibo: ꝛ cenabo cum illo. hoc eſt delectabor. Item zacha. i. Cōuertimini ad me ꝛ ego ꝯuertar ad vos. Ex his ſic arguit. Impoſſibile eſt ſummā veritatē mētiri. ſed neceſſe hʒ verū dicere: ꝛ implere illud. Sed dicit ꝙ ꝯuertēti ad ipſum ꝯuertet ſe: ꝛ ꝙ aperienti intrabit. Quoʒ ergo faciēs qđ in ſe eſt cōuertitur ad ipſam vitateʒ primā: ꝛ ei aperit ad hoc ꝙ intret. ergo neceſſe eſt: ꝙ dñs cōuertatur ad illū. Sed hoc nō eſt niſi ꝑ grām. Ergo virginibus prudētibus faciētibus qđ in ſe erat neceſſe dūs infundit oleuʒ grē in vaſis ſuis: vt poſſit intrare ad nuptias btitudinis eterne.

¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt quia non ſequitur. Sola libertate dat. Ergo ſe habet ad dandum: ꝛ non dandum facienti quod in ſe eſt: ſed bene ſequitur: ꝙ ſola libertate dat. Ergo nō dat ex meritis: vel ꝑ actiōeʒ vel ꝑmitionē: qꝛ hoc ex ſola liberalitate excludit coactionē: ꝛ ꝓhibitionē: ꝛ non immutabilitatē.

¶ Ad ſecundaʒ reſpondetur: ꝙ aſſumptum eſt falſum: ſi neceſſarium dicatur immutabile. Talia enim non opponunt. Si autem dicatur neceſſariuʒ coactum: vel prohibitum: ſic veruʒ eſt ꝙ opponuntur. Primo modo eſt neceſſitas in deo. ꝛ ꝓpter.

hoc nõ opponitur ſue liberalitati. Immo ex hoc ẽ laus ſua: q ipſe eſt immutabilis et immutabiliter libera. ¶ Ad tertiam reſpondetur. Quom queritur qd ſit facere quod in ſe eſt dicimus q facit homo quod in ſe eſt qn ex libertate arbitrii homo auertit ſe a malo: et conuertitur ad bonum recurrens ad deum quẽ ſcit ſuum eſſe principium. et quẽ eſſe orandum ſibi: et petat ab eo lumen cognitiõis fidei et boni. ¶ Ad rationem ipſam reſpondetur: q rectitudo illa eſt naturalis. et eſt que ſemper contradicit peccato. Unde ſm illã mouetur ſinderiſis: que ſemp murmurat contra peccatum. ſed arbitriu nõ ſemper dirigitur ſm illã: nec ſemper ſequitur eã arbitriũ et ideo ratio nõ procedit: et ſic patet: q hõ faciendo qd in ſe eſt: conſequitur gratiã a deo. ¶ In feſto Simõis et Iude eſt euangelium: Hoc eſt preceptũ &c. Jo. xv. Circa qd poſſunt diſputari ſequentes queſtio.

P Rimo: utrũ xp̃o aduenĩete et predicante non tñ faciente viſibilia miracula iudei ei credere tenebantur. Et videt: q non: et per cõñs excuſati erant. ¶ Primo ſic. Quicũq nõ facit hoc ad quod tenet peccat. Sed ſi homines nõ crederẽt chriſto miracula nõ faciẽti. nõ peccarent. Dicit enim ipſe infra in eodem euangelio. Si opera nõ feciſſem: que nullus alius facit: peccatum nõ haberent: et loquitur de peccato infidelitatis ſm Auguſtinum. Ergo xp̃s ſi nõ feciſſet miracula hoĩes credere nõ tenebãtur. ¶ Scd̃o ſic. Nullus poteſt mutare legem: niſi lator legis vel eo ſuperior. Sed xp̃s p̃dicabat quedam: que videbant ptinere ad veteris legis abolitionẽ ſicut q cibi nõ coinquinarẽt hoĩem: et q licet in ſabbato operari ergo ſi nõ probaſſet ſe eſſe legiſlatorem: nõ ei credendum fuiſſet. Sed hoc fieri nõ potuiſſet niſi per miracula: ergo xp̃o: nõ erat credendũ: niſi miracula feciſſet. ergo illud nõ videtur ſufficiens argumentum ad probandum: iudeos inexcuſabiles eſſe: quod ait: ſi non veniſſem: et non locutus non fuiſſem peccatum non haberent. ¶ Tertio. arguitur ex illo quod inqt apoſtolus Petrus ait tertio iudeis loquens Scio q per ignorantiã feciſtis ſicut et principes veſtri. Sed ignorantia excuſat: ergo &c. ¶ In oppoſitum eſt euãgelium preſens. ¶ Reſpondeo dicẽdum: iuxta ſanctum Tho. in quodlibeto. ſecundo: et ſuper

Jo. q̄ chriſto predicanti: etiā ſi nulla viſibilia miracula feciſſet iudei audientes: euz credere te nebantur. ⁊ ideo non credentes inexcuſabiles ſūt a peccato infi delitatis. Iſta cōcluſio probat̄ ſic. Magis obligabātur hoīes ad credendum prime veritati: q̄ȝ ad credendum viſibilibus ſi gnis. Sed licet chriſtus mira cula viſibilia nō feciſſet tamen verus deus exiſtēs. prima veri tas erat. ergo etiam ſi nō mira cula feciſſet: adhuc erat ei cre- dendum. probatur autem: ⁊ de claratur concluſio ſic. Nullus tenetur ad hoc: quod eſt ſupra vires ſuas: niſi per eum modū quo fit ſibi poſſibile. Credere au tem eſt ſuper potentiam homi nis naturalem. Unde ex dono dei prouenit ſm̄ illud Apoſtoli ad Ephe ii. Gr̄a ſaluati eſtis: per fidē: ⁊ hoc nō ex vobis: Dei enim donū eſt. Et ad Phil. i. dicit. Vobis datuȝ eſt: nō ſolū vt in ipm̄ credatis ſed vt ꝓ ipo patiamini. Homo igitur tenet̄ credere ſm̄ hoc q̄ iuuat̄ a deo: ad credēdum. Ad iuuatur autē a deo aliq̄s ad credendū tripli- citer. Primo quidē per interi- orem vocationem. De qua di- citur Jo. vi. Oīs q̄ audit a p̄re ⁊ didicit per interioreȝ vocatio nem; venit ad me. Ad Ro. viii Quos p̄deſtinauit: hos ⁊ voca- vit. Secundo per doctrinam ⁊ predicationem exteriorem: ſm̄ illud. Apoſtoli ad Ro. x. Fides ex auditu eſt. Auditus aūt ver- bum dei. Tertio: per exteriora miracula. Unde. dr̄. i. ad Cor. xiiii. q̄ ſigna data ſunt infidelī bus: vt. ſ. per ea ꝓuocentur ad fidem. Si aūt xp̄o viſibilia mi racula nō fuiſſet: adhuc rema- nebant alii modi attrahendi ad fidem quibus hoīes acqeſcere tenerent̄. Tenebātur aūt hoīes credere actori legis: ⁊ propheta rum quem ſe eſſe xp̄s per auto ritatē ſacre ſcripture demōſtra bat. Tenebantur etiam interio ri vocationi non reſiſtere: ſicut Iſa. de ſe dicit. Dñs aūt ape- ruit mihi aureȝ. ego aūt nō cō- tradico. nec retrorſuȝ abii. Iſa. l. ſicut econtrario de q̄buſdam dicitur. Actu. vii. Vos ſemper ſp̄ū ſancto reſiſtitis. Et ideo op time dicit chriſtus. Si ego per ſonaliter nō veniſſeȝ ſic̄ p̄ ꝓphe tas fuit predictū ⁊ locutus do- cens eos: per legē ⁊ ꝓphetas: ⁊ oſtēdens me eſſe meſſiaȝ in lege ꝓmiſſum: pctm̄ non haberent. Nō autēȝ ipi cognouerūt xp̄ȝ patȝ Math. 22. Hic eſt heres: venite occidamus eū. ¶ Ad rō- nes in opp. ¶ Ad primā r̄ndet̄ negādo minorē. Et ad ꝓbatio-

ne rñdet: ꝙ pˀilla opa: q̄ xp̄s in eis fecit annumerari etiā dꝫ vocatio īterioꝛ: q̄ quoſdā attraxit ſic. G̃reg. dicit in quadā omelia ꝙ xp̄s Mariam Magdalenā traxit interius qui etiā p clementiam ſuſcepit foꝛas. Annumerari etiam dꝫ eius doctrīa: cū etiā ip̄e dicat. Si nō veniſſeꝫ. ⁊ locutus eis nō fuiſſeꝫ peccatū nō haberent. ❡ Ad tˀcīaꝫ reſpondetur negando minoꝛeꝫ. Dicimus enim: ꝙ xp̄s poterat ſe oſtēdere: ⁊ oñdit legiſlatoꝛē: non ſolum faciendo viſibilīa miracula: ſed ēt p auctoꝛitatē ſcripture. ⁊ per interioꝛē inſtinctū.

D ſecundam. q. que eſt. vtrum argumentum illud chꝛiſti ſit ſufficiēs. quo ait. Si opera non feciſſem in eis que nemo alius fecit: peccatum nō haberent. Et videtur ꝙ non. ❡ Pꝛimo ſic. Hoc contrariatur primo argumento. Ergo non valet. Conſequentia eſt bona. Antecedens pꝛobatur: quia in pꝛimo dictū eſt ꝙ etiam ſi chꝛiſtus non feciſſet miracula: adhuc peccatum nō haberent nō recipientes eū. ❡ Secundo ſic. Chꝛiſtus non fecit in eis alia: q̄ alii nō fecerint. Nam ſi ſuſcitauit moꝛtuos: hoc helyas ⁊ Eliſeus fecerunt. Si chꝛiſtus ambulauit ſupꝛa mare. ⁊ Moyſes mare diuiſit. ⁊ Joſue. qđ maiꝰ eſt fecit ſoleꝫ ſtare. Joſue. x. Ergo nō videtur argumentū illud xp̄i ſufficiens. ❡ Tertio ſic. Aliqui fecerūt maioꝛa miracula: q̄ xp̄s. Dicit enim Jo. xiiii. Qui credit in me opera que ego facio ⁊ ip̄e faciet ⁊ maioꝛa hoꝝ faciet ❡ Quarto ſic. Miracula non ſufficiunt ad pbandum gratiaꝫ gratum facientem in aliquo. ergo nec ad pꝛobandum diuinitatem in aliquo. ergo argumētū illud nō videtur ſufficiēs. ❡ In oppo. eſt verbum xp̄i in euangelio. ❡ Reſpondeo dicenduꝫ. ꝙ miracula que xp̄s fecit ſufficienter pꝛobant xp̄m deum eē. ⁊ per ꝯſequens argumentum xp̄i fuit ſufficiēs ad pꝛobandū. Patet concluſio ex illo Jo. v. Opera que dedit mihi pater vt faciam: ipſa teſtimoniuꝫ perhibent de me. Patet ⁊ ratione. Pꝛimo quidem ſm̄ ipſaꝫ ſpeciem rerum: que trāſcēdūt oēꝫ poteſtatem create virtutis: Et ideo non poterant fieri: niſi virtute diuina. Secundo pꝛopter modū faciendi. qꝛ ſi pꝛopꝛia virtute: ſiue ptāte faciebat miracula. non autem oꝛandi ſicut alii. Unde dr̄ Lu. vi. Uirtus de illo exibat. ⁊ ſanabat oēs. ❡ Ad

rationes in oppo. ¶ Ad primã rñdet negãdo aſſumptũ. ⁊ ad ꝓbationẽ rñdetur: ſicut dictũ eſt prius in ſupiore. q. ꝑ opa q̃ xps fecit intelligendũ eſt: nõ ſolũ de viſibilibus. ſed ẽt de inuiſibilibus. ſ. interiori inſtinctu. ⁊ attractu doctrine. Que qdẽ ſi in eis nõ feciſſet peccãn non haberent. ¶ Ad ſcdam rñdetur. ſm Augu. ꝙ dñs nõ loquitur de qbuſcũq; miraculis factis in eis. i. i ɔſpectu eoꝝ. ſed de factis i eis i. ꝑſonis eoꝝ. Nã in curatione infirmoꝝ nullus tm̃ in eis fecit: q̃tũ xps: q̃tuis ẽt ⁊ in aliis. Similiter q: nullus hõ fact⁹ ali⁹ ẽ. deus. ⁊ nullus natus ẽ de virgine: niſi xps. Fecit ergo in eis opa: q̃ nemo ali⁹ fecit: in curatione ẽt infirmoꝝ. Et hoc in tribus Primo qdẽ in magnitudine: q: mortuũ quatriduanũ ſuſcitauit. Cecũ illuminauit: qḋ a ſeculo nõ ẽ auditũ. Scḋo in multitudine. q: oẽs quotquot male habebãt curabat vt dr̃ Mat. xiiii. Qḋ nullus alius fecit. Tertio in modo. q: ſicut diximꝰ alii faciebãt orãdo: inuocãdo: oſtendẽtes ſe nõ ꝓpria virtute facere. Sed xps faciebat impãdo ꝓpria virtute. Sic ergo licʒ ꝙ alii mortuos ſuſcitarent. ⁊ alia miracula facerẽt. que xps fecit: nõ tñ eodẽ mõ: nec ꝓpria vtute. vt xpus. Similiter qḋ dicit de ſtatiõe ſolis. minus ẽ eo: ꝙ xps moriens lunã retrocedere fecit. ⁊ totũ curſuʒ firmamenti mutauit. vt dic̃ dñs. ¶ Ad tertiã rñdet negãdo ɔñam. Et rõ eſt. q: alii lʒ quo ad ſubſtãtiam aliqua maiora facerẽt: ſicut ꝙ vmbra Petri ſanabat īfirmos nõ tñ maioa erãt. quo ad modũ. Immo illi nõ faciebãt ſine xpo. Unde xpm inuocãdo illa opabant. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo ɔñam. ⁊ rõ eſt. q: miracula fiũt virtute diuina ad ɔfirmationẽ veritatis fidei. Unde dr̃ Mat. vlt. de aplĩs: ꝙ pdicauerunt vbiq;: dño coopante. ⁊ ſermonẽ ɔfirmãte: ſequẽtibus ſignis. Nõ aũt fiunt miracula ſp ad demõſtrãdũ grãm eius: ꝑ quẽ miracula fiũt. Et iõ põt ɔtingere: ꝙ aliqs grãm gratuʒ facientẽ nõ habẽs: miracula faciat. Sed hoc ɔtingere nõ põt ꝙ aliqs falſam doctrinã annũciãs: vera miracula faciat. que non niſi virtute diuina fieri poſſunt. Sic eñi deus eẽt ſalſitatis teſtis. qḋ eſt ipoſſibile. Quom ergo xps ſe filiũ dei diceret eq̃lẽ deo: hanc eius doctrinã comprobãt miracula que faciebat. Et ideo oñdebat xps per miracula que faciebat: eſſe de⁹. Petrus aũt lʒ ea vel maiora mira

 

cula facerent: non probabatur eē deus, ſed per ea ēt probabatur. q̄ xp̄s eſſet deus. q: Petrus non predicabat ſeipſum. ſed, ieſum chriſtum eſſe deum.

¶ In feſto omnium ſanctorū eſt euangelium. Uidens ieſus turbas ꝛc. Mat. v. Circa quod poſſunt diſputari ſeq. q.

¶ Primo. vtrum beatitudo ſāctorum conſiſtat in viſione dei per eſſentiam.

¶ Secundo. vtrum beati vidētes deum per eſſentiam: videant omnia: qui deus videt.

¶ Tertio. vtrū beati in gloria prius ferant ad ɔtēplādam xp̄i diuinitatē q̄ȝ eius hūanitatē.

a D primā. q. ſic ꝑcedit. Et vr̄. q̄ btitudo ſanctoꝝ non ɔſiſtit in viſione dei ꝑ eēntiam. ¶ Primo ſic. Btitudo ī bonis corporis ɔſiſtit. Ergo nō in viſione dei ꝛc. Cōſequentia eſt bona: aſſūptū ꝓbatur: q: qd̄ a pluribus dicitur: impoſſibile eſt alſum totaliter. vt Cōmentator dicit. i. de anima. ꝛ phūs 7. Ethi. que opinio non perdit quā populi multi famāt. Sed maior hominum multitudo iclinatur ad querendum corporales delectationes: ꝛ coporalis bona. q. finē. ergo finis humane nature in corporalib⁹ bonis. conſiſtit. Sed finem humane nature dicim⁹ beatitudinē. Ergo bonis beatitudo ī bonis corporis querenda eſt. ¶ Secūdo ſic. Intellectus non pōt ad hoc pertinere: q̄ videat deū per eſſentiā. ergo ſanctoꝝ beatitudo non conſiſtit in viſione dei. per eſſentiam. Conſequentia ē bona. Probatur aſſumptum. Primo ſic. Quom intelligibile ſit perfectio intellectus. opꝫ eſſe proportionem inter intelligibile ꝛ intellectum: ꝛ viſibile ꝛ viſum. Sed non poſſumus accipe proportionē aliquam inter intellectum noſtrū ꝛ diuinam eſſentiam cum in infinitū diſtent. ergo intellectus noſter non poteſt pertingere ad eſſentiam diuinam videndam. Secundo ſic. Plus diſtat ſenſus ab intellectu noſtro q̄ȝ intelligibile creatum a ſenſu: ſed ſenſibile nullo modo poteſt pertingere ad creaturam rationalē ſpiritualem. ergo nec intellect⁹ noſter ad videndam diuinam eſſentiam tertio ſic. Quandocunqȝ intellectus intelligit aliquid in actu: oportet q̄ iformetur per ſimilitudinem intellectus quod eſt principium intellectualis operationis: in tale obiectum terminate. Si ergo intellectus noſter deum intelli

gat: oportet ꝙ fiat per aliquaʒ ſimilitudinem informantē ipʒ intellectū. Hoc aūt nō pōt eſſe diuina eſſentia: qꝛ forme ⁊ formati oportet eſſe vnū. Diuina aūt eſſentia ab itellectu noſtro differt ſm̄ eſſentiaʒ ⁊ eſſe. ergo oportet: ꝙ forma qua informatur intellectus noſter in intelligendo deū: ſit aliqua ſimilitudo ipreſſa a deo intellectui noſtro. Sed ſimilitudo illa cū ſit quid creatum: non poteſt ducere in dei viſionē. niſi ſicut effectus in cauſam. Ergo ipoſſibile eſt: vt intellect⁹ videat deum per eſſentiā. ¶ Quarto principaliter arguit. Beati in patria videbūt deum per mediū. qꝛ ꝑ lumen glorie: ſm̄ illud ps. In lumine videbimus lumen. Ergo nō videbunt deū per eſſentiam. ¶ Quinto ſic. Sancti i patria videbunt deū facie ad faciem. vt dicit .i. Cor. 13. Sed hominem quādo videmus facie ad faciē. videmus ꝑ ſimilitudinem. Ergo deus in patria videbitur per ſimilitudinē. ⁊ ſic nō per eſſentiā. ¶ In oppo. eſt euāgeliū pn̄s. vbi dicit. Beati mū do corde. quoniā ipſi videbunt deū. ¶ Secūdo. i Cor. 15. Super illud: cū tradiderit regnum deo patri: dicit glo. vbi. ſ. in patria eſſentia patris: ⁊ filii. ⁊ ſpiritus ſancti videbunt quod ſolis mūdis cordib⁹ dabit: q̄ ē ſūma beatitudo. Ergo ſcti deū ꝑ eſſētiā videbūt. ¶ Rūdeo dicēdū: ꝙ fidē catholicā firmit credendū eſt: ꝙ beatitudo ſanctoꝝ ꝯſiſtit in viſiōe dei ꝑ eſſentiam Iſta ꝯcluſio ꝓbat. Primo ex illo. Io. 17. Hec eſt vita eterna vt: cognoſcāt te ſolū deum ⁊c. Scdō ſic. Sāctoꝝ deſideriuʒ nō pōt oīno fruſtrari. Sʒ ſanctoꝝ ꝺſideriū cōe eſt. vt videāt deū ꝑ eſſentiā vt pʒ. exo. 33 Oñ de mihi glīaʒ tuā Et i ps. Oñ de faciē tuaʒ: ⁊ ſalui erimus. ⁊ Io. 14. Oſtende nobis patrē: ſufficit nobis: ergo ſancti deuʒ per eſſentiam videbunt. Tertio ſic. Beatitudo enim eſt vltim꜒ perfectio rationalis creature. Nihil autem eſt finaliter perfectū: niſi attingat ad ſuum principium: ſm̄ modū ſuuʒ. ⁊ ideo dico ſm̄ modum ſuum qꝛ ad principium quod eſt deus: attingit aliquis dupliciter. Vno modo per ſimilitudinem: quod eſt commune omni creature: q̄ ſ. tantū hʒ de perfectione: quātum conſequitur de diuina ſimilitudīe. Alio modo: per operationem. vt preter mittatur ille modus: qui eſt chriſto ſingularis ſcilicet in vnitate perſone Dico autem per operationem

inquantum rationalis creatura cognoſcit: ⁊ amat deum: ⁊ quia anima immediate acta eſt a deo. Ideo beata eſſe nõ poterit. niſi immediate videat deum. i. abſq; medio. ꝙ ſit ſimilitudo rei cognite. Sicut ſpecies viſibilis in pupilla: vel in ſpeculo: non eſt tamen abſq; medio quod eſt lumen confortans intellectum: quod eſt lumẽ glorie. De quo in Pſal. In lumine tuo videbimus lumẽ. Hoc autem eſt per eſſentiam deum videre. Unde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creature: ꝙ deum per eſſentiam videbimus. ſicut phi. qui poſuerunt animas noſtras fluere ab intelligentia agente felicitatem ponebant in continua coniunctione intellectus noſtri ad ipſam. ¶ Ad rationes in oppoſi. ¶ Ad primam reſpondetur negando aſſumptum. Et ad probationem reſpondetur: ꝙ multorum opinionem non eſt neceſſarium eſſe veram ſimpliciter: ſed ſecundũ partem. Multitudo autem hominum in bonis corporis ponentium beatitudinem: quantum ad hoc veram opinionem habet: ꝙ illud quod optimum ſibi exiſtimant hoc ſuam beatitudinez eſſe putant. Et quantum ad hoc: eorũ opinio vera. eſt ſcilicet ꝙ optimum hominis eſt beatitudo: non autem oportet. ꝙ ſit vera: quantum ad hoc: quod ponunt eam in bonis corporis: quia hec opinio procedit ex falſa radice: qua ſcilicet exiſtimant ſe eſſe principaliter id: quod ſunt ſecundum corpus. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando aſſumptum. Et ad probationem dicimus: ꝙ proportio dicitur dupliciter. Uno modo proprie. ſecundũ qđ importat quedã determinatũ exceſſuz. Et ſic ꝓportio requirit inter intellectũ: ⁊ inter intelligibile: ad hoc ꝙ ſit cognitio: cũ cõprehẽſione q̃liter diuina eſſentia nũq̃ȝ videbit ab intellectu creato. Alio modo accipitur. cõiter ꝓ q̃libet habitudine Et ſicut infinitũ põt habere ꝓportionẽ ad finitum: ſic eius ꝑfectio: vel aliam hmȯi habitudinem hñt. ad ipſum. Et talis ꝓportio ſufficit ad hoc ꝙ itellectus noſter videat eſſentiam diuinam: attingendo nõ cõprehẽdendo. ¶ Ad quartã probationem reſpondet diſtinguẽdo de duplici dr̃ia. Una eſt ſm conuenientia in natura. Et ſic conceditur ꝙ magis delectat deus ab intellectu creato q̃ȝ intelligibile creatum a ſenſu. Alia eſt ſm ꝓportionalitatẽ. Et ſic eſt

econuerſo q2 ſenſus nō eſt proportionatus ad cognoſcendum aliqd inmateriale. Sed intellectus eſt ꝓportionatus ad cognoſcendum quodcūqꝫ inmateriale. Et ita rō non ꝓcedit. ¶ Ad tertiam probationē rñdetur negādo ꝯñam. Et dicimus q in viſione qua beati deum ꝑ eſſentiā vident. Ipſa eſſentia diuina eſt quaſi forma intellectus. qua intelligit. nec opꝫ q efficiatur vnū ſimpliciter cū intellectu: ſꝫ ſolūꝫ q fiant vnū q̄ꝫtum ad actum intelligendi. ¶ Ad quintā principalem rationeꝫ rñdetur negando ꝯñtiam. ratio. q2 lumen glorie nō eſt mediūꝫ: quo ſicut ſpē intelligibili videatur deus. Pro quo notandū q in viſiōe corporali. ⁊ intellectuali inuenitur triplex medium. Primum eſt mediū ſub quo videtur: ⁊ hoc eſt q perficit vſum ad videndum in generali: non determinās viſum ad aliquod ſpāle obiectuꝫ: ſicut ſe habet lumen corporale ad vſuꝫ corporaleꝫ: ⁊ intellectus agens ad intellectum paſſibilē. Scdꝫ medium quo videtur. ⁊ hoc eſt forma viſibilis. qua determinatur vterqꝫ vſus ad ſpāle obiectum ſicut ꝑ formā lapidis ad cognoſcendum lapidem. Tertium eſt medium. in quo videtur: ⁊ hoc eſt illud per cuius inſpectōem ducitur viſus in aliam rem: ſicut inſpiciēdo ducitur in ea que in ſpeculo repñtantur: ⁊ videndo imaginem ducitur ad īmaginatum. ⁊ ſic etiam intellectus per cognitionē effectus ducitur in cām. ⁊ econuerſo. In viſione ergo patrie nō erit tertiuꝫ mediū vt. ſ. deus per ſpēs aliorum cognoſcatur. ſicut nūc cognoſcit. Rōne cuius dicimus: nūc vidē in ſpeculo. nec erit ibi ſecūdum mediū q2 ipſa eſſentia dīna erit qua intellect⁹ noſter videbit deum. vt ex dictis pꝫ. ſed erit ibi tamū primum mediū quod eleuabit intellectuꝫ noſtrū ad hoc q poſſit cōiungi eſſentie increate mō predicto. Sꝫ ab hoc medio nō dicitur cognitio mediata q2 nō cadit inter cognoſcentem: ⁊ rem cognitaꝫ: ſed ē illud quod dat formaꝫ cognoſcendi. ¶ Ad. vi. reſpondetur negando conſequentiam. Et rō eſt: quia nō eſt ſimile: quia creature corporales nō dicuntur immediate videri: niſi qñ id qđ in eis cōiungibile vſui: ei coniungitur. Non ſunt aūt ꝯiungibiles per eſſentiā ſuam: rōne materialitatis. Et ideo tunc immediate videntur: quando eorum ſimilitudo intellectui ꝯiungitur. Sꝫ deus per ſuam eſſentiaꝫ ꝯiungibilis eſt intellectui. Vñ nō videre

 

tur immediate:niſi eſſentia ſua coniungeretur intellectui:ꝛ hec viſio imediate dicit̄ viſio faciei.

a Diſcēdam.q.ſic ꝓcedi͏tur. Et videt̄.ꝙ videntes deū per eſſentiam videant omnia que d̄ns in ſeipſo videt. ¶ Primo ſic. Grego.iiii.dyalogorū. Illic oēs cōi charitate deū cōſpiciunt.quid eſt.qđ neſciāt:vbi ſcientem oia ſciunt. Loqtur autē de beatis qui vident deum ꝑ eſſentiā. Ergo videt̄ ꝙ qui videt deū per eſſentiā:oia cognoſcit. Scđo ſic Quicūqꝫ videt ſpeculū.videt ea: q̄ i ſpeculo reſultāt Sꝫ in Vbo vel oia ſic in ſpeculo reſultāt:qꝛ ipſū eſt rō.ꝛ ſimilitudo oīum. Ergo ſcti qui vident verbū per eſſentiā:vident oia creata. ¶ Tertio prouer.12. Deſideriū ſuū iuſtis dabitur. Sed ſctī deſiderāt omnia ſcire qꝛ omnes homines natura ſcire deſiderant.nec natura ꝑ gloriaꝫ auferet̄. Ergo dabitur eis a dō ꝙ oīa cognoſcāt. ¶ Quarto ſic. Ignorantia eſt quedā penalitas vite pn̄tis. Sed omnis penalitas ꝑ gloriam a ſctis aufertur. Ergo ꝛ oīs ignorantia: ꝛ ita omnia cognoſcēt. ¶ Quīto ſic. Sicut ſenſus ita ꝛ intellectus cognoſcit omne illud:cuius ſilitudine informatur. Sed diuina eſſentia expreſſius indicat quālibꝫ rem.q̄ꝫ aliqua alia ſimilitudo rei. Ergo in illa beata viſione cum eſſentia diuina fiat.q.forma intellectus nr̄i.videtur ꝙ ſcti videntes deuꝫ omnia videant. ¶ In oppoſi. Sic dicit.Dionÿ.6.celeſt.Jerar.ꝙ angeli ſupiores.inferiores a neſcientia purgāt. Sed angeli inferiores vident diuinam eſſentiam. Ergo angelus videns diuinam eſſentiam:poteſt aliqua neſcire. Sꝫ anima nō perfectius videt deum q̄ꝫ angelus. Ergo ſancti videntes deū nō oportet ꝙ videant omnia. ¶ Reſpōdeo dicendum: ꝙ duplex dicit̄ diuina cognitio. Vna vocatur notitia viſionis qua cognoſcit omnia:que ſūt vel fuerunt. Et hec dicitur notitia viſionis:qa ad ſilitudinem viſionis corporalis cognoſcit ea.q.ꝓ̄ſentia. Secūda cognitio:que dicitur ſimplex intelligētia: eſt qua cognoſcit videndo ſuam eſſentiā omnia que poteſt facere. q̄uis nū q̄ꝫ fecerit.nec factur⁹ ſit: alias nō perfecte cognoſceret potentiam ſuam. Non eni poteſt cognoſci potentia:niſi ſciātur potentie obiecta. Et hoc dicitur cognoſcere: notitia ſimplicis intelligentie. Hoc notato ſit ꝓ̄ma concluſio. Impoſſibile eſt:

ꝙ aliquis intellectus creatus cognoſcat oīa: vidēdo diuinaꝫ eſſentiā: q̄ de⁹ pōt facere. Pꝫ ↄclīo. qꝛ hoc eēnt cōprehēdere diuinā eēntiā: qđ ē impoſſibile Pꝫ ſic. Quanto aliqđ princi-piū pfectius cognoſcit tāto plura ſciunt in ipſo: ſicut in vno dēmonſtratiōis pncipio. Ille q ē pſpicatioris ingenii: plures cō-cluſiōes videt: q̄ꝫ alius: qui eſt tardioris. Quū ergo q̄ꝫtitas diuine potētie attendat ſm eā: in qua pōt ſi aliquis intellect⁹ videret in diuina eēntia oīa: que deus pōt facere: eadē eēt quātitas pfectionis itelligēdo: que ē q̄ꝫtitas diuine potētie in pducēdo effectus. ⁊ ita cōprehēderet diuinā eēntiā qđ eſt impoſſibile omni itellectui creato. Secūda ↄclīo loquēdo de ſciā viſiōis. Poſſibile ē: ꝙ aliq̄s itellectus creatus. vt aīa xp̄i cognoſcat oīa illa: q̄ ſcit noticia viſiōis. De aliis aūt ſciis vtrū videāt oīa: que de⁹ videt: ſcientia viſionis: eſt duplex opinio. Quidā dicunt ꝙ ſic. Sic hoc repugnauit ſctoꝝ dictis: q ponunt angelos aliqua ignorare. quos tū ↄſtat ſm fidē: oēs deum p eſſentiā videre. Alii dicūt oppoſitum ſm quos ſit illa. iii. ↄclīo. Scti videntes diuinam eēntiā: nō vident oīa: que deus videt. Iſta concluſio probatur. Primo ſic. Solus xp̄s habet ſpūm nō ad mēſurā. vt dr̄. Io. iii. Sed xp̄o inq̄ꝫtū hꝫ ſpm̄ non ad mēſurā: cōpetit ꝙ oia in Vbo cognoſcit. Vn̄ ibideꝫ dr̄ ꝙ pr̄ dedit oia in manu eius. Ergo nulli alii ſctoꝝ cōpetit oia cognoſcere in Vbo: q̄ꝫ xp̄o: Secūdo ſic. Quāto aliqđ pncipiū pfectius cognoſcit: tāto plures effect⁹ ei⁹ cognoſcunt p ipſuꝫ. Sed qdā videtiū deū p eēntiā pfectius aliis cognoſcūt deuꝫ: q rerū oīum pncipiūꝫ ē. Ergo qdā aliis plura cognoſcūt. Et ſic nō oēs ſciunt oīa. Et inde ē ꝙ vnus pōt aliū inſtruere. Et ſic ſcia angeloꝝ ⁊ aiaꝝ ſctāruꝫ pōt augeri, vſq̄ꝫ ad diē iudicii. ſed vlterius nō pficiet. qꝛ tunc erit vltimus ſtat⁹ reruꝫ. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad primaꝫ reſpondet negando ↄn̄am. Et ad dictum Grego. rn̄det ſanctus Tho. ꝙ ex verbo illo Grego. oñdit: ꝙ in illa btā viſione ē ſufficientia ad oia intuendum: ex parte diuine eēntie: per quā deus oīa videt. Qđ non oia videantur: eſt ex defectu intellectus creati: q diuinam eēntiā nō cōprehēdit. ¶ Ad ſcđam rn̄detur negādo ↄn̄am. Et rō ē. qꝛ ſpeculū illud ē volūtariūꝫ. ⁊ ſic ſe oñdit cui vult. ita in ſe oñdit: q̄

vult. Nec eſt ſimile de ſpeculo materiali: in cuius poteſtate non eſt. quod videatur. vel non videatur. ¶ Ad tertiã reſpondetur negando conſequentiã. Et ratio eſt. quia deſiderium ſanctorum. quo oĩa ſcire deſiderãt iplebitur. et hoc ſolũ quod deũ videbũt ſicut deſideriũ eorum: quo oĩa bona habere cupiunt implebitur in hoc: quod deum habebunt. Sicut enim deus in hoc quod habet perfectam bonitatem. ſufficit affectui eo habito omnia bõa: quodammodo habebunt. ita eius viſio ſufficit intellectui. Jo. xiiii. Domine oſtende nobis patrẽ et ſufficit nobis. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia ignorantia dupliciter accipitur. Uno modo proprie. accepta in priuationẽ ſonat. et ſic eſt pena. Sic enim ignorantia. eſt neſcientia aliquorum: qua ſcire debent: vel que neceſſe eſt ſcire. Et hoc modo ignorantia non ponitur in ſanctis. quia nullius horum ſcientia: ſanctis deerit in patria. Alio modo ignorantia accipitur communiter pro omni neſcientia. et ſic angeli et ſancti in patria quedam ignorant. Unde Diony. dicit: quod angeli a neſcientia purgantur. Sicut autẽ ignorantia non eſt penalitas: ſed defectus quidam: nec ẽ neceſſe quod omnis talis defectus per gloriam auferatur. ſic etiã poſſet dici quod defectus eſt in Lino: qui non peruenit ad gloriã Petri. ¶ Ad quintam reſpondetur negando conſequentiã. Et ratio eſt: quia quãuis diuina eſſentia ſit ratio omnium cognoſcibilium: non tamen coniungitur cuilibet intellectui creato: ſecundum quod eſt ratio omnium. Et ideo ratio non ſequitur.

Ad tertiã. q. ſic proceditur. Et videtur. quod beati prius ferantur ad contemplandũ xp̃i humanitatem: quã ad contemplandũ xp̃i diuinitatem. ¶ Primo ſic. Ad extremũ nõ peruenitur: niſi per medium. Sed mediũ inter deum et hoĩes eſt xp̃i humanitas i. Thi. ii. Mediator dei et hominum xp̃s ieſus. Ergo ſcti non peruenirent ad ↄtemplandam xp̃i diuinitatem: niſi prius cõtemplando humanitatẽ eius. ¶ In oppo. eſt euangeliũ p̃ns vbi dicitur. Gaudete et exultate: quoniam merces vr̃a multa ẽ in celo. Et ſic ↄſtitui debẽt in potiſſimo et altiſſimo ſtatu. Ex quo ſic arguitur. Altiſſimo eniã ſtatui altiſſimis actus pricipalis et p̃mo cõpetit. Sed hi ſunt in altiſſimo ſtatu. Quũ ergo actus itellectus: q eſt

potentia altiſſima: cuius eſt ferri in deum. ſic actus altiſſimus vr̃ ꝙ hic actus ꝑmo beatis cõpetat. vt deum cõptẽlef. ¶ Reſpõdeo dõm. ꝙ ſancti in gloria prius feruntur ad ↄtemplãdaʒ xp̃i diuinitatẽ: q̃ʒ eius humanitatẽ. Iſta ↄcluſio probaf. Primo ſic. Hoc ad perfectionẽ vie pertinet: ꝙ opʒ nos ab inferioribus ad ſupiora ↄtẽplanda aſcẽdere. Sed in beatis erit pfectio cõtraria impfectioni vie. Ergo ipſi ecõuerſo ꝑ prius: altiora cõtẽplanf. Ergo beati exiſtẽtes ſupra in patria: primo xp̃i diuinitatẽ cõtemplãtur. q̃ʒ eius hũanitatẽ. Scdo ſic. Vnuſqſqʒ prius cõſiderat regulã operis: q̃ʒ ſm regulã operef. Beati aũt a deo ſunt ↄiuncti xp̃o. vt ipſe ſit eis cuiuſlibet cognitionis ⁊ operis. Aliter em̃ actus beatitudinis per alias cognitiões ⁊ opatiões ipediref. Et iõ id qđ primo beati attẽdũt: ẽ ipſe de⁹. ⁊ ipſum hñt mediũ cuiuſlibʒ cognitiõis ⁊ regulã cuiuſlibʒ operatiõis. Et ſic ꝑ pri⁹ ↄtemplantur xp̃i diuinitatẽ q̃ʒ eius hũanitatem: in vtraqʒ tñ ↄtemplatione delectationem inueniũt. Vnde dr̃. Jo. x. Ingredientur ſcʒ beati ad ↄtemplandã diuinitatẽ. ⁊ egredient ad ↄtemplãdam eius hũanitatem ⁊ vtrobiqʒ paſcua inuenient. i. delectationem. vt expoꝛitur in libro de ſpũ ⁊ anima. ¶ Ad rationes in oppo. reſpondetur. ꝙ ratio illa procedit quantũ ad ſtatum vie in qua nondum ſumus deo ꝑfecte coniuncti. ſed opʒ nos per chriſtum ad deum aſcendere. Sed cum tam deo in beatitudine coniuncti erimus: per priꝰ intendemus chriſti diuinitatem: q̃ʒ humanitatem.

¶ In die omnium moꝛtuoꝛuʒ eſt euangeliuʒ. Dicit ieſus turbis ⁊c. Jo. v. Circa quod poſſunt diſputari ſeq. q.

¶ Primo. vtrũ iudiciaria poteſtas: qua iudicandi ſunt moꝛtui in futuro iudicio: conuenienter conueniat xp̃o: ſm ꝙ homo.

¶ Secundo. vtrum ſuffragia fidelium viuoꝝ proſint defũctis.

¶ Tertio. vtrum ſuffragia facta per malos ſiue per peccatores proſint.

¶ Quarto. vtrũ vox xp̃i: quam audiẽt moꝛtui: ẽrit cauſa reſurrectionis omnium eoꝛum.

a D primam. q. ſic ꝓceditur. Et vr̃. ꝙ iudiciaria ptãs: qua iudicãdi ſũt in oꝛtu in futuro generali iudicio: nõ conueniet xp̃o: ſʒ ꝙ homo. ¶ Primo ſic. Dicit augu. lib. de vera reli. ꝙ iudiciũ attribuitur filio

inquantuz eſt ipſe lex prime ve
ritatis. Sz hoc ptinet ad xp̄m ſm̄ q̄ eſt deꝰ. Ergo iudiciaria
ptās non ꝯuenit xpo ſm̄ q̄ hō
¶ Scdō ſic. Iudiciū auctorita
tē requirit. Sed auctoritas ſu-
per viuos ꝛ mortuos ē in xpo.
ſm̄ q̄ deus. ſic eñ ē ſ deꝰ ꝯcrea
toꝛ omniū. Ergo poteſtas ꝛc.
¶ Tertio ſic. Ad iudiciariā ptā
tem ptinet premiare bñ agētē.
ſicut punire mortuos. Sed pre
miū bonoꝝ eſt btitudo eterna:
que nō datur niſi a deo. Dicit
eñ augu. ſup Jo. q̄ ꝑticipatio-
ne dei fit anima beata. Ergo
vr̄. q̄ iudiciaria ptās non ꝛc.
¶ Quarto. ad iudiciariā ptātē
xp̄i ptinet iudicare occulta coꝛ
diū. ſm̄ illud ad Corin. 4. No
lite añ tp̄s iudicare quouſqz ve
niat dn̄s: qui illuminabit abſcō
dita tenebrarū. ꝛ manifeſtabit
ꝯſilia cordiū. Sed hoc pertīet
ad ſolā virtutē diuinā vt patet.
Ergo ꝛc. ¶ In oppo. eſt euan-
geliū pn̄s vbi dr̄. Poteſtatem
dedit ei iudiciū facere. q2 filius
hoīs eſt. ¶ Reſpondeo dōm.
q̄ iudiciaria ptās ꝯuenit xpo ꝛ
ſm̄ q̄ deus. ꝛ ſm̄ q̄ hō. Iſta
ꝯcluſio declaratur ſic. Quāuis
apud deū maneat primaria au
ctoritas iudicādi: hoībus tamē
cōmittitur a deo iudiciaria po
teſtas reſpectu eoꝝ qui coꝛam
iuriſditioni ſubijciuntur. vt dici
tur Deutro. i. Quod iuſtum ē:
iudicate. Et poſtea ſubdit. Q2
dei eſt iudicium: cuius. ſ. aucto
ritate vos iudicaris. Cum au-
tem xp̄s in humanā natura ſit
caput totius eccleſie. ꝛ q̄ ſub
eius pedibus deus omnia ſub-
iecit. ſequitur. q̄ ad deum perti
net etiam ſm̄ humanam natu
ram habere iudiciariam pote-
ſtatem. Et hoc quidem ꝓpter
tria. Primo propter conueniē
tiam. ꝛ affinitatez ipſius ad ho
mines. Sicut eniz deus ꝑ cau
ſas medias tanq̄z propinquio-
res effectibus operatur. ita in-
dicat per hominez xp̄m homi-
nes. vt ſit ſuauius iudiciū ho-
minibus. Unde apoſtolus di-
cit ad Hebre. 4. Non habe-
mus pontificem. qui non poſ-
ſit compati infirmitatibus no-
ſtris ꝛc. Secundo. q2 in finali
iudicio. vt augu. dicit erit reſur
rectio corporum mortuorum:
que ſuſcitat deus per filiuz ho-
minis ſicut per eundem xp̄m
ſuſcitat animas: inquantum eſt
filius dei. Tertio q2 vt aug. di-
cit in libro de verbis domini.
Rectum erit vt iudicandi vide
rent iudicem. Iudicandi erant
boni ꝛ mali: reſtat vt in iudicio
forma ſerui: bonis ꝛ malis oſtē
deretur. forma dei ſolum boni

ſeruaret. ¶ Ad rõez in oppoſi. ¶ Ad primam reſpondetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: quia licet iudiciu₃ pertineat ad veritatem. ſicut ad regulam iudicii. pertinet tamen etia₃ ad hominem: qui eſt imbutus veritate: ſm q᷑ eſt vnum quodammodo cum ipſa veritate. q. quedam lex: ⁊ quedam iuſticia animata. Anima aute₃ xpi pre ceteris creaturis magis fuit vnita veritati: ⁊ magis ea repleta ſm illud Jo. i. Vidimus eum plenum gratia ⁊ veritate. Ergo ad animam xpi maxime pertinet omnia iudicare. ¶ Ad ſecũdam rñdetur negando cõſequẽtiam. Et ratio eſt: quia ſicut in xpo ſm diuinam naturam eſt auctoritas dñij reſpectu vniuerſalis creature ex iure creatiõis ita in ipſo ſm humanam naturam eſt auctoritas dñij quam promeruit per paſſionem ⁊ eſt. q. auctoritas ſcḋaria ⁊ acquiſita ſed prima eſt nãlis ⁊ eterna. ¶ Ad tertiã reſpondetur negãdo cõſequentiam. Et ratio eſt: quia licet ſolius dei ſit participatione eius animas btãs facere nihilominus adducere homines ad btĩtudinem inq̃ẽtum eſt caput ⁊ actor ſalutis eorum eſt xpi ſm illud ad Hebre. ij. q multos filios in gloria₃ adduxerat: actorem ſalutis eorum per paſſionẽ cõſumare. ¶ Ad quartam reſpondetur negando minorẽ. Dicimus enim q᷑ cognoſcere occulta cordium: ⁊ diiudicare per ſe pertinet ad ſolũ deum. Sed ex influentia diuinitatis ad animam xpi. conuenit ẽt ei cognoſcẽ ⁊ diiudicare occulta cordium. Et ideo dicitur ad Ro. ij. In die cu₃ iudicabit deus occulta hominũ per Jeſum chriſtum. Et ita cõpilando omnes ratiões iudiciaria poteſtas conuenit chriſto.

a D ſecunda₃. q. ſic ꝓceditur. Et videtur q᷑ ſuffragia viuorum nõ ꝓſint defunctis. ¶ Primo ſic. Suffragia ꝑ vnũ facta non poſſunt alij prodeſſe. Ergo ⁊c̃. Aſſumptum ꝓbatur ſic. Dicitur Gala. vi. que ſeminauerit homo. hec ⁊ metet. ⁊ ſi vnus ex ſuffagijs alterius fructu₃ conſequeretur. meteret ab alijs ſeminata. ¶ Secũdo ſic. Ad iuſticiã dei pertinet: vt vnicuiq₃ tribuat pro meritis. Vnde ps. Tu reddis vnicuiq₃ secũdum opera ſua. Sed iuſticiam deficere eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt: quod vnus ex operibus alterius iuuetur. ¶ Tertio ſic. Dicitur in euãgelio preſenti. Qui bona egerunt: ibunt

in reſurrectionem vite: qui vero mala in reſurrectionem iudicij .i. condemnationis. ¶ Quarto ſic proficere ex opere aliquo: eſt in via exiſtētis. Sed homines poſt mortem nō ſunt viatores. Ergo mortui non pñt viuorum ſuffragijs adiuuari. ¶ Quinto. Nullus iuuatur ex opere alterius: niſi ſit aliqua vite cōicatio inter eos. Sed nulla eſt cōicatio mortuorum ad viuos. ſm phūm .i. Ethi. Ergo ſuffragia viuorum nō proſunt defunctis. ¶ In oppoſitū eſt quod habet. ii. Macab. xii. Sctā ꝛ ſalubris cogitatio eſt pro defunctis exorare. ¶ Rñdeo dicendum ſub duabus cōcluſionib⁹. Prima eſt. Suffragia per vnū facta ꝑdeſſe poſſunt alijs. Iſta cōcluſio patet. Prio ex illo ps. participem me fac oium timentiū te. Rōne ſic. Oēs fideles caritate vniti ſunt vnius corporis mēbra. Sed vnū membrorū iuuatur per alterū. Ergo vnus hō ex alterius meritis pōt iuuari. Secūda cōcluſio. Mortui poſſunt iuuari ex opibus viuoꝝ. Iſta concluſio patet ex cōſuetudie laudabili eccleſie: que orat pro defunctis. Si ergo eccleſia nō decipitur: ergo ſuffragia viuorum valent defunctis. Item dicit Auguſt. libro de cura agenda pro mortuis. Officia ꝛ ſacrificia. que offeruntur pro non valde malis ſunt propiciationes. Ratione ſic. Sicut ſe hñt oratiōes ſanctoꝝ ad viuos: ſic viuoꝝ ad mortuos: ſꝫ ſancti mortui impetrant nobis bona: ꝛ nos adiuuant: Ergo ꝛ viui poſſunt bonis operib⁹ ſuis iuuare mortuos. Confirmatur Caritas que eſt vinculum vniens membra eccleſie non ſolū ad viuos ſe extēdit: ſed etiā ad mortuos. qui in caritate decedunt Caritas .n. vita corpis nō finit. i. Corin. 13. Caritas nūqꝫ excidit. Similiter mortui in memorijs hominum viuentiū viuunt. ꝛ ideo intentio viuentiū ad eos dirigi poteſt. ꝛ ſic ſuffragia viuoꝝ dupliciter mortuis ꝓſunt ſicut ꝛ viuis ꝛ ꝓpter caritatis vnionē ꝛ propter intentionē ad eos directā. nec tamē eis ſic valere credenda ſunt viuorum ſuffragia vt ſtatus eoꝝ mutuetur ꝺ miſericordia ad felicitatē: vel ecōuerſo: ſed valēt ad diminutionē pene. vel aliquid hmōi ꝙ ſtatū mortui non trāſmutat. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rūdetur negādo ꝯñam. Et ratio eſt. qꝛ merſio eſt ꝑceptio vite eterne: ſicut habetur Jo. 4. Qui metit fructum cōgregat in vitā eternā.

Sors aūt vite eterne nō datur alicui:niſi pro operibus ꝓpriis quia: ⁊ ſi aliqs alteri impetret: vt ad vitam perueniat: nunq̄ tamen hoc fit:niſi mediantib⁹ operibus proprijs.dū.ſ.precib⁹ alicuius:gratia alicui datur.ꝑ quam meref vitam eternam. ¶Ad ſecundam reſpondetur negādo conſequentiam. Et rō eſt: qꝛ opus quod ꝓ aliquo fit efficitur eius:pro quo fit.⁊ ſimi liter opus eius.qui mecū eſt: vnum eſt quodammodo ⁊ me um. Vnde nō eſt contra diui nam iuſticiam. ſi vnus fructuz percipit de operibus factis ab eo:qui eſt ſecum in caritate vel ab operibus ꝓ ſe factis. Hoc etiam ſm humanam iuſticiaz conuenit vt ſatiſfactio ꝓ alio ac cipiatur. ¶Ad tertiam reſpon detur ꝙ preſens euāgeliū in nul lo cōtradicit ſuffragiis:bene,ta men innuit:ꝙ ſuffragia nō valēt ad mutationez ſtatus:ſicut di- ctum eſt. ¶Ad quartā reſpon detur negando conſequentiaz. Et ratio eſt:qꝛ q̄uis anime ſe- parate nō ſunt ſimpliciter i ſta tu vie:quantum ad aliquod:ad huc ſunt in via inquantuz.ſ.eo- rū ꝓgreſſus adhuc retardatur ab vltima retributione. ⁊ ideo ſimpliciter eoꝝ via eſt circunſe pta:vt non poſſint vlterius per aliqua opera transmutari ſm ſtatum felicitatis ⁊ miſerie:ſed quantū ad hoc non eſt circun- ſepta.quin quantum ad hoc:ꝙ detinentur ab vltima retribu- tione poſſunt ab aliis iuuari.qꝛ ſꝫ hoc adhuc ſūt in via. ¶Ad quintā reſpondet negando cōſe quentiā. Et ratio eſt. qꝛ q̄uis cōmunicatio ciuiliū opeꝝ: de qua phūs loquitur: non poſſit eſſe mortuoꝝ ad viuos:qꝛ mor tui extra vitā ciuilē ſunt:pōt m̄ eoꝝ cōicatio: quātū ad opa ſpi ritualis vite:que eſt ꝑ caritatē ad deum.cui mortuorum ſpiri tus viuunt.

a D tertiā.q.ſic ꝓcedi- tur. Et videtur. ꝙ ſuf fragia per peccatores ſiue per malos facta non proſunt illis:pro quibus fi unt. ¶Primo ſic. Joan.9. Sci- mus:quia peccatores deus nō exaudit. Si orationes eorum ꝓdeſſent illis.pro quibus orāt exaudirentur a deo.ergo ſuffra gia eorum ⁊c. ¶Secundo ſic. Dicit Gregorius quom is: q diſplicet ad intercedendū mit titur irati animus ad deteriora ꝓuocatur. Sꝫ qlibet peccator deo diſplicet Ergo ꝑ peccatoꝝ ſuffragia deus ad miſericordiā nō flectitur. Et ita taliū ſuffra- gia non proſunt. ¶Tertio nul-

lum opꝰ eſt ſatiſfactoriū niſi: qḋ fit ex radice charitatis: ſ illud nō fit ſic: q fit a malo. Ergo nō ſatiſfacit. ¶ Quarto ſic. Iſte peccatore nō eſt mēbrū eccleſie. Ergo nullā h conexionē cū illo ꝗ mortuus eſt. Ergo opus eiꝰ eſt oīno alienum ab ipſo defuncto. Ergo nihil ei ꝓdeſt. ¶ In oppo. arguitur ſic. Nullus pōt ſcire ꝓ certo vtrum ſit in ſtatu gratie vł culpe. Si ergo illa tm̄ ſuffragia proſunt: que fiunt per eos: qui ſunt in gratia. non poſſet homo ſcire ꝑ quos ſuffragia rōquireret ſuis defunctis. Et ita multi a ſuffragiis faciendis retraherentur. ¶ Secundo ſic Dicit augu. Sedm hoc iuuat aliquis mortuꝰ ſuffragiis: ꝙ dū viueret meruit vt iuuaret poſt mortem. Ergo. valor ſuffragiorū menſuratur. ſm conditionē eius: pro quo fiunt. Non ergo differt vtrū ꝑ malos vel bonos fiant. ¶ Reſpondeo dicendu: ꝙ ſuffragia facta per malos: ſi ſint facta per opa ſacramētalia vt eſt celebratio miſſe. aut ſint facta in perſona eccleſie: aut ex ordinatione mortui deſcendentis in charitate: proſunt illis ꝓ quibus fiunt. Pro qua concluſione notandū. ꝙ in ſuffragiis que fiunt per malos duo poſſunt conſiderari. Primo ipſu opatu ſicut ſacrificiū altaris. Et q noſtra ſacramēta ſed ſe ipſis efficaciā hēnt: abſq opere operantis: que equaliter explentur: per quoſcūq fiant: q̄tum ad hoc ſuffragia per malos facta defunctis proſunt. Alio modo poſſunt cōſiderari quātum ad opus operans. Et ſic diſtinguendū eſt. ꝙ operātio peccatoris ſuffragia facientis pōt vno modo conſiderari vt eſt eiꝰ. Et ſic nullo modo meritoria eſſe pōt. nec ſibi. nec aliis. Alio modo inquantum eſt alterius: qḋ dupliciter conuenit. Vno mō inquantum peccator ſuffragia faciēs gerit perſonā eccleſie totius: ſicut ꝛ ſacerdos dū dicit in eccleſia exequias mortuoꝝ: Et q ille intelligitur facere: cuius nomine vel vice fit: vt p ꝑ Dionyſiu. 12. celeſt. ierarchie Inde eſt ꝙ ſuffragia talis ſacerdotis quāuis ſit peccator defūctis proſunt. Alio modo quādo agit vt inſtrumentum alterius. Opus enim inſtrumēti eſt magis principalis agētis. Vnde quāuis ille qui agit vt inſtrumentum alterius non ſit in ſtatu merendi actio tamen eius poteſt eſſe meritoria ratiōe pricipalis agentis. Sicut ſi ſeruꝰ in peccato exiſtens quodcunq opus miſericordie facit ex pre-

cepto domini ſui charitatē ha-
bentis. Vn̄ ſi aliqs in charita-
te diſcedēs ꝑcipiat ſibi ſuffra-
gia fieri. vel alius ꝑcipiat cha-
ritatē hñs: illa ſuffragia valent
defuncto: q̄uis illa ꝑ quos fiāt
in pctō exiſtāt magis tn̄ vale-
rent ſi in charitate eēnt. qꝛ tūc
ex duab⁹ ptib⁹ opa illa merito-
ria eēnt. ¶ Ad rōnes in oppo.
¶ Ad primā rn̄detur negando
ꝯn̄az. Et rō ē multiplex. Prio
qꝛ orō ꝑ pctōres ſcā qūz nō e
pctōris. ſʒ alteri⁹. Et idō ſʒ hoc
digna ē. vt a deo exaudiat. Tū
ſcdo. qꝛ qn̄qꝫ deus pctōres au-
dit. ſ. qn̄ peccatores aliquid deo
acceptū petunt. Non enim ſo-
